


26-9-1



13

MA

CVRATIONIS ANIMORVM QVATVOR PARTIBVS,

Distincta, in qua totius Theologiæ Moralis doctrinæ perstringuntur, tam quæ Confessarium spectant, quàm quæ Pœnitentem.

Authore R.P.F. Hieronymo Llamas, sacre Theologiæ Doctore & Professore, sancti Bernardi, siue Cystercienfi Monacho, Carracetensi, quòdam Abbate: sancti Clementis municipio nato, & Regiæ Curie Ecclesiastæ.



Ad Illustrif. & Reuerend. D. D. Ioan. de S. Clem. Archiep. Compestel. & Regum Hisp. Sacelanum Maiorem.



Arbor vite in medio Paradisi.

*Non cum
1607
sub eo
non*

Paradisus fructus duodecim, Apoc. 22.



CVM PRIVILEGIO

Màtriti, Apud Petrum Madrigal.
Anno MDC.

Por comision de los Señores ynquisidores corregi este libro conforme al ex purgatorio del año de 1632. en granada 27. de mayo. 1632. A.º de medrano

YO Iuan Gallo de Andrada escriuano de Camara de su Magestad, de los que residen en el su Consejo, doy fee, que auiendo se visto por los señores del vn libro intitulado Methodus Curationis animorum, compuesto por el Padre Maestro Llamas, que ante los dichos señores se presentò, y con su licencia fue impreso, tassaron cada pliego a tres marauedis en papel: y a este precio mandaron se venda, y no a mas, y que esta tasa se ponga al principio del, para que se sepa lo que se ha de llevar, y no se venda a mas. Y para que dello conste di esta fee en la villa de Madrid a. 19. de Enero de MDC.

*Iuan Gallo de
Andrada.*

Pag. 1. lin. 2. i. im maculati p. 5. 2. 6. instruc. p. 9. 2. 3. specialius. 10.
 24. quæ p. 1. 5. 2. sētenam p. 19. 8. prudenti. pag. 20. 1. 3. 2. tra-
 ctatu. p. 34. 10. interiori. p. 38. 8. detrimentum p. 40. 1. directæ. p.
 45. 15. habeat. 48. 8. vere. 52. 11. an boni an mali. 30. criminis. 58.
 26. quā si introsp. 55. 2. 3. tenari nos. 56. 14. idē parochi. 21. Adri.
 VI. 59. 12. qj. 18. sufficiens. 73. dele est. 60. 16. suauissimum. 24.
 tradatur vltimor. 61. canouici. 62. 13. iurisdictione Lugdun. 20. hē
 queunt. 70. 11. XI. 22. quacūq; 75. 25. Greg. 13. 66. 15. puidquid
 77. 21. Bened. XI. 29. aliæ. 28. 26. cruciata. 15. referuās. 18. via. 85.
 21. notatum. 86. 23. referuatio vltima linea mentalis hēresis, ad-
 de. 87. 13. Andræ. 90. 14. māgiā de se. 91. 19. abominabil. 93. 9.
 post sunt adde facientes. 100. 17. Duodecimo. 103. 22. infamato-
 rios. 106. 22. adde loco sit, quæ est. 107. penul. pūuatiuum. 119.
 12. perceptione. 113. antepen. quidquid. 114. 9. præmitteretur.
 118. 8. conebuiarium. 119. vlt. annullatur. 117. 20. Anathemate
 vltima: per p. 129. 6. præter. 130. 25. sani licentiam. 26. quod adu.
 131. 18. monialium superiores comi. 132. 24. perpetrantes. 19. in
 subditos. 136. 26. teneant. 144. 7. committit illam. 146. 11. assistit.
 147. 1. dosalubre. 149. 2. Anepitericus. 152. 11. sacrilego. 162. ante
 pen. quod irregulares. 168. 19. vltimatum, vltima, quæ. 174. 26. ha-
 bitu. 179. 9. mentiuntur. 186. 22. ab. 188. 5. dispensare. 18. adem-
 ptus, antepen. mancus, vltima, reliquarū quas tetigit. 195. 1. mu-
 tilandam. 210. penul. eausse. 211. 10. moritur. 112. penul. morti-
 bus, vlt. nibus. 115. 14. tum inefficaci. 228. 19. vbi dēgit. 241. 24.
 die descriptione colligantur eadē quæ ex. 242. 26. attritus. 266. 1.
 contritione remittuntur pecca. 264. 7. Camera contra. 21. & si
 offensi. 271. 23. dubio. 286. 23. peccatorem. 296. 25. morta. 301. 13.
 vis. proponere. 302. 16. maximē sacrista. 304. 2. vociferantur. 304.
 13. confesis & auditis omcibus peccatis, vel interrogatis. 322.
 penul. Christianismi. 363. 12. tertia. 372. 9. veneficijs. 385. 7. con-
 cionatoribus. 437. 2. religionibus. 440. 7. pennæ. 445. 7. à Deo. 8.
 adde peccauit non nubendo, sed in melius mutat quomodocum
 que. 497. 28. duximus, penul. obligatos. 520. 1. ipsi contradicent-
 tes. 526. 10. dele im, & dic pium. 553. 15. iusta. 556. 13. delictis.
 564. 2. fūtilem. 612. penul. straret. 638. 25. incestus. 658. 19. sal-
 tum. 713. 11. otas. 813. 3. Prioris. 918. 19. & sic mediante. 982. 28.
 eum infamando. 1052. 15. constitutione. Data. 1060. 27. genia.
 1062. 1. le&sterniorum. 1066. 1. plcna.

Iuan Vazquez del
Marmol.

Appro-

Approbatio & licentia Generalis Reue-
rendis. ordinis S. Berna. Hispa. Regni.

EX approbatione R. Generalis Reformatoris ordinis S. Bernar-
 di obseruantia in Hispaniarū regnis, iubetur F. Hieronymo
 de Llamas sacre Theologiae magistro, eiusdē religionis alum-
 no, vt eneis typis cudat librum cui titulus Methodus curationis
 animorum, quatuor partibus distinctum, in totius ecclesie obse-
 quium & proximorum vtilitatem, cum opus iussu eiusdem Ge-
 neralis sit examinatum & approbatum à viris doctis eiusdem re-
 ligionis specialius à R. P. F. Ferdinando de Tobar, quondā Theo-
 logie lectore, sub dat. Matriti in monasterio S. Annæ eiusdē reli-
 gionis. 23. Ianuar. Ann. 1597. Frat. Barnab. de Benauides Genera-
 lis Reformat. Ex mandato eiusdē Reuerend. P. Generalis. Frat.
 Iosephus Garfia secretarius.

Approbatio Collegij S. Tho. Aquinatis, & Frat. Petri Gar-
siae Lectoris Theologiae Collegij nomine ex commissio-
ne supremi Consilij Regij.

EX mandato supremi Consilij Regij F. Petrus Garfias Lector
 sacre Theologiae in Collegio S. Thom. Aquinati Matriten-
 si, ex collatione doctissimorum Magistrorum & Patrum eius-
 dem Collegij, approbat librum Methodi curationis animorum,
 siue Summæ Ecclesiasticæ. R. P. M. F. Hiero. Llamas ordinis S. Ber-
 nardi, vt Catholicum, doctum, & nimis vtilē. 4. par. partitum, dig-
 nū, vt omnium tractetur manibus, vbi supra. 21. Aprilis, ann. 1598.
 quod firmat & subscripsit sic. F. Pet. Garfias.

Summa priuilegij Regij Philip. II. Hisp. R. C.

REx, &c. Conceditur facultas. M. F. Hiero. Llamas, ordi. S. Ber-
 nardi Typis excudendi, & euulgandi librum, cui titulus est
 Methodus curatio. animor. siue Summa Ecclesiasticæ. 4. part.
 diuisum. Et alteri culibet et prohibetur id facere, nisi eius permis-
 su, sub pœnis in illo contentis. Dat. Matriti. 7. Maij, anno. 1598.
 Subscriptum manu Principis Hispan. tunc, nunc vero Regis. III.
 Ego Princeps.

Et referendum sic, de mandato suæ Maiestatis, Principis Al-
 titudo eius nomine. Don Luis de Salazar.

*Prefatio Authoris quam praelegi
petit.*

Nequē nouum neque mirum (candide & christiane lector) quod qui tā calamitosū seculum nacti sumus, huius orbis amplissimi theatri iudiciū, vel solo tantū (vt aiūt) auditu pertimescamus : & nostri ingenioli partus omnium tangi manibus, portari brachijs, omnium prosterni iudicio, & supponi omnium ingeniorum maleis vereamur. Imo quod omnium pateāt linguis nulla fugere possint detrahentiū, & mordentiū cōuenticula. Quod pertimescendū maximē, pictoris illius ab antiquitate celebrati, comprobauit facta fabella: cum enim artis suę multa tēplis & domibus Principum peperisset pulcherrima monumenta, & laudibus omnibus maiora : tandem pulcherrimam Veneris imaginē lamina depictam, in platea, quasi pro exicādis coloribus & bitumine, parieti reliquit appēsam ante lucem, & cū amico ex abdito exitum rei expectauit. Conuenit statim, & tractantium in foro, & prætereuntium ingens, & promiscua multitudo: ij figurę pulchritudinem mirabantur, illi cōfuso murmure, laudabant, alij vituperabāt: hic grossiora crura dicebat, hic delicatiora clamabat, iste longiora, ille breuiora petebat; vnus pedes breuiores, alter longiores desiderabat. Et in reliquis membris à plantā pedis, vsque ad capitis vertiginem, maiora petebant discrimina. Tūc pictor amico suo ait, Merito hucusque picturas in publico & facere, & venales proponere sum aduersatus: cum artis meę &

ma-

manus in Regum & Deorum Basilicis ditissima reliquerim fœnorz: Nam cum in hoc vno totius peritię manus & vires exhauserim penē: in hoc ab omnibus doceor, ab omnibus arguor, imo & ab omnibus reprehendor: & huius confusi & distorti iudicij causa est, quia iudicantiū nullus pictor est: si igitur hoc & si non narratum fuisset, in arte constantibus, experientia quotidiana excusat historias, cum de gustibus non esse disputandum, dicat vulgatissimum proloquium. Quis non nimium pertimescendum arbitretur animorum curationis, morum & vitę singulorū & diuersissimorum statuum, reformationis formam depingere, statuere cōditiones, actus notare, reprehendere & damnare grata? Hoc certē metus excitauit in me spectrum: terruit phantasma noctis, & non semel quam posueram manum retrahere compulit. At e regione quasi positi conclamantes Discipuli charissimi, amiciq; fideles, & alij quorum mens sanior propensiorque animus in desiderii cōmunis vtilitatis, accessit & aliquorū Episcoporū ecclesię Principū in petitione Imperiū, & aliquorum procerū ecclesiarū Cathedralium hortatus, & charissimorum regularium, & præcipuē nostrorum Cysterciensium Commilitonum, siue sancti Bernardi pium desiderium. Compulit Ecclesia mater nostra amore profectus filiorum, quę est colūna & firmamentum veritatis Apostolica Romana: cui debemus, quod sicuti in eius gremio nati sumus lacte nutriti, doctrina aliti, & robustiores effecti, nō nobis solis viuamus sicuti qui nos omnium docuit debitores. Demum cum Apostolo dicere posse cōfidimus, quod Christi charitas vrget nos. Hac igitur

metu & terricula metis exuti, sed & tantorum viro-
rum, ceu Iosue alterius, & Caleph suasionibus deuin-
cti, & coelestis adiutorij spe certissima freti, & adiu-
torio intercessionis sanctissimæ Patronæ nostræ
Deiparæ Virginis Reginae cœli, offerimus sanctissi-
mo Deo nostro. O. M. trino in personis, in essentia
vno, & ecclesiæ eius sanctæ matri nostræ, & tibi (Chri-
stianæ lector) sudores & labores nostros morû Theo-
logiæ ad cõpendiũ redactæ, & methodũ, iuxta libri
huius epitome, & nomenclaturã. Hoc vnũ in Dño
obtestamur, & timore omni pcul audemus promit-
tere, quod laboribus cõtinuis simis lectionibus, &
disputationibus, cõmunicationibusq; grauiũ & do-
ctissimorũ, nõ pepercimus, fructuũq; hunc consũp-
tione fere quindecim annorũ maturauimus, & fœ-
tũ ceu vrsinũ, lambendo multoties quasi effigiaui-
mus. Neq; pro voluntatis selectu, aut cõplacencia,
propriæ, oppiniones amplectimur vel fastidimus: nã
licet hoc in nulla seria doctrina licere arbitramur,
cum in omnibus talibus veritas (quæ omnis à Deo
est) & nõ voluntatis selectus ducatum præbere de-
beat, tamẽ hoc eximie & indefectibiliter in doctrĩ-
na curationis animorũ, directionisq; & reformatio-
nis conscienciarũ, expedire sumus arbitrati, cũ op-
positum immane exitimemus piaculũ, ceu cæcos
in immania ducere præcipitia. Nõ ex superbia, aut
morsu inuidiæ (nouit scrutator conscienciarũ Deus)
aliorũ Doctorũ opiniones reijcimus, aut notamus,
sed mero desiderio & amore veritatis docendæ, ita
vt cũ omnes (gratias Deo) habeamus amicos, & ve-
neremur doctos: tamen sæpẽ opiniones eorũ rumi-
nantes, & earundem fundamenta libantes, repeten-

tes nobiscũ diximus, magis amica veritas. Adieci-
mus, & huic labori quasi pro lima praxim, siue exer-
citiũ administrationis sacramentorũ, & præcipuẽ
huius pœnitentiæ, neq; credi potest quanta in mo-
ralibus materijs tenacius, & perfectius ex tam lon-
go vsu, & perspicacius intelliguntur, & tanguntur
manibus inconuenientia, quæ in mera speculatio-
ne visum fugiunt: ad quod à simili ipsos compella-
mus medicos corporum, & per. 14. continuos an-
nos exercuimus sacramentorum administrationem
& parœciarum, cũ ecclesias visitauimus Episco-
porum nomine, huius autem sacramenti Pœniten-
tiæ administrationem ab ipso sacerdocio computa-
re possumus. Omnium horum promissorum (Chri-
stianæ lector) fideiussorem aliũ nolumus, nisi opus
ipsum, quod confidimus satisfaciet debitis: neque
enim illi defuit (quod magis est) orationis sanctæ ful-
cimentum, seruorum Dei, & nostræ pauperculæ: vn-
de neque inutile, neque vanum sperare arbitramur,
quod & si hoc nostrum munus, non vt aurum, aut
argentum, aut vt gemmæ pretiosique lapides, iacin-
tumque, & purpuram, æstimetur, neque vt diuitum
dona reputeretur pro multo in templi huius fabrica,
& Gazophilacio: tamen, quod cum caprarum pil-
lis pro sacrorum operimenti fulcimento tabernacu-
li Dei ab iniurijs temporum, & cum minutis duo-
bus Euangelicæ vetulæ viduæ, repulsam non pa-
tietur: præcipuẽ cum scrutans corda, & renes,
non eius faciem despiciabilem, sed cor intuetur,
voluntatemque Deus, quæ offrinam, siue obri-
ci auri muneri addet legem: & speramus in Do-
mino nostro Iesu Christo, quod illi erit acceptum,

& etiam gratum lectoribus & proficuū sed bonis, sed humilibus, non inuidis, non petulantis ingenij, non maleuolis quorum & si miseremur malo, sed eorum dicta & iudicia non curamus. Obiecerāt nobis & aliqui amici, quod & te, Christiane lector, quasi multare audimus. Quod summarum consciētiae libri penē sint innumeri, & vno positi lance, omnes aliarum Theologicarum disputationum Codices, & pondere, & numero moleque superperent, longe. Et fateri enim seu gratis etiam donare nō reuimus, sicuti fecimus in obiectatorum facie: tamē ex hoc magis necessitas horum tractatum, comprobatur quam arguatur superfluitas: nam in rebus ad vitam simpliciter necessarijs nunquam abundātia quaecumque excessus notatur, nisi taxare quis annū vellit ob multas segetes & opimas, & ciuitatis Gubernatores, ob superabundantem panis & farinae prouidam congeriem: est autem animorū reformatio, medicinae, & agendę vitę consilia, vt quotidianus panis animę. Vnde parœmia natiuę linguę meę Hispanicę satisfeci: *nunca por mucho pan mal año*. Adde, quod non in quocumque angulo fori panis inuenitur ex adōre, & se molinus, siue lacteus (absit inuidia simili, sicuti à nobis superbię abest neus) nam & si omnino operi huic non quadret, scimus quadrare desiderio nostro, quo moti in hoc opere animus fuit dare tibi, Methodam curandi animorū morbos, quę iuxta rituli significationem, & resolutionem haberet, & longitudinis fugeret fimbrias, comprehenderet omnia, neque confusionem pareret multitudo materiarum, ordine impediēte obscuritatem: & claritatis distinctione repellente te-

nebras

nebras difficultatum, summę sunt innumerę, alię (& si doctissimę omnes) longissimę vt summarum nomen totaliter metiantur, & multitudine, & indigestione pariant confusionem legentibus. Alię vt terrę fertiles ingeniorum dumeta fructuorumq; & ruborum densitatē montuosam produxere. Alię per aliud extremum adeo breues fuerint, & integrę vt summę nomen breuius fecerint, & summulę titulus illis suffecerit, casibus & dubijs, vt nucibus, & agmidalorum nucleis sub integra testa manētibus. Fuere & alię, & si satis doctę & refertę, sed vulgari & Hispanica lingua satis indecentes, cū sutoribus, tonforibus, & cerdonibus difficultatum moralium decisiones tradantur tractandę manibus cerę picis: & mulierculis ansa detur docendi confessarios, & dicēdi (vt & cōtigit nobis) Pater bene potui facere hoc quod negas, quia opinionem sequor talis autoris, nominans quędam doctissimu qui zelo bono, & si non secundum sciētiam labores suos communi lingua vulgares fecit, & indignę tractādos. Omnes igitur doctrinas & materias, quas confessarius cognoscere debet, & tenetur morales, & canonici iuris damus. I. P. quę de confessario est, & de examine cōscientię, quę præire debent & cōtritione tractamus proponimus in secūda: damus & in tertia, legis Dei ferie, per quam cognitio peccati habetur, iuxta Pau. scrutiniū omniū casuū consciētiae circa decē legis mādara, & peccatorū cōtra illa: & in vno quoq; mādato materias perstringimus adiacētes, circa septimū & octauū mādara, diffusissimas materias iuris & iustitię in factis, verbis, & cōtractibus, breuissimę, sed sufficiētēr dilucidauimus: cū coroni

de

de in vnoquoq; mandato, pro ecclesiasticorū, & maximè regulariū conscientijs. Quarta offerimus satisfactionis residuū tractatum, post dicta. Demū, & quid anteferendā sententiā & absoluendū faciet sacerdos, & quę possit ex iure & ex priuilegijs, confessor & maximè regularis: demum in calce addimus extrauagantium nouarum (quę vulgo motus proprii dicuntur) nostrę etatis Summor. Pont. breuē dilucidā tamen glossam, siue interpretationē pro tutandis cōscientijs: stylus neq; omnino rudis & impositus, neq; omnino scholasticus & disputatius est, sed medius vt par erat: fumus enim iuxta Paulū, & omnibus debitores, & sic materias Theologicas attemperare curauimus, vt & doctus legere nō fastidiat, nauſea euomens, neq; simplex, & non Theologus, integra vel degluciat, vel reijciat: legū & cano num vtriusq; iuris intellectus perspicui reduntur: in recitandis authoribus doctrinarū, nō equo plus tēpus terimus, iuris peritorū huius tēporis more, qui in hoc tēpus cōsumūt & ingenia: & sic in Dño freti, & supradicta qualicūq; diligētia iudiciū, absque neuo superbię, & maleuolentię, & absque coloratis inuidiē vitreis, cōmittimus tibi, lector Christiane: nā quoad puritatē fidei subijcimus, subiecimus, & subijciemus: sicuti & nos pedibus sanctissimę matris Ecclesię, cuius regula, & adamusi nos dirigi cupimus, nostraque in eius obsequiū & filiorū eius edita. Absit á nobis, longe absit, hanc matrē nō agnoscere, & ab illius incōcussa diuelli. fide, extra quā scimus non esse salutem.

Fœtus ingeniorū meę professionis monasticę, recepit ecclesia innumerabiles omnib⁹ notissimos, & si

& si hisce temporibus offerimus rariores, non defectus desideriorum est, neque scientiarum, cū in nostra hac illustrissima congregatione sancti Bernardi Hispanicę obseruatia, eximis creuerit & floreat omnigena scientiarum supplex ditissima: & faueat nimium eremi quies & silentiū. Hoc testabuntur & Salmantina & Complutensis Academia, vbi duo sunt nostrorū Theologiæ illustriores, illarū sacre doctrinę Collegia, extra alia quę in eremīs pficuisima habemus, vt pari in nobis pene currat, pede & monachum esse, & Theologū. At tamen superiores nostri cū tot hoc seculo viderint cūdi librorū acerbos, statuerunt nos in eremīs nostris delitescere, & vt in silentio & spe esset nostra fortitudo. At cū videamus orbē pene totū ardere, omnia á Lutero, Zuinglio, & Caluino, & Hugone, polui & infici pestibus errorum, sonuit ab hinc. 20. annis in auribus mentis illud Prophetę: Ve mihi, quia tacui. nec non illud satyrici peritrepere cœpit. Semper ego auditor tantū nūquam ne reponam? Vnde & super quator lib. senten. iam iam paramus Commentaria, & super diuinam Scripturam labores scriuorū componimus, & si hoc opus benigne susceptū fuerimus experti: donabimus alia. Vale, Christiane Lector, & pro nobis Dominum ora. Matrī, ex Museo nostro sanctę Annę, anno. 1598. 27. Octobris: ætatis nostrę. 45.

Magist. Frat. Hieronymus Llamas.

Illustris.

Illuſtriſſimo & reuerendiſſimo Præſuli Dño
don Ioan. de ſancto Clemente, Archiepiſcopo
Compoſtelano Regum Hiſpaniæ maiori Sa-
cellano, & Legionis Regni Cancellario.

Magiſter F. Hieronymus Lla-
mas. S. D.

Et ſi ſiſe ea conſuetudine vetuſtius (ex quo ſum ſcientiarum,
tum & bonarum artium cœpit origo) & quaſi perſcriptione
obtentum proſpiciamus, Præſul illuſtriſſime; quam ut y qui
quaſi ſpectaculum facti per euulgatos ingeniorum factus, in huius
ampliſſimi orbis theatrum prodeunt, non quaſi nudi & inermes hu-
ius ſeculi, mordentium & inuidorum linguarum iaculis expoſiti,
quaſi ad ſignum pateant: ſed alicuius Principis & Macenatis dex-
tra, & quaſi timende virtutis eius, & potentia memoria, cœli-
peo tutiſſimo proteſti, tuti & ſecuri, veritatis & doctrina ſana
merces exponam. Huic igitur labori & Methodo Curationis animo-
rum, tu iure debebaris, Aachi præſul illuſtriſſime. Tum quod labo-
ris filij, ut verè pater (qua fuit ita in me benignitas), tum quod ut
verè Dominus ſerui heias operæ irre vendices: tum vel maxime
quod Methodus Curationis animorum, illi animarum Archimedi
co excellentiſſimo, & medicorum inſtitutori, atque cenſori omni-
bus modis debita erat. Præcipue cum eius auctor & compilator, tot
titulis & nominibus tuæ ceſſitudini ſit debitus, & benignitati qua
me non ſolum in ſeruum, ut Præſul & Dominus, non tantum in ſiliũ
ut verè pater, & in diſcipulum, ut eximus Doctõr & Magiſter, ſed
in coadiutorem, Conſiliarium, & familiariſſimum amicum (qua tua
eſt humanitas) ſuſceperis, conſeruaueris honoribus tituliſque in al-
tum enexeris. Accipe igitur quo ſoles vultu hanc Methodum tuo
celebri nomini dicatam, imo tuo conceptam & editam auſpicio, &
in obſequium tuum, & vtilitatem tuorum ſubditorum præcipue di-
rectam. ſpero enim quod labores iſti domino meſſis inſtigante, in-
cepti, & eodem adiunante crescentes, & perficiente perfecti, tuo
nomine proteſti, ſecuri eo aduenient ut cedant in laudem Dei. O.
M. Et Sacro. S. Mat. Eccleſ. obſequium. Vale, Præſul illuſtriſſime, &
nos ut ſoles ana. Matrili pridie idus Nouembr. anni. 1599.



UNIVERSITATIS



PRIMA PARS
METHODI CV-
RATIIONIS
Animorum.

PRIMUM CAPITVLVM,

*De Virtute, siue de Bonitate confessarij huius
Sacramenti ministri, &c.*

§. I.



VIVS Arcanissimi Sacramenti
pœnitentiæ (vt instituimus) Deo
adiuuante, habituris sermōnem, cū
ordini & breuitati facilitatiq; stu-
deamus, placuit nobis, tractatum
præfens & Methodum nominare
curandi animas, & in quatuor præcipuas distribuere
partes. In prima quæ habere & scire necessario de-
beat cōfessarius (nisi damnationem vellit incurrere
æternam)

A

æternam)

æternam:) disputabimus. In secunda quæ longior erit, quæ dicere debeat pœnitens, & quæ interrogare teneatur sacerdos, perstringemus, per mandatorum legis seriem percurrentes. In tertia de satisfactione, quæ pars est pœnitentiæ, & in quarta omnium breuissima, de absolutione quæ finis & forma est, tractabimus.

§. II.

ACTVRIS igitur nobis de ministro Sacramenti pœnitentiæ: tria se offerunt, bonitas scilicet eius: scientia siue peritia secundum: tertium demum potestas, siue facultas eius. Quoad primam bonitas confessarij ex munere & officio eius qualis esse debeat saltem coniectando educi poterit: gerit enim Iesu Christi Domini nostri vices in terris & eius repræsentat personam. Insuper eius munus est animas vt minister mundare: quomodo inquinatus mundare accedat alios? & qui docturus est non furandum si furetur, quæ maior turpitudine? Quomodo agnum Dei mûdi tollentem principaliter peccata mansuetissimum, lupus rapacissimus repræsentabit? Quomodo pretij sanguinis agni immaculati dispensator maculatus erit, cuius manus peccatorum sanguine sunt plenæ?

§. III.

REMINISCATVR oportet illius sententiæ Domini, Ioannis. 8. qui sine peccato est (indulteram animam) mittat primum lipidem: debet igitur confessarius habere animi munditiam magnam, aqua enim fœtida & fordida, non tam ad mundandû, quàm ad inquinandû apta videtur. Testis enim mihi est Deus, testis & conscientia mea, si mea non concutiuntur

cutiuntur ossa, cor tremit, genua infirmantur, quâdo ex officio, vel obedientia, alium peccatorem sum audire coactus, plorans & mæstus eram (scit omnipotens) & hoc mecum reuoluens, mirari non desino quam faciliter & omni timore procul, & absque debita reuerentia iudicij & tribunalis sacro sancti, cõmuniter hodie ad hoc munus acceditur.

Consideret Sacerdos, iussisse, Dominum. Exod. 27. emunctorios forcipes in tabernaculo suo profouendo igne sancto, & purgandis lucernis, expurissimo fieri auro, quod iuxta Hieronymum fuit sub vmbra Sacerdotem aliorum vitam mundantem, vitam debere habere auream, charitate perfectam, & qui alios intendunt purgare vt luceant, debent & ipsi lucere. Reminiscatur Sacerdos, illius vasis siue maris, ænei, in quo veteres Sacerdotes lauabatur, cuius labio iussit Dominus Moyse, vt cælaret specula mulierum, vt lauadorum vultus maculæ apparerent, sic Sacerdotis vita, speculum esse debet pœnitentiæ, vt eius exemplo, quasi in speculo vultus sui animi peccator agnoscat, & hoc sacrosancto pœnitentiæ fonte lauet, hoc omnes sacræ literæ, hoc sancti Doctores clament. Augustinus enim relatus, de pœnitentiâ. d. 6. §. labore dicit, Sacerdos antequam omnis stultitur langor, in nullo illorum sit iudicandus, quæ in alio iudicare est promptus, aliàs alium iudicando, seipsum condemnat, agnoscat igitur in se, & purget in se, quod videt alios sibi offerre.

Exod. 38.

Dubium num administrare sacramenta pœnitentiæ, in mortali sit mortale. §. IIII.

CVM Igitur hoc a deo sit à Deo, ab ipsoque mi-

nisterio, & sancta ecclesia, vt minister huius Sacramenti sit bonitate polens, dubitatum est apud nostrates Theologos, & iurisperitos canonici, num administrare hoc Sacramentum in peccato, ex parte ministri, sit peccatum, & quale, & quia est animus (iuxta huius operis nomēclaturā) summaria & absque strepitu disputationum scholasticarum procedere, resoluētes dicimus. Primò, hoc vnum certum esse, in ministro huius Sacramenti bonitatem requiri, vt constitit supra, & quod defectus bonitatis in administratione huius Sacramenti addit nouam culpam, absolute loquendo: quæ doctrina est de fide, & habetur expresse cap. si iustus, & cap. remissionē. 1. q. 1. Secundum certum in hoc dubio sit, quod Sacramenta, etiam per quoscūque pessimos ministros administrata, cum debita intentione, in digne recipientibus & nõ ponentibus obijcē, suum fortiuntur effectum, & causant gratiam, hoc liquet cap. per Esayam, vbi supra, & habetur decretum Conc. Trid. Sess. 4. Cano. 9. & 10. His suppositis, vt verisimilis. S. Thom. in. 4. vocat hoc peccatum sacrilegium. Soto ibidem. q. 5. art. 6. non dubitat illud dicere esse mortale. Nauarro idem dicit Manu. Latīn. c. 4. nume. 6. nam Adrianum in hoc non placet afferre, qui ad eò extreme in hoc voluit procedere, vt leuare hostiam sacrosanctam de luto in peccato mortali, dicat esse mort. culpam, quod omnes rite iudicant actum bonum religionis.

Quid tenendum ex Authore? §. V.

VERITAS In hoc iudicio Doctorum & timoratorum, & nostro est, quod administrare sacramentum quodlibet in mortali suo genere est sacrilegium mortale, quod signant loca decreti allata, & voluit S. Tho.

Capitulum secundum de scientia confessori necessaria.



S I IN Quacunq̃ arte etiam mechanica est necessario requisita cognitio, quanto magis in omnium suprema arte & officio animas medendi & extrahendiq; ab inferis, & deducendi in cœlum? Secus cæco alteri ducatum præstanti cæco, quid certius præcipitio amborum continget? vnde Dominus, Malach. 2. & Osseæ. 4. repulsam minatur sacerdotibus scientiam repellentibus.

Quomodo peccat scientia carens sacerdos. §. I.

DICIMVS Igitur, quod sacerdos carens scientia necessaria ad audiendas confessiones, qui munus admittit confessoris, mortal. peccat. & retinens officium est in statu damnationis, vsque dum officium dimittat. Doctrina est omnium: hanc docet ipsum ius naturæ, quia est facere quod ignorat, in re grauif

lima, & vergit in maximum proximi malum: & si quis nesciens curare intenderet corpora, mortaliter peccaret propter periculum damni, quanto magis intendens curare animum ignorans? Idem ius diuinum suadet, nam secundum illud, clauis regni cœlorum non traduntur, nisi scientibus aperire: & sic quidquid fit clauis errante, effectum non habet, vt docemus, tractatibus de potestate clauium, & de potestate Ecclesiæ. 1. 2. sancti Thom. Hoc ipsum comprobatur ius positium Canonicum, cap. omnis de pœnit. & remiss. & cap. non est sine culpa. de reg. iur. in. 6. neque in hoc asserto est apud aliquem dubitatio.

Quæ scientia requiratur. §. II.

QUANTA Autem scientia sufficiat, hic labor, hoc opus, quare alij volūt confessarios Theologos, & iuris Canonici peritissimos, alij per aliud extremum, semi grammaticis sunt contenti. Regiam nos & media via incedentes, dicimus. Primo necessarium esse, vt sciat distinguere actū virtutis à peccati actu, & peccatum à non peccato, secus quomodo curabit qui salutem ab infirmitate nescit distinguere? Secundo tenetur scire circumstantias necessario confitendas, quales sunt, speciem peccati mutantes; & quæ notabiliter nimis agrauant, & augment malitiam intra eandem speciem: Tertio tenetur scire distinguere inter omnia venialia & mortalia peccata, secus exponet animam suam periculo damnationis æternæ & pœnitētis: cum ponat tenebras lucem, & nesciat inter lepram & lepram distinguere: Diximus inter omnia venialia & mortalia,
quia

quia nolumus obligare quęcumq; vt in omnibus casibus distinguere sciat, quod sit peccatū vel non, & an veniale sit an mort. cum in multis sint innumeræ controuersia, ipsis etiam theologicissimis discordantibus, hoc asserente hoc esse mort. illo affirmante, esse veniale; vt cōstitit præhabito cap. 1. sup. similiter, alijs dicentibus, hoc esse peccatum, alijs negantibus, imo dicentibus licere, vt in huius summę processu, millies patebit. Sed volumus dicere, per communiora, quod sciat, dare elemosynam esse actum virtutis, & quod ambulare, spuerere, comedere, dormire, esse naturæ operationes de se neq; bonitatem neq; malitiā moralem habētes; quod mentiri in rebus ioci est veniale, & quod mētiri in damnum magnum proximi est mort. & in reliquis difficilioribus tenetur scire dubitare. Hęc est doctrina communis omnium: & si in illis in quibus dubitat suo iudicio innixus decernit, & si forte quod melius est eligat, mortaliter peccat, quia casu accidit, quod bene discerneret, & si interrogat, quę doctum existimat, & si eius consilio erraret, non est ei culpa imputanda sed consilianti: est enim error, (quę nostri theologi dicunt) speculatiuus nō vero practicus. Quarto, tenetur scire qui casus communiter referuari solent à Summo Pont. & etiam à suo immediato superiore, & antequam confessionem audire incipiat hoc perquirere, & percontari vel legere tenetur. Imo petere memoriale scriptum, si timet memoriæ excidium. Neque mirum quod hoc petatur, nā si neq; iudex pedaneus vnus oppiduli, audeat esse; qui summam nesciat quæ communiora sunt, iudicaturæ; & nisi habeat memoriale scriptū, quod

Hispani dicimus, *Aranzel*, quanto magis animarum iudex? Demum tenetur, vel scire vel habere memoriale casum Summo Pont. reseruatorum in bulla cœnæ Domini, quod & præcepit expresse Gregor. XIII. in sua bulla ab anno. 1571. & iterum illa quam pronuntiavit anno. 1584. quãdo hæc scribebamus primo, usq; ad Clementem. VIII. qui idem iussit in sua quam legit hoc anno. 1595. quando iam tertio, hos eisdem labores reuisentes limabamus, & sic nos infra memoriale eius bullæ ponemus, cum annotationibus, ut sufficiat habentibus hanc summam, ad impletionem huius mandati.

Quid si ex obedientia iubetur audire. §. III.

SI Autem hanc sufficientiam non habenti, Prælati iniungat ut confessiones audiat: humiliter manifestet suam ignorantiam, & si adhuc insistat non est illi obediendum, iuxta illud act. 5. obediendum magis Deo quam hominibus. Dices, quia hoc est animum dare scrupulis: timebunt enim multi si fatisciant, an non? Respondeo: Vtinam talis scrupulus omnibus contingeret, sed pro hoc dolor: nemo est qui de se non existimat scire superfluum, nec dum necessarium, & hæc cæca superbia non sinit interrogare eos eaq; nesciunt, cum malint ipsi errare, quam discere, ut ait S. Hieronymus. Sed ad tutandas conscientias, etiã in hoc, dicimus quod post Concilij Trid. decretum, sess. 23. c. 15. de ref. crediderim in hoc sanctam Ecclesiam modum posuisse, id est, quod sine scrupulo defectus scientiæ sufficientis, poterit confessiones audire, quicumq; a suo prælato est per
examen

examen approbatus, & deputatus ad audiendas, prælati videant quid faciunt, sibi enim imputabitur damnum. Gratias agimus Deo, quod in hoc hodie circumspectè proceditur & religionum superiores in confessoribus pro suis nominandis, & in illis quos Episcopis præsentat pro secularibus, nimis inuigilat ita ut Episcopi, sola præsentatione absq; alio examine possint suas conscientias in illis approbandis sedare. Monuimus verbo aliquos Episcoporum Vicarios, & nunc in Christo scripto monere cupimus omnes, (nam Domini Episcopi semper in hoc moderatius, & comitius procedunt,) ne in approbandis religiosi præsentatis, plus æquo perquirant, ut in omnibus pax Christi, (cuius omnes serui & eiusdè Ecclesiæ membra sumus,) seruetur & crescat: utinam sic rigorem suum exequerentur in examinandis clericis, quibus animæ ex officio committuntur, præcipuè in montanis.

Quando penitens doctus est quid? §. IIII.

SE D. Obserua, quod doctos penitentes & religiosos, cum minori sufficientia potest sine scrupulo confessarius audire, quia tales sua scientia supplebunt defectum confessarij, vel talis sunt conscientia timorata & religiose, ut nulla sit difficultas: unde inferimus, quod mort. peccat, quisquis vel animarum curam, vel confessoris officium habet, non habens & legens aliquam summam Doctoris Catholici, ad sciendum ea que sui sunt muneris: quod patet clare, quia supradicti, in re rati momenti tenentur facere quid quid illis est possibile ne errent, at non semper possunt, consu-

consulere Doctores viuos, quia non præsto sunt, ergo tenentur consulere mortuos, in suis scriptis viuentes; insuper quia isti tales, tenentur omnibus modis sibi possibilibus, remouere impedimentum salutis animarum & conscientiarum: at in materia quam ipsi tractât in confessionibus, nullum maius impedimentum esse potest ignorantia, ergo illam tollere tenentur, sed hoc fiet lectione summarum, vel alicuius huic similis, secus ignorantia eorum erit volita & culpabilis, quam nostri theologi, (& nos cum S. Thom. 1.2. quæst. 76.) affectatam vocât: vnde optamus nimium Dei zelo accendi in hoc visitatorû diuicium animos, vt perquirant, quos libros curati legant, ne forte illud sit volumen. 48. foliorum siue cartarum pictarum: in quo cuiusdam Archiepiscoporum nostræ Hispaniæ cuius modestia vetat nomê prodere, laudauit & admiratus sum sanctissimam & ab omnibus vtinam imitandam diligentiam, statim libros clericorum videbat, & si intus novos videbat clausos semper iudicabat, & maxime reprehendebat, & quos videbat non habere proficuos, suæ artis libros & summas, statim eos emere faciebat, imò suis expensis pauperioribus dabat: & si hæc negligētia lectionis & studij, semper reprehendenda fuit nimis, quanto magis hodie, cum tot sunt summe scriptæ doctæ & sufficientes? Et sic laudabile nimis venit in medium, statutû huius nostræ almæ religionis & obseruantia sancti Bernardi Hispaniæ, quo iubetur confessarijs dari libri necessarij, candelæ pro noctibus, & spatium interdiu, & quod magis est quod in nullo monasterio deficiat lectio materiarum moralium pertinentium ad conf-

ad conscientias, conformiter ad decretum Concil. Trid. sess. 5. cap. 1. de refor. & in alijs religionibus, etiam sic fieri multis scimus.

Capitulum tertium, De prudentia confessoris.

§. I.

PRUDENTIA Iuxta theologos, & morales philosophos, est omnium studiosorû actuum moderatrix, ergo à fortiori in hoc super excellenti animorum curationis munere, illa opus erit, vbi infundendû est vinû reprehensionis acrimoniaquè vindictæ peccatorû, & misceri debet oleo consolationis, & lenitatis exortationisque amoris plenæ, vt docet Ecclesia, cap. non est putanda, in fine. 1. q. 1. & cap. iudicantem. 30. q. 5. neque prudens confessarius (vt & insipiens medicus,) humores omniû infirmorû, eodem purgatiuo pharmaco expellere niti debet, sed pusillanimes poenitentes consolâdo erigat, ne desperent, proposita Dei erga grauissimas offensas iugi misericordia, duriores vero & tenatiores, (qui quasi frontem meretricis inuerecundè peccando fecerunt) minis & propositis ingentibus Dei terribilibus supplitijs, deterreat & cõtristet ad salutem, & ipsorum exaggerata ingratitude, & Dei proposita iustitia concutiat, sed semper inimiscendo terroribus blandimeta, iuxta illud Pauli, Argue, obsecra, &c. In quo maxima autem prudentia opus est, in interrogationibus est. Sunt enim aliqui poenitentes, quibus nil interrogare necesse est, imo,

imo esset superfluum & malum interrogare, ut sunt docti, & literati, quorum respectu minor scientia (vti diximus) in confessore requiritur. Sunt & alij vrbansissimi homines, scientes (& si seculares sint,) & peccata, & numerum, & circumstantias, & c. quæ iudicium prærequirit in causæ cognitione, sciunt quos statim confessarius in initio cognoscet narrationis: sed ij pauci sunt. Et sunt multo plures qui statim in initio grauiora sua peccata confitentur: cætera vero non ita clarè, neq; circumstantias nisi interrogati, & hos tenetur confessarius de talibus interrogare, & docere, ut postea sciât necessario esse confitenda, secus distortum esset iudicium, si iudex non cognosceret, quæ reus de se non declarat, vel declaranda ignorat: & si medicus quæ infirmus nō dicit, vel quia ignorat, vel quia nō putat necessario declaranda, non interrogat, ut inde colligat infirmitatis radices, non curabit. Et ad hoc teneri confessarium sub mort. est certum, & ex dictis similitudinibus liquens est. Est reliquum vulgus confitentium, rude nimis, à quibus ferè neq; vnum veniale confessarius audiet nisi interroget, & quasi fuscinula ferrea educat & extrahat: & qui (vt pius Nauarro) Summisq; docent, non interrogandos, nisi prius suo modo peccata dixerit, bene demonstrant se non audiuisse incolas Galeciæ, Asturiarum, & aliarum Montanarum Prouintiarum nostræ Hispaniæ, à quibus vulgaribus ferè omnibus, qui nihil interrogauerit nihil audiet, & si quid vltro confitentur, est tale quod absolutionem non potest accipere, vtpotè generale & confusum, scilicet, dico male, & facio male: & si paulatim & suo modo morem gerens & blanditijs per-

per-

perquiras, peccatorum sententiam inuenies, quod & nos longa experientia didicimus per duodecim & eo amplius annos eos audientes: & sicuti corporum medicatio, adhuc amplius animarum curatio, ultra scientiam, & experientiam requirit.

Prudens cautela confessarij. §. II.

DEBET & confessarius magna prudentia & sancta cautela vti circa ignorantes, & id tantum interrogare, qd credit certo moraliter, vel poenitentem ignorare, vel obliuisci, vel ob verecundiam callare, iuxta illud August. diligens inquisitor, & subtilis indagator veritatis, sapienter, & quasi astute interrogat à peccatore, quod forsitam ignorat, vel verecundia vellit occultare, & c. quæ tota distincte de poenitentia disertissima habentur. Quando autem nullum dictorum timet, solum verecundiam impediendam auferat, dicens, se non mirari quod peccauerit, quocumq; genere peccati, cum hominum sit peccare, & maxime caueat ne nudè interroget grauiam & enormiam peccata, sed tamen primo, de communibus illius status hominum, ne forte doceat ignorantes peccare quod nesciunt; sed procedat per mandata legis & Ecclesiæ, per opera misericordiæ, & c. Pueros & iuuenes instituat, impuberum peccata circa venerea indirectè & cautissimè percontetur: ne (vt aiunt) dormientes excitet, & circa illa ne nimium rimans immoretur: sunt enim glutinosi iuxta sancti Thom. consilium, in. 4. d. 19. & si aliquid obscene & fœdis vocabulis dixerint, doceat eos, quomodo deinceps honestius dicant, de quibus omni-

omnibus latius suis locis infra, & in fine huius Methodi, cap. vlt. par. 4.

Capitulum quartum, De potestate cōfessoris.

§. I.

QUOD Si supra dicta necessaria sunt (vt ex parte, saltim constitit) ad munus cōfessoris, quanto magis potestas, cum sit actus iurisdictionis & iudicij exercitiū? Hæc autem potestas non traditur actu, siue quoad exercitiū, siue executionem actus, per traditionem clauium in ordinatione presbyteratus, sed tantum in habitu & facultate, sicut in ciuilibus, in aliqua ciuitate, quādo aliquis recipitur in ciuem siue oppidanum vel vicinum, non idē accipit actu potestatem iudiciariam, quo vsque subditi dentur, & tunc fiet, quando in iudicem vel (vt nostri Hispani vocant) in *Alcalde* eligitur & constituitur: tunc enim actualis iurisdictionis traditur & potestatis exercitiū, quādo dantur subditi & iurisdictionis materia: quæ doctrina est de fide, tū iuribus antiquis decretis, cap. 1. dist. 6. de pœnitentia, & 16. quæst. 1. §. ecce. & in Concil. maximo Later. sub Innoc. III. cuius decretum refertur cap. omnis de pœnit. & rem. & nuper Conc. Trid. sess. 14. cap. 7. Et ratio naturalis, id ipsum dicit, quando deesset eximium fidei lumen: qui enim non est alterius superior aliqua via, quomodo eum soluere vel ligare poterit, coercere, vel releuare? Igitur confessorius secundū catholicā fidē, duo debet habere. Primū, vt sacerdos sit, vt discernūt, Lat. Flor. & Trid. Cōcilia. Secūdū, vt sit proprius

prius pœnitentis, id est, iudiciariam superioritatem super pœnitentem habens, vel ordinariam, vel delegatam, vt latius patebit infra.

Num confiteri liceat laico? §. II.

QUOD AD Primum horum non defuere qui dubitauerint, num in casu extremæ necessitatis confessio laico fieri possit, aut debeat? Duo in hoc certa sunt, secundum catholicam fidem. Primum est, talem confessionem factam non sacerdoti (nam quoad hoc Sacramentum, nihil amplius diaconus habet quam vxoratus laicus) non esse Sacramentū, neq; conferre gratiam ex ipso opere, quod dicunt theologi opus operatum, de lege loquor communi, quia in Sacramento pœnitentiæ requiritur essentialiter persona ministri, qui talis solum est Sacerdos, vt definiunt supra dicta Conc. & Trid. sess. 14. Can. 10. igitur Sacramentū pœnitentiæ in nullo casu est, vbi minister sacerdos deest. Secundum certū est, nullum Christianum ad talem confessionem faciendam laico, in aliquo casu, etiam in extremo teneri & obligari: patet, quia nemo tenetur in aliquo euentu disponere se ad gratiam, nisi medijs ab Ecclesia ex Christi Redemp. nostri institutione ostensis & exhibitis, quæ sunt Sacramenta, at laico facta confessio, vt licuit de fide, Sacramentum non est, igitur neque in casu aliquo obligatorium: & sic laicus audiens neque ligare neq; soluere poterit: confessio autem iure diuino ad absolutionem ordinatur. Laicus autem, si Sacramentaliter absolueret, nihil faceret quoad alium, nisi quoad se peccare mortaliter,

taliter, peccatum sacrilegij, non tamen fieret irregularis, vt quidam existimarunt: tum quia irregularitas, secundum regulam Canonistarum verisimam, nunquam incurritur nisi cum expresse iure est posita in tali casu: vt patet cap. Inquisitioni. de sententia excom. in. 6. imo in hoc casu non incurri, deciditur, cap. Is qui, de sentent. Excom. in. 6. & sic has decisiones existimamus non vidisse Palud. & Sot. qui eum sequitur, in. 4. d. 18. contrarium asserentes: legatur Syluester, verbo, cōfessor. 1. qui nobiscū sentit; an autem liceat in casu aliquo laico confiteri, Scotus, in. 4. d. 17. q. 1. art. 3. negat talem confessionem bonam, neq; vtilem esse posse, casu aliquo, & sic suadendum ne fiat. Magister Sentent. ibidē; & super illum S. Tho. q. 3. & additio ad. 3. p. q. 8. art. 2. & Palud. & Ricard. & Gab. dicunt, in extremis laborantibus & periclitantibus, esse vtilissimam & suadendam, & adducit Magister illud Aug. Tanta est vis confessionis, vt si deest sacerdos, confiteamur proximo, quod & Beda dicit; cum igitur præsupponatur duo vera supra posita de fide: solū sacerdotem ministrum esse penitentiae, & quod in casu etiam extremæ necessitatis contritio est in præcepto, & confessio etiam si adsit sacerdos, etiam si scia quod non me absoluet, si tamen nō adest, nullatenus obligat fieri nō sacerdoti, tamē vtilis esse potest propter humilitatem, quæ magna est dispositio ad contritionem: & insuper ad accipiendum consiliū in tali transitu, & vt audiens oret pro moriente, hoc vult Aug. S. Thom. & Magister: locuntur enim de congruitate: neque argumentum Scoti vrget, quia qui confitetur non diffamat, se cum audiens iure natura ad

ræ ad secretum teneatur strictissimum, & ad maius quam solius legis naturalis, & si confessio non fuerit sacramentalis, tamen sigillum habet eandem obligationem, quamuis non sub pœnis ab Ecclesia contra reuelantes confessionem statutis: & secundum vim argumenti Scoti, si aliquid concluderet, sequeretur, non licere cuiq; suum peccatum detegere pio & prudentia amico, ad cōsiliū suscipiendum, quod est omnino irrationabile.

Quo iure obligetur quisq; confiteri proprio. §. III.

HABITO Ergo confessionem fiendam non cuiuscumque sacerdoti, sed proprio, videre libet, cuius iuris sit hæc obligatio, diuini an humani positiui? Durand. enim in. 4. distin. 17. quem Paludan. sequitur. distin. 18. quæst. 3. aiunt, quod si ius Canonicum cessaret positium, diuino iure cuiuscumq; posset quicumque sacerdoti confiteri. Christus enim (aiunt isti) Redemp. noster, nulli speciali proprio instituit subiectionem, & quod quamuis sit actus iurisdictionis, est voluntariæ subiectionis; & sic secundum istos, confessor maiorem similitudinē habet cum iudice arbitro, electo à partibus, quā cum ordinario, signato à superiore, cuius signum est (ait Dur.) quod summus Pont. qui iuri positio nō est subiectus: nullū habet confessore determinatū, sed quē vult eligit, & cui vult se subijcit: hæc tamē sententia falsa est, temeraria, & periculosissima, post tot præcipuè decreta Conc. & summorū Pont. vocantū cōfessariū iudicē simpliciter ordinariū, & præcipuè Cōc. Flor. & Tri. dicentibus: sacerdotē à Christo

Redemp. nostro ex vi ordinationis, non recipere in actu iurisdictionis exercitium, quamuis bene in habitu, & soli Petro, vt omnium proprio dicitur, vt pascat oues, & ex institutione Christi, & si in vltima cœna omnes facti sunt sacerdotes Apostoli, tamen iurisdictione in actu non est data illis, vsq; post Resurrectionem Domini, & instinctu & ordinatione Spiritus Sancti, diuisa est illis iurisdictione Prouintiarum: nam & si vnusquisq; Apostolus: habuit vniuersalem in totum orbem quoad multa iurisdictionem, hoc fuit propter Apostolatus insigne priuilegium, à Christo inmediate illos ordinante datũ, vt docuimus. 1. 2. tractatu de potestate Papæ: & certè qui ex iure diuino tollit iurisdictionem ordinariam, non sentit clauem iurisdictionis, esse iuris diuini, & stultissimam ferè dicit esse Rēpub. institu tam christianam, quoad forum interius à Christo, si non instituit iudices ordinarios, quod Hispanæ solet dici in similibus, *Que fuera vna beherria*, & Duran. argumentum est dissimilis formæ & disparis rationis, quia cum lis est apud aliquos, super re ad quã vterq; ius habere intēdit, cū illi vnusquisq; possit relinquere, & iuri cedere, ex amborum consensu arbiter eligitur, cū pacto standi pro iudicio & sententia illius. Et sic talis iudicij fundamentum est res voluntaria, at peccata confitenda, sunt criminalis iudicij, licet interioris & secreti, at in criminali causa, nulli licet arbitrum eligere, sed ordinarij sententia standum est, vt patet in forensibus causis: & sic ductu luminis naturalis iura decernunt, & sic hanc doctrinam (demptis his duobus, Dur. & Palud.) omnes chatolici vnanimes, receperunt esse iuris diuini, à Iesu

à Iesu Christo Redemp. nostro institutum, quod vnusquisque proprio confiteatur, & hoc proposuit Ecclesia, non ius condens, sed declarans, & proponens à sponso suo institutum.

*Capitulum quintum de proprio sacerdote,
& quis sit?*

§. I.



IANC Materiam tractant Doctores nostri scholastici, in. 4. cum Magistro. d. 17. & 18. S. Thom. q. 8. art. 2. & 3. Scotus. q. vnica, Dur. q. 11. Alex. Alen. q. 78. Soto vbi & alij: cum ergo, (vt nos monstrauius tract. de potestate ecclesiæ) ex ipso diuino iure Christi Redemp. nost. in Ecclesia est ordo Hierarchicus, & principatus ad modum Imperij Monarchiæ, idest, vbi vnus est princeps, & vnum caput supremum, cui ceteri obediant: secus non fuisset Ecclesia cum optima poli.ia instituta, vt dicto tractatu latius ostendimus: & habito iam ex declaratione Ecclesiæ, secundum diuinum ius, confessionem proprio sacerdoti fiendam: nunc quis sit iste proprius sacerdos est videndum. Primo igitur: generalis omnium fidelium proprius sacerdos est summus Pont. & eius maior poenitentiarius; quia summus Pontifex succedit, vt caput Christo in corpore eius mistico, quod est Ecclesia. Episcopus est designatus proprius sacerdos omnium suę diocesis, & eius Vicarius Generalis in spiritualibus. Curatus demũ qui parochus Græcè dicitur, idest, vicinus, est proprius iure, omnium

*Quis quoad
regulares
sit proprius
sacerdos?*

de sua parœcia: neq; enim nimium vtilis existimamus acceptiones proprii sacerdotis, quas cõtrouer tũt Canonistæ, & aliqui Theologi, super cap. Omnis. de penit. & rem. Quoad religiosos autẽ exemptos, (quales hodie sunt omnes approbatarũ ab Ecclesia religionum) vltra summũ Pont. (quem etiam vt Christiani habent pro primo proprio sacerdote) eorũ proprius sacerdos est eorum prælatus, Abbas vel Prior, Minister, vel Rector. Et sic ex commissio ne Episcopi, nemo illos audire potest, quia Episcopus nulla ratione est eorũ proprius sacerdos: sed vbi prælatus immediatus succedit in plenũ ius, vt sunt Abbates nostrę religionis S. Bernardi, & nigrorum S. Benedicti: talis est proprius vt Episcopus, & vt curatus: in alijs vero, vt in religione minorum, pro uintiales succedũt loco Episcoporum, quoad suos, Guardiani autem ex se solum loco curatorum, sunt proprii, quoad suos.

Imperatoris sacerdos quis sit? § II.

DESCENDENTES Autẽ in particulari, & stando in iure cõmuni (nulla pro nunc habita cõsideratione priuilegiorum.) Imperatoris & Imperatricis, confessor proprius, nõ est quilibet ex eorum capellanis, vt quidã solo nomine Theologi & iuris periti: re autẽ vera assentatores & falsi adutores; falso illis mentiti sunt: neq; talis cõsuetudo in Ecclesia fuit, neq; hoc potest cõsuetudine (quæ verius corruptela fuit) p̄scribi: neq; aspiciendũ, quid duo Frederici, quidvẽ tres Henrici, & alij tales Tyranni contra sanctam matrẽ Ecclesiam perpetraverint: nam tales etiã ipsi voluerunt esse summi sacerdotes,

dotes, & Pontifices facere, vel esse, quorũ gesta non in libris, quę aliquo modo vitæ sunt, participatiuẽ adduci in mediũ debent: sed in libro mortis, vbi & eorum nomina scripta sunt: igitur est episcopus ciuitatis, vbi ex antiqua consuetudine Basilica Imperatoris residetiaquẽ est communis, vt fuit Imperatorũ orientaliũ per multos annos Præsul Constãtinopolytanus. Idẽ dicimus de Regibus, quod nõ est aspiciendus locus curię, qui pro aliquo tẽpore est regũ residentia, sed illorũ proprius sacerdos est Antistes ciuitatis, vbi ab immemoriali curia Regũ solita fuit esse, vt Regũ Hispaniæ, Tholetanus Archiepiscopus, & Franciæ Parisiensis, & c. Idẽ omnino de Dominis potentatibus, superiore non cognofcentibus, vt de Archiduce Austrię, Duce Sabaudię, Duce Venetorum, & Duce Florentiæ. Cæterorum vero Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum sub potestate Regum existentium, est Episcopus ciuitatis, à qua nomen sui dominij assumunt, vt Asturicens. & Chauriësis Episcopi, Marchionũ sic de nominatorũ, sunt proprii, & si in toto titulo suæ dominationis nõ est ciuitas Episcopalis, taliũ, proprius sacerdos erit curatus parçiæ domus suæ cõmuniõis residentia, & idem de eorum domesticis. Cæterorum vero Christianorũ curati proprii, sunt proprii sacerdotes, vt & nomen sonat.

Quoad mercatores quis proprius sacerdos sit? §. III.

MERCATORES Autẽ, & si subsint, quoad forum consciẽtię curato parçiæ sui domiciliij cõtinui, tamẽ cũ eorũ officium sit vtile, imo reip. necessarium, quod cogit eos vagare, rectẽ illis prouisum fuit

à summo pastore, vt subderentur ratione officij, Episcopo & curato loci, vbi se offert necessitas cōfitendi, vel ob cōmunionē voluntas, quod decreuit Eugenius. III. viuz vocis oraculo, interpretans caput, Omnis vtriusq; sex. relatum, cuius decreti meminit Caiet. in sua summa, verbo absolutio ex parte absoluētis, qui testis esse potuit: & cōsuetudo hāc iustissimam declarationem in omnibus vagātibus, approbavit & acceptauit: vnde dicimus, quod quicumq; non habens certum domicilium, cū non sit maior ratio, quare huius quā illius dicatur loci Paroecianus, possit confiteri, curato loci vbi tempore confessionis inuenitur, & si plures sunt curati, neq; maior in illo loco est ratio vnus quā alterius, eligere poterit ex illis ex vi prædictę declarationis, neq; enim haberi debet ratio diuersorij vel hospitiij vbi hospitatur, cum nō sit fixa habitatio. Peregrini & vagantes ob varias causas ad quærendū victum, Veredarij, & itinerantes Hispanē, *Correos*, qui & si parentes, domum, vel vxorem habeāt in aliquo loco, tamen semper ferē sunt in continuo motu, & absentes in paschate: multi doctorum antiquorū hō obligabāt vt peregrinatio, vel itera assumeretur de licentia Episcopi vel curati sui domicilij, & sic tūc inclusa virtualiter habebatur licētia confitendi alteri, sed certē hoc nimis grauare erat, & durum nimis, etiam ante Eugenij. III. declarationem, nā cap. Omnis vtriusq; de pœnit. nō subiicit paroecianos, parochis, ad sanctas peregrinationes ex licentiā eorum assumendas, & ad suas negotiationes & itinera, quę iure gentium libera sunt. Imo multoties cōuenit alicui, vt eius iter sit secretum, & multoties con-

continget, quod alicui conueniat nimis, quod celebratur cura, & terminus & tēpus absentię. Imo potest contingere quod sit damnosum quod sciat. Dicendū igitur putamus, & hoc maximē post dictam declarationē, quod dummodo non fiat fraudulēter absentia ex principali intento. vt fugiatur proprius parochus, & si nihil dixerint curato, sed volūtariē peregrinationem vel iter assumpserint, in illo inuenti, cōfiteri poterūt parochō illius paroecię, vbi se confert confessio, quia ex duobus præceptis, qui simul concurrunt, si vnum implere possum, & alterū pro tunc non, quod possum tantum currit pro tunc: & sic si tēpus confessionis vrget, & meus proprius nō adest, illum reputabō propriū, cui ego adsum, & tūc cōfiteor alteri de licētia interpretatiua, meiproprij. Et hoc faciam receptū est ab omnibus parochis, vt ab omnibus absentibus ob sua negotia vel peregrinantibus, solū contenti sunt petere fidē in scriptis, quod confessi fuerint & communicauerint in Paschate, nā vrgente præcepto cōmunionis, iam supponunt, quod nō licet illis accedere cū consciētia peccati mort. nisi se probarent prius per cōfessionem, vbi copia adesset confessoris, iuxta decretū Conc. Trid. ses. 13. c. 7. & Can. 11. & sic hodie iam cōmunis est doctrina, & illā tenet Victoria: & Caiet. quamuis perperā limitet hāc facultatē, solū pro cōmunionē Paschatis, nā ex dicta declaratione Eugenij. III. ab eo adducta, nescimus quare nō extēdi possit ad quācumq; cōmunionē ex deuotione & volūtate, & confessionē probatiuā conscientię ante illam, non enim est maior ratio vnus quā alterius, cum inter annum liberū sit vnicuiq;, etiā qui extra suā patriā

est, communicare, & per consequens cōfiteri, ei quē pro tunc habet propriū, imo hoc videtur decernere cap. Presbyter. de celeb. Missarū: in quo prouidetur de ministro eucharistię pro peregrinis; secus esset: vetita eucharistia sacrosancta iter agentibus, quod est absurdū, & sic huius nostrę sententię est Soto. Sed ex eo quod dicimus hos vagātes & iter agentes, posse cōmunicare: & per cōsequens, si est conscientia peccati cōfiteri, vt necessariū eucharistię summendę rite: sed illis quibus incolę cōfiteri tenetur, & debet, & non alijs ad libitū, vel fratribus priuilegiatis, quia ex quo sunt viatores & peregrini, nō efficiuntur melioris cōditionis, quā incolę, neq; eximuntur ab obligatione iuris diuini, & Canonici, & naturalis, de cōfiteōdo proprio: sed tantum ratione absentię, propriū mutant, distantē pro presenti, nā ecclesia de nō proprio huius, propriū eius facere potest, non solū per statuta, sed & vidēdo, & cōfiteōdo, quia assignare in particulari paręcias, & iurisdictiones diuidere: hoc iuris est mere possitiui, & si sit merē diuini, quod proprio cōfiteatur fideles.

Quis scholarium sit proprius sacerdos? §. III.

SCHOLASTICI (aliud genus vagantium) degentes in academijs & scholis generalibus per octo vel nouē menses, & per quatuor vel tres veris, ad propria remeātes, etiā esset absurdissimū, vt (iuxta supra dicta) à parrochis licentiā petāt ad standū in locis studiorū, secus res adeō honesta, & sancta, nō esset cuiq; libera: igitur in eodē puncto, quod ad studia ingrediūtur sectanda, sūt paręciani ad sacramentorū susceptionē, eius curati qui in scholis ad hoc

hoc assignatus est, vt curato paręcię S. Marię Cōpluti, & S. Martini Salmanticę, & vbi hoc nō fuerit lic institutū, curato vici & Domus, quā pro illo anno habitat. Imò iudicio doctorū multorū & nostro, pro illo tēpore subsunt in omnibus ad forū animę attinentibus, diocesanō loci studiorū, ita vt ab illo in votis dispēsentur, & à casibus illius facultate absoluantur: & idē intelligimus de omnibus, qui per longum tēpus diocesanum & curatū mutant: excipimus ab hoc sacrorū ordinum receptionē, quia de hac sunt statuta peculiaria iura, quod intra certum tempus, in quo mutatio domicilij cōfirmatur, non conferat ordines diocesanus nisi à suo priori natiuitatis adferat literas, quas nos vocamus; *Reuerendas*, vel prælati, qui eas possit dare, vel Capitulum sede vacante, post annum vacantis sedis.

De Ecclesiasticis, quis eorum sit proprius sacerdos? §. V.

N V N C Quoad Ecclesiasticos eodem communi iure, videamus quid sentiant Doctores: Summi Pontificis Romani & totius Ecclesię vniuersalis Episcopi, proprius cōfessor erit presbyter quicūq; quem ipse elegerit: nō enim remansit anima summi Pastoris absq; remedio Sacramēti penitentię, secus deterioris esset conditionis omniū pater & caput, quā membra, & cū omnes sacerdotes (sicuti iā diximus supra) potestati siue clauē iurisdictionis in sua ordinatione receperint in habitum: & cum summus Pont. sit à quo omnis iurisdictionis in p̄ctu deniatur, hinc fit, quod eo ipso quod eligit aliquem, & illi se subijcit, qui in mudo superiorem non habet, tradit

*Episcopo-
rum, &
aliorum
prælato-
rum quis sit
proprius
confessa-
rius.*

tradit vsum & exercitium clavis iurisdictionis, supra se, in quantum peccator est, & ille sic electus, potest ab omnibus summum Pont. absoluere, & in omnibus cum illo dispensare, in quibus potest summus Pont. cum quocumq; alio, cum rationabili causa. Patriarcharu, primatuū Archiepiscoporu, Episcoporu, Abbatu, & quorūcumq; exemptoru prælatorum, qui quoad forum interius solū habent superiorem summum Pont. ipse summus Pont. est eorū proprius sacerdos: & sic omnes isti, eo ipso quod ad has dignitates euecti sunt, & consecrati siue cōfirmati, posunt ad libitum eligere confessorem: quidquid, Panor. & Ang. de Clauasio in sua summa Angelica (ob eius nomē dicta sic non ob excellentiam doctrinæ, quæ in multis est falsa in pluribus non magni momenti,) dicant: nos autē his duobus omissis, sequimur Hostien. Palud. Caietan. vbi sup. Sot. in. 4. d. 18. q. 4. art. 2. Syluest. verbo, cōfessor. i. §. 8. Ioa. de Med. Complut. Codi. de confessione: & habetur hæc doctrina expresse, extra de penit. & remis. cap. Ne pro dilatione. vbi post episcopos dicit Pōtifex, id posse & alios inferiores prælatos exēptos: & certē Panor. Abbatē miramur, alias fundatissimū, cum ipse Abbas fuerit, & nō ignorauerit Abbates Benedictinos tam nigros quā albos Cystericienses nostros, & Canoniorū regularium, & præmonstratensium, in toto rigore iuris Canonici, esse prælatos, Canonicē electos à communitate, & vtrumq; forum habentes, interius animæ, & exterius cōtentiosum quoad suos, & quod magis est, ipsi nominant & eligunt suis confessarios: quare ergo non sibi? idē de Prioribus Cartusie, & Sancti Hieronymi, & de

Gene-

Generalibus & Prouincialibus mendicantium dicimus: sunt enim ordinarij iudices: neque obstat quod isti tales habeant quosdā suos superiores, Abbates, Generales, siue Reformatores, vel Visitatores, vel quocumq; nomine vocatos, quia illos solum habent superiores, quoad externum forum, & via visitationis, quomodo etiam Episcopi habent Archiepiscopos, & synodos Prouinciales, ad quos appellatur ab Episcoporum sententijs: sic isti suos habent Generales, & sua capitula, & nihilominus nō id tollit, quin Episcopi sint verissimē prælati & eligant: igitur in simili forma alij prælati; vnde colliges, nullum Generalem vel (quomodocumq; dicatur) superiorem supra dictorum, posse respectu illorum casus referuare, sicuti neq; Archiepiscopus referuare potest respectu Episcoporum suffraganeorum, quia omnis habens casum referuatum, pro tūc nullum alium habet confessorem iure communi, nisi referuantem: at isti semper eligere possunt, vt liquet supracitato cap. Ne pro dilatione: ergo solū Papam in foro animæ recognoscunt. Guardiani autem sancti Francisci, & alij superiores mendicantium, qui modo quo Guardiani constituuntur, & casus non referuant, neq; confessores nominant, nisi ex Prouincialium commissione, prælati nō sunt, quid quid aliqui sine rigore iuris affirmarint iuniores, sed tantum vicem sortiuntur curatorum, & ipsi in foro animæ suis subijciuntur Prouincialibus, & casus referuant Prouinciales respectu eorum; & ex eorum licentia confessorem eligunt, vel nominatum ab ipsis, vel à capitulis suis, & hoc scribunt Doctissimi familię Franciscanæ, neq; miretur quis, quod

quod in monasticis ordinibus sint priuilegia Apostolica, vt possint Abbates, vel Priores, vel quo quo nominentur titulo superiores, eligere confessoré, cum licentia sui Generalis, quia talia priuilegia petita fuere, ex simplicitate, nisi mauius ex ignorantia, vel humilitate. Sunt alia multa in quibus petitur minus, quam quod iure communi habetur, tale est supra memoratum, quia illud possunt prælati iure communi, vt docet pius & doctus Nauarr. Man. cap. 25. num. 40. scio religionem & obseruantiam Cysterциensem Hispaniæ dictam sancti Bernardi, quam profiteamur, habere in quodam suorum statutorum (quæ nos diffinitiones vocamus,) vt Abbates, petita licentia à Generali Abbate reformatore, eligant confessoré. Sed hæc & similia multa, in nostris & aliorum religionum statutis, sunt gratia subiectionis, & humilitatis, non tamen sunt limitationes iuris Pontificij, quia ad hoc nulla capitula habet potestatem. Imò expressè illo, cap. Ne pro dilatione. citato, dicitur, sine superioris licentia confessoré eligant, & sic generalis Abbas noster, respectu Abbatum, casus non reseruat, Capitulum autem reseruat, & potest, quia habet vicè Summi Pót. in omnibus attinentibus ad bonum regimen ordinis: & sic quauis prædicti capituli siue extrauagantis concessio de eligendo confessoré sit gratiosa, (vt ait Syluest. vbi sup.) & per consequens non est limitanda, tamen bene potuit capitulum nostrum, vsu eius vetare suis Abbatibus, quando ex aliqua circumstantia vel circumstantijs, sequitur scandalum, imò proceditur contra intentionem conditoris iuris: & sic quadam nostra diffinitione statuitur ne possint Abbates,

bates, (cum sunt intra monasteria, eligere sacerdotes seculares, quia hoc certè esset datù scandalù Monachorum: imò in ipso textu extrauag. Dicitur, possint idoneù confessoré eligere, & nostra religio ob dictam causam, declarauit iustè, clericù secularem, in præsentia Monachorù, non esse idoneum, & potuit; & sic limitatio tenet, & virtualiter volita fuit in ipsa lege siue decreto concedente, & sic tales non possunt Abbates eligere, ex quo in alijs religionibus poterit pari formiter iudicari in multis, nã de omnium statutis tractare, esset in immensum abire: & simili modo Synodus Prouincialis aliqua limitare potest Episcopis. Sed maximè aduerte, quod quãdo supradicta decretalis. Ne pro dilatione, cõcedit Episcopis, & alijs supra declaratis prælati, vt possint eligere confessoré idoneù, & discretù, quod per hæc duo verba non vult vt alterius iudicio, talis iudicetur, vel sit approbatus, nisi iudicio ipsius eligentis: sed dicitur quod sit idoneus, per quod verbum, semper decreta & priuilegia intelligunt, ne sit ab Ecclesia præcisus, idest, suspensus, irregularis, ex comunicatus, vel de gradatus, quia talis non est eligibilis: discretù vero dicit, vt sciat suù munus peragere: sed hoc quoad factù vt teneat, ipsorù iudicio prælatorù relinquit, etiã si eligant nullatenus approbatù & expositù, etiã post Conc. Tri. ses. 23. c. 15. de ref. quia ibi non tãgitur ius cõmune prælatorù, sed inferiorù cõsuetudines prauæ: De Abbatibus secularibus, habetibus iurisdictione vtriusq; fori, idem omnino didicimus, quo ad hoc, atq; de religionù Abbatibus, imò atq; de Episcopis, vt sunt Abbas Alcala Regiæ, Vallisoleti, & Mathinæ Cãpi, & alij similes: quauis hoc

hoc anno. 1596. Abbatia Vallisoleti in Episcopatu conuerſa eſt.

Curatorum ipſorum quis confeſſor. §. VI.

CURATI Hodie ex eccleſiæ permiſſione antiqua & tacita, quem volunt eligunt ſacerdotem, quia ex quo, vt parochi nulli ſunt ſubiecti niſi Epilcopo, quem ferè ſemper abſentem habent, ſi nunt Epilcopi, vt ipſi eligerent quemcumq; ſacerdotem: & idem fuit extenſum ad omnes alios ſacerdotes qui curati non ſunt: iſti enim, & ſi iure communi quoad forum conſcientiæ, Parochis ſicuti cæteri ſeculares ſint ſubiecti, tamen vel illi ſe ſubtraxerunt, vel Epilcopi & curati ob reuerentiam ſacerdotij, nunquam hanc ſubiectiõnem ſunt executi: & ſic ad libitum iſti ex tacita Epilcoporum conuenientia, quemcumq; alium ſacerdotem eligebant, ante reformationem Conc. Trid. vbi ſupra: at poſt dictum Concilium, tam Parochi quam alij quicumque ſacerdotes ſæculares, non poſſunt eligere, niſi ſacerdotem, à ſuo Epilcopo vel prælato ordinario approbatum, & ad hoc expoſitum, ſecularem vel regularem: vnde conſtabunt duo. Primùm, quam perperam & contra iuris rigorem, aliqui curatos prælatos nominent, cum ſit expreſſe, contra Clement. dudum de ſepultur. & gloſſam ſingularè, cap. 2. de Iudicijs. Secundò, conſtabit ex dictis: quã ſine fundamento cum Sylueſtro aliqui conſeſſionem capitis, Ne pro dilatione, extendebant ad parochos; demum intelligetur, quod parochi, & cæteri ſæculares preſbyteri, non habuerunt illam facultatem eligendi confeſſorem quemcumq; ante Conc. Trid.

Trid. ex ſola cõſuetudinis præſcriptione, quia nulla tali, quis in hoc præſcribere poteſt, ne conſiteatur proprio: vt decernitur cap. ſi Epilcopus. de peni. & remiſſ. in. 6. Sed adquiſerunt ex tacita Epilcoporum videntiũ & non obuiancium licentia, cuius licentiæ tacitę conſuetudo eſt teſtis & interpres, non tamen titulus.

Cardinal S. R. F. quis ſit proprius? §. VII.

CARDINALES Non ſacerdotes ex eadem tacita Papæ licentia eligunt quem volunt, vt prælati ſupradicti: imo & ex eadẽ tacita dant omnibus de ſua familia, vt eligant confeſſorem ſicuti ipſi, vt teſtatur Doctiſſimus Caiet. qui Cardinalis fuit, & Sylueſter qui fuit teſtis oculatus, Magiſter videlicet palatii: Famuli Epilcoporum, (& idem de famulis omnium exemptorum prælatorum) quod cum talium famulorum proprij ſint ipſi prælati, etiã quando ſunt extra ſuas diœceſes, vel extra ſua territoria, Abbacias, vel prælaturas, poſſunt tales confeſſari, etiam in aliena diœceſi, cappellanis, vel ſacerdotibus ad hoc à ſuis hæris deputatis: nam cum confeſſio ſit actus iuriſdictionis, qui fit ſine ſtrepitu iudicij, nihil curandum de territorio, vel loco alieno, ſicuti neque curat cap. Omnis vtriuſq; ſexus, niſi tantum quod confeſſio fiat proprio, vel alteri de licentia eius: & hanc licentiam dare poſſunt ſupradicti prælati ſuæ familiæ, etiam in alieno Epilcopatu, quia in hoc non præiudicat alterius iuriſdictioni: vt probatur à ſimili iuriſperitorũ, ſuper legem. 2. ff. de offi. proconſulis. Imo curatus vbicumq; ſe
C inue-

inuenerit cum suis parochianis, etiam in multo
 distanti diœcesi à sua, illos potest audire, quia ubi-
 que est proprius, quoad forum interius, vt docent
 Card. & Syluest. & Victor. de confessi. dub. 151. &
 omnes ferè in hoc conueniunt. Addimus insu-
 per, quod expositi ab Episcopis vel ordinarijs,
 pro ouibus sui episcopatus, possunt illos de Episco-
 copatu, pro quo expositi sunt, audire vbicum-
 que terrarum: quia iam animas illas pro foro in-
 feriori receperunt, & ex commissione à suo proprio
 Episcopo vel sacerdote, & ad illas ab Episcopo carū
 sunt approbati seculares vel regulares: & sic redit
 ad idem, quod de ipsis prælatis & parochis diceba-
 mus supra, cum eadē sit ratio, excepto quod isti qui
 ex commissione sunt proprij, non possunt talibus
 ouibus dare licentiam vt confiteantur alteri, quod
 posset prælatus, vti diximus, extra suum territoriū,
 & curatus quoad suos, quia delegati subdelegare nō
 possunt: & maioris quod debilissimo argumento
 sit conuictus Syluester, pro contraria parte huius
 planissimę doctrinæ, scilicet, quod Clemen. dudum
 de sepult. dicitur mendicantibus, quod extra ciuita-
 tes & diœceses, pro quibus à suis superioribus præ-
 sentati sunt, confessiones non audiant: nam illud iu-
 ris priuilegiū est fauorabile: ergo non debet aufer-
 re quod sæcularibus confessoribus est iure ipso li-
 citum, vt patuit supra: non igitur ibi per diœceses
 locum materialiter intelligit, prouintia, ciuitatum
 vel Episcopatus, sed ciuitates & diœceses ibi intel-
 ligit pro formali, vt nostri dialectici dicunt, idest, nō
 extendat suam facultatē ultra diœcesanos, ad quos
 est à suo prælato præsentatus, & à prælato eorū pro-

prio.

prio approbatus, idest, nō audiat oues alienas, quarū
 non habet ex commissione iurisdictionem: hic est
 sensus quem pueri recenter nati dabunt: secus reli-
 giosi mendicantes, illo priuilegio rederentur peio-
 ris conditionis, quam sine illo. Religiosi autem om-
 nes, tam nouitij, quam donati, quam professi & per-
 fecti religiosi, proprio sacerdote habēt propriū,
 & immediatum prælaturū, & sine eius licentia obten-
 ta, nequunt alteri confiteri, etiā nouitij: quia, vt di-
 cit Caiet. ratione probationis acquirit prælatus
 forum interius pleni supra ipsos: idem de donatis,
 & à fortiori, qui obedientiā saltim solemniter vo-
 uerunt: & est hoc aded verum, vt confessio facta cu
 iuscumq; horum in monasterio, & non prælato, vel
 alteri de eius licentia & commissione, etiam si fie-
 ret Episcopo, sit irrita & inanis, vt pote facta,
 non habenti potestatem.

*Quid per bullas & priuilegia quoad confessoriorum
 electionem? §. VIII.*

HVC vsq; iuri cōmuni tantū supposito, & pri-
 uilegijs omissis locuti sumus: sed supposito priui-
 legio Bullarum cruciatæ, quod ab hinc centum
 annis, cū hac clausula conceditur, quod possint as-
 summentes eam & ea vtentes, eligere confessorem
 quemcumq; presbyterū, secularē, vel regularē ido-
 neū, velut dicitur post Conc. Trid. approbatum ab
 ordinario. Quid sit tenendum circa regulares videa-
 mus; quia ex quo visa sunt inconuenientia, nul-
 la fuit religio fere, quæ non adierit summum
 Pont. & sic omnes quibus cum cōmertium habui,
 habent apostolicas declarationes, contra hanc clau-

C 2 fulam

*Regularis
 quis pro-
 prius?*

fulam dictarum Bullarum, quibus prouidetur, vt virtute Bullarum similitam, nullus illius instituti religiosus possit sine sui superioris licentia confessorem eligere. At in Bullis nostris diu concessis, in subsidium contra Turcas, in his Hispaniæ regnis, ab annis. 1564. à Pio. V. & à Gregorio. XIII. (in cuius anno. 8. hunc laborem cœpimus) & postea in concessis à Sixto, V. & demum quas hoc anno. 1596. concesserit Clemens Papa. VIII. est clausula qua suspendantur quæcumq; indulta, gratiæ, siue indulgentiæ, & facultates quibuscumq; concessæ monasterijs, hospitalibus, vniuersitatibus, confraternitatibus, & quibuscumq; pijs locis, vel singularibus personis, quæ habuerint clausulam contrariam, prædicationi, & acceptationi, prædictæ Bullæ: ergo tali clausula sunt derogata, quæcumque priuilegia, à sede etiam apostolica concessa, & quæcumq; religionū ordinationes, quoquo modo in contrariū factæ: & sic religiosi virtute cruciatæ, (sicut & ceteri fideles) poterūt absq; licentia suorum prælatorum confessorem eligere. Hoc neruo roborati & quasi ariete muniti, quidā absolutē cōsuetes dixerunt, posse religiosos cuiuscūq; religionis confessore eligere sine sui prælati licentiā. Nā ex grauius, vel qui euulgauerint sua scripta, qui hoc affirmaret vidi neminē: & certē nō debuere in re adeo graui tam imbecilli fundamento innixi id consilere, qui fecerūt: quāuis (vt dixi) tale consiliū iam euauit, & vt in similibus multa alia circa priuilegia deducat confessarius. Primò, tractabimus dubiū super facto, postea vero super iure. Assumētes igitur scimus in nostra religione obseruantię Hispaniæ sancti

sancti

sancti Bernardi, pro fundamento disputationis facti. Abbates nostri in suo capit. anno. 1498. interrogantes miserūt ad Alex. VI. nū in Bullis Cruciatæ quas illis annis concesserāt, tam Inno. Pap. VIII. eius predecessor, quā ipse cum simili clausula & facultate eligendi cōfessorem: num Monachi nostri absq; suorum Abbatum licentiā, hoc priuilegio gaudentes, eligere possent confessorem? Fuerunt autem dictæ Bullæ concessæ, in subsidium contra Sarracenos, Ferdinand. & Elisabeth, Regibus Castellæ, vocatis Chatolicis. Respondet summus Pont. præsupponens in narratiua, quod hoc vergit in damnum obedientiæ, vnum è tribus substantialibus votis religionis: & sic quod virtute cruciatæ, vsq; ad illum diem concessæ, & in posterum cōcedendæ, vel cuiuscumq; similis priuilegij, declarat Monachos Cisterciens. siue sancti Bernardi obseruantię, non posse alios eligere confessores (sine suorum Abbatum & superiorum licentiā, nisi eos, qui ab eisdem Abbatibus fuerint nominati & approbati, & vt talibus inixi priuilegijs, non eligāt confessorem, cohibet monachos, districtē in virtute sanctæ obedientiæ, vt habetur in priuileg. dictæ obseruantię priuileg. 16. num. 7. & 8. & de Monialibus idē statuit Sixtus. III. priuileg. 97. Cisterciensium. Thom. 1. & hoc dicit vergere in obedientię dispēdium, & quoad moniales idem declarat Innoc. III. Priuileg. 22. & omnes dicunt hanc declarationem, (nisi illius facta expressa de verbo ad verbum mentione) non derogari, quibuscumq; priuilegijs, &c. His similes habet, aliæ religiones, vt refert pater Héricus Henriquez Societatis I E S V, qui vndecim annis postquā nos

C 3 hunc

hunc cœpimus laborem, summam quandam de Sacramentis locupletem euulgauit. Habetur declaratio eiusdem clausulæ cōtra Dominicanos Pij. P. P. V. quæ inceptit, Romani Pont. circūspecta, &c. Romæ apud S. Pet. an. 1571. Iulij. 21. Pōt. sui sexto anno. quā nos legimus de verbo ad verbū, & fatetur clausulā, & facultatem eligēdi confessorē fratribus, si concederetur vergeret in eorundem detrimento, & declarat illis non valere. His igitur sic cōtra positis dicimus, religiosos nostræ religionis S. Bernardi, & omnes qui similes habuerint prohibitiones apostolicas, vel declarationes, non posse absq; suorū superiorum licētia confessorē eligere, virtute Cruciatæ, vel alterius apostolicæ similis concessionis: & q̄ confessiones sic factę, supposita electione (vltra q̄ peccatur mortaliter contra prohibitionē apostolicā in re grauissima) cōfessio est nulla, vtpote facta nō habenti facultatē, neq; potēti soluere vel ligare.

§. IX.

ET Vt hæc doctrina (quæ ex parte Bullę cruciatę licentiā dantis (vt pote priuilegij,) cōsistit in facto) lucidius constet. Primò, est certū in dictis Bullis; quę à dicto an. 1498. vsq; adhunc. 1596. quo hæc scripta tertio iā limamus, sunt concessę, nullū verbum sit derogationis priuilegiorū, exceptis præteritis cruciatis. Secundò, in suspensionibus sicuti in derogationibus, solū illa veniunt intelligenda, (cū odia sint) quę exprimuntur, & amplius extēdi (iuxta iuris regulā) non debēt: at solū suspēdit Bulla gratias, indulta, indulgētias, & facultates, & non facit mentionē priuilegiorū. Insuper illas nō omnes, sed quę habuerint clausulā contrariā prædicationi, aut execu-

executioni Bullę cruciatę, vt sunt multæ gratiæ hanc clausulā habentes, quod aliæ indulgentię vel gratiæ ibi non prædicentur, publicentur, vel acceptentur: has suspendit, & non religionū priuilegia, quæ nil tale habent, neq; impediunt Bullas prædicari, vel assumi: & insuper esto, quod suspendi omnes gratias intelligas, (quod absurdū patuit) lege inferius clausulā suspensionis seu se specificantem: ait enim. Cuiuscumq; monasterij, hospitalis, &c. Ecce monasteriorū & peculiarium locorū, siue cōfraternitatum gratias suspendit, nō ordinum, neq; religionum. Imo ordinū priuilegia, iure ipso iubentur semper illibata conseruari: vt patet, toto tit. de priuil. in 6. præcipue cap. Ne aliqui, & cap. Cum personæ, & cap. Per exemptionē: vbi deciditur hæc doctrina, & Ies. 25. cap. 20. Conc. Trid. iubentur religionū priuilegia firma esse & illęsa: & sic solum specialium monasteriorum siue locorum sunt suspensæ (si tamen sunt) gratię; de his modo non disputamus: addimus, quod ne videretur tangere religionū statuta siue gratias, cū suspendisset gratias singularium personarum, exceptauit illas quę superioribus ordinū mendicantiū sunt concessæ, vt singularibus personis, id est, ad eorū auctoritatem, id est, ideo religioni concessa sunt, & fratribus, quia illis sunt concessa; nā gratię quę religioni primario concessę sunt per superiorē applicadæ, id est, sunt superioris, quia ordinis, de istis nō fit sermo: quas cognoscet quiuis, ex modo. & cōtextu concedēdi: & quod magis vrget, quod similes constitutiones apostolicæ, de quibus est sermo, vt sunt supra allatæ ex Inno. III. Sixto. III. & Alexan. VI. nostræ obseruatiæ S. Bernardi,

directè, & aliarum religionum similes, non sunt gratiæ, neq; priuilegia, (in quo maximè errant in hac parte absq; consideratione loquentes) quia nõ sunt nisi iuris comunis repetitæ decisiones, & declarationes apostolicæ, huius dubij in quo versamur: num priuilegium cruciatæ quantum ad illud de eligendo confessario, an intelligat id posse regulares, qui sunt strictioris iuris, quoad solemnem obedientiam? Respondet summus Pont. in Cruciatæ concessis, & concedendis, in tali clausula, regulares non intelligi. Quis hanc declarationem & adqæsitum responsum apostolicam, priuilegium dicet, siue gratiam?

*Adhuc concedente Cruciatæ electionem non possunt
tales eligere. §. X.*

AE QVIS Oculis hoc aspiciatur, & absq; lipitudine, & cessabunt errores, sed demum quia in re adeò clara confundor detineri, & remorari: liberalitate vtens, quod non debeo, concedere volo, sint (vt volunt) priuilegia, sint insuper contra bullam: & adhuc magis liberalis existens vel prodigus, admitto (quod falsissimū est) quod per Cruciatæ bullas, sunt suspensæ similes cõstitutiones, vel priuilegia vel quocūq; vocetur nomine: cū eadē bulla reuoluet & confirmet sua priuilegia (quæ suspēderat pro non accipientibus) accipientibus illam, vt liquet in eius clausula & contextu: ergo cū tale priuilegium (vt ipsi contrarium sentientes dicunt,) de non eligendo confessariū, quod supra retulimus, & quodlibet aliud simile, Abbatum sit & prælatorum: nam
mona-

monachorum potius est odium: igitur illis prælati accipientibus Bullā Cruciatæ, reuoluetur suū priuilegium: nam primo prælati accipiunt Bullam sibi, & ipsi dant monachis: igitur post Cruciatam, magis illis integratur: neq; stare potest, quod monachis concedatur quod possint eligere, cum primò reuoluetur prælati suum priuilegium, quod non possint: & sic ridiculum existimamus contrarium, & quod magis risum mouet est, quod cum sint in religionibus alia innumera priuilegia, de quibus fat rationabilius dubitari passet, an iuspenfa vel derogata sint: nulla mouetur, de illis neq; subest dubitatio, nisi de solo isto in quo ratio obedientiæ tantum viget, vt fundatus in illa summus Pont. confirmauerit statutum huius nostræ religionis, inter omnes Dei Ecclesiæ durissimum, de semel quot annis confitendo Abbati omnia mortalia, etiam alijs confessoribus semel & iterum confessa: & fundatur iustitia huius præcepti, in virtuali obedientia promissa, vt docet Henriquez post Nauarro in sua summa & lib. 3. de pœn. d. 6. supr. c. Placuit nu. 108. videatur confirmatio Sixti. III. ann. 1481. priuileg. 97. Cyster. tom. 1. de quo Nauarrus pius dicit, quod cupierit, quod nos renuntiemus hoc priuilegium, vt pote durum, sed in nostra obseruantia, prudentius effectum est, quod Abbates reseruant sibi omniū monachorum confessiones, in Quadragesima, & Aduentu, & tribus anni Paschatibus: vocando sic festum natalis Domini, & Pentecostes, & cum hoc nunquā coegerunt monachos ad reiterationē confessionū sibi faciendā, ab vltima facta prælato per annū: hæc largius fortasse dicta sint, pro regularib; de facto tractates.

Quid de iure in casu? §. XI.

SE D De iure rem tractâtes dicimus, quod cum summus Pont. potestatem supremâ acceperit à Christo Redemptore nostr. in ædificationem, & non in destructionem: & cum cõstet posse summum Pont. facere quemcumq; presbyterum, proprium sacerdotem cuiuscumq; christiani, etiam monachi, & ipsum monachum subtrahere ab obedientia huius, & illius Abbatis: imo sibi soli relinquere immediate subditum: tamen hoc non potest, ut ille monachus sibi sit tantû subditus, ut summo Pont. ea subiectione, qua cæteri christiani illi subsunt, sed quod debet remanere subditus illi ut Abbati, obedientia speciali, quam vouit solemniter ut monachus, ultra illam, quam ut christianus debet illi ut Pontifici. S. Thom. 22. quæst. 186. arg. 5. ad. 3. Est hæc doctrina, & quod adeo certû est, ut apud Theologos nulla sit dubitatio, præcipuè docente S. Tho. 22. quæst. 88. art. 11. Imo probante ex decret. Innoc. III. cum ad monasterium de stat. monach. quod in votis solemnibus paupertatis, & castitatis nequeat summus Pont. dispensare, ubi sanctus Thom. reprehendit iurisperitos aliquos, qui contrarium voluerunt defendere: & si eius interpres Caiet. fugere nitatur, satis debilibus non iuris, sed facti (& non usquequaque vere narrati) fundamentis: & à fortiori, quod obedientiæ votum, quod maius omnibus est indispensabile: ergo cum hoc sic certum eadem certitudine & decretalis supradictæ statuto, (de qua alibi nouis longior sermo) certû erit, quod quoties summi Pont. concedût aliquid generaliter, quod in religio-

ligiosis vergit in dispendium alicuius trium solemnium votorum, vel concedere illis non possunt in damnum solemniter promissi, vel quod non volunt neque intendunt: quod sine dubio est: quod autem possit non solum præter, sed contra voluntatem sui prælati confiteri cui voluerit, etiam clerico seculari, in præsentia sui Abbatis, qui dixerit non esse obedientiæ dispendium, & rupturâ in re grauissima? intellectu prorsus carebit. Igitur hæc non veniunt intelligenda in concessione illa Generali, si quidem Pontifex interrogatus in speciali negauit, & negabunt omnes si interrogentur: & sic in hac doctrina conuenerunt omnes docti Salmanticensis, & Complutensis scholæ: mea industria interrogati, & certè qui hoc priuilegio bullæ gaudere vellent, non sunt religiosi re, & nomine, sed aliqui, qui nomen vsurpant factis negantes, scus non fugeret suos.

Regulares extra Monasteria quid? §. XII.

SE D Ipsis religiosi, dum extra sua monasteria iterfaciunt, quid liceat dicamus: quia extra illa nisi apostatare vellint sine licentiâ superiorum nõ exeunt. Hac igitur supposita, cum sub licentiâ itinere virtualiter sit, & licentiâ consistendi inclusa, ut supra patuit hoc eodem cap. & ut docet Caiet. & de quo dubitare nõ licet, post declarationem Eugen. III. de qua supra: possunt igitur omnes regulares, qui absentes sunt à suo prælato, eligere iure communi, vel quasi iure quæcumq; totius orbis presbyterum, secularem vel regularem, etiam non approbatum, dummodo

*Regulares
in absentia
suorum su-
periorum,
quem possunt
eligere.*

modo excommunicatus, vel suspensus, vel alio modo à suo superiore non sit impeditus: & ratio huius est, quia ex antiqua cõnientia prælatorum, videntium & non prohibentium, consuetudo inualuit & testis fuit, quod quilibet sacerdos, poterat audire alium quemcunq; sacerdotem, & quemcunq; regularem iter agentem, in absentia sui prælati, qui se vellet eligere & sibi in illo foro subijci, quousque Concil. Tridentin. (& merito) id reformauit, at reformat in parte tantum, & in quo videbatur opportuno remedio indigere: ergo in reliqua consuetudinem approbavit: cum sess. non semel citata. 23. cap. 15. de reform. dicat. Decernit tamen sancta Synodus, nullum etiam regularem, posse confessionem secularium etiam sacerdotum audire, neq; ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, &c. Ecce cum à iure (vel ab eo quod obtinuerat iam vim iuris) antiquo non sit recedendum nisi solum in eo quod nouum coarctat vel innouat, ut dicitur leg. Præcipimus. C. de appellationibus, & cap. 2. de translationibus prælati. & in prædicto Concilij decreto nouo, solum vetat religiosos (sicut & cæteros presbyteros seculares) ne audiant confessiones secularium, etiam sacerdotum absq; approbatione, &c. Ergo remanet sicuti antiquitus, quod audiri ipsi possunt à secularibus presbyteris non approbatis, & insuper, quod regulares audire, & audiri possint à quocumq; regulari; huius sententiæ fuit post nos Henriquez libr. 6. & de pœnitent. 3. cap. 6. num. 4. marg. litera. K. fuerat, & Mancius, & frat. Barthol. Medina, cuius sententiæ est D. Nauar. Manual. capit. 4. num. 1. in fine: quamuis non bene limi-

limitet hanc doctrinam, quoad illos religiosos tantum, qui ante prædictum Concilium habebant aliquot priuilegia, vel Bullas, ad eligendum quemcumque sacerdotem: quia (ut supra habitum est) nihil quoad electionem confessorum profunt clausulæ generalis Bullarum: tum etiã, quia in absentia suorum prælatorum eligere quemcumque presbyterum, & posse eligi à quocumque regulari: habebant regulares tacita permissione prælatorum comprobata consuetudine, quæ legis & iuris vim habebat: & hic titulus fortior priuilegio est, teste eodem Nauarro, & hoc roboratur iam, ut ius à Concilio limitante, & quod non limitauit, confirmante dictæ consuetudinis.

Regulares hospites quem habeatur proprium? §. XIII.

QUANDO Vero statuto religionis alicuius. Cautum est (ut est in nostra sancti Bernardi obseruantia Hispaniæ) quod monachi hospites eiusdem instituti, transeuntes per monasteria, non eligant alios, nisi confessarios electos & expositos ab Abbate talis monasterij, vbi hospitantur: dicimus, tale statutum tenere & obligare, quia Capit. generalia habent in rebus ad bonum regimen attinentibus spirituale & temporale vicesummi Pont. & sic in spirituali foro animæ subijcit transeuntem eiusdem religionis, prælato hospitanti: sed si committentur mutuo duo fratres in itinere, subiecti eiusdem prælati, & ambo, vel vnus, expositus est proaudiendis confessionibus à suo prælato regularium, possunt se mutuo, vel statim expositus alterum

ram audire, quia ibi etiam in alieno monasterio est suus proprius prælatus, ex commissione, & sic non contrauenitur statuto: idem si duo fratres diuersorum Monasteriorum eant simul, & Abbas vel prælatus vniuscuiusque suum alteri commisit audiendum, quia in idem redit, quia confessio vti dictum est, cum sine strepitu fiat iudicij, non curandum de loco in quo fit, cum iniuria non fiat alicui, ex hoc. Vnde non est verum, quod frat. Ioseph Angles, in suis floribus dicit, non posse regulare vnius religionis, itinerantem, eligere ex regularibus alterius ordinis, nisi solum expositos pro fratribus audiendis à suo prælato, & nõ libere ex alijs, quod in quo vel somnum fundamenti habeat, non video, quia non ex decreto nouo Conc. Trid. cum vt visum est, & fatetur ipse, regulares quoad hoc, in anti qua libertate reliquerit, si in iurisdictione minus potest fundari cù religioso sui ordinis nequeat prælatus eius dare ex commissione ius in animam regularis alterius ordinis: igitur ipse eligens illam dat cui voluerit se subijcere ex tacita sui proprii prælati licentia, consuetudine probata: at si prælatus regularis, propter causas aliquas sibi notas, iubeat regularij sibi subdito, vt iter agens confiteatur tantum confessoribus ad id à suis superioribus expositis, sub præcepto tenebitur obsequi: quia res de se grauis est, & maximè obedientiæ subiecta. Ecce quo modo iure communi regulares plus habent extra præsentiam suorum prælatorum, extra sua monasteria, quam dat Bulla cruciatæ, & sic quoad hoc illa non egent.

De

De prioribus sub Abbatibus aut Vicarijs. §. XIII.

VIDENDVM Autem restat, quod ad regulares quid possint priores sub Abbatibus, Vicarij, præsidentesve, vel quocumque nomine vocentur, qui succedunt prælatis in monasterijs per absentiam vel mortem. Dicimus, quod tales succedunt prælatis ordinarijs monasteriorum, non solum vt vult Syluester mortuo, vel amoto prælato principali, sed etiam absente illo, pro tempore absentia, cum non sit maior ratio de vno quàm de alio: & sic talis Prior, vel Subprior, vel Vicarius, poterit pro tempore dictæ absentia nominare confessores pro monachis, & pro se, nisi aliud vetans iusserit superior, & sic in quodam nostræ religionis, & obseruantia sancti Bernardi statuto siue diffinitione, habetur, quod prior in absentia Abbatis, succedit in omnibus temporalibus & spiritualibus, ipsi, exceptis, quæ Abbaciali dignitati sunt specialiter concessa, vel ordines minores conferre, vt pontificalibus ornamentis, &c. similia, & sic dicit posse concedere licentiam vt absoluat quis à reseruatibus Abbati, solum limitat & iure satis, ne fulminet censuras, nisi tantum sede vante: & hanc certam doctrinam esse existimamus: curent prælati doctos & religiosos & prudentes priores, subpriores, vel vicarios, loco sui succedentes eligere: & quod magis est, procurent ipsi residere: secus si defectus fuerint, ipsis imputabuntur: doctrina est Syluestri, verbo, prælatus. §. 3. ablata superflua limitatione, vt supra diximus, quia quod possunt priores mortuo, vel amoto Abbate, donec de successore prouideatur, possunt

possunt in absentia quovsq; saus veniat.

§. XV.

FAMVLI Qui intra monasteria regularium monachorum, non mendicantium, viuunt (præcipue in eremis, & extra oppida consistentia, vt sunt nostra,) subsunt plenarie Abbatibus, & prælatis, quoad vtrumq; forum, & sic illos committere potest cui voluerit presbytero: nam sunt vere de familia, & hos Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de reformatione exceptauit à iurisdictione Episcoporum, cum dicat, monasteria, quibus imminet animarum cura secularium (præter ipsos qui sunt de ipsorum monasteriorum familia) subsint Episcopo, &c. Ecce seculares de familia monasteriorum exceptat, quo nil clarius, & sess. 24. capit. 11. reformati à iurisdictione Episcoporum eos extrahit, dicens: Exceptis ijs, qui prædictis locis, monasterijs, scilicet & hospitalibus, aut militijs actu seruiunt, & intra eorum septa, & domos resident.

Paroeciani monasteriorum. §. XVI.

DE Alijs autem secularibus, quorum cura pertinet ad Abbates, in monasterijs, vbi ipsi Abbates sedem ordinariam principalem habent, idest, in capitali monasterio residente paroecia, & de illis illorum locorum, vbi iisdem Abbates vtramq; iurisdictionem, idest, spiritualem & temporalem in parochos & parochianos exercet: semper tenui & teneo fuisse mentis sanctæ Synodi eximere à iurisdictione Episcoporum. Sed quia non credar ab omnibus, quia videbor formalis pars, vtpote monachus, &

Abbas,

Abbas, & quia supra hoc maxime fuit certatum pro me in Curia Romana, non immorabor, solum dicam, quod illa exceptiua clausula in fauorem Cluniacensis monasterij, eodem tenore verborum procedit, exceptando monasteria, vbi Abbates, & Generales, non coniungendo, & quasi adiectiuando Generales cum substantiuo Abbates, quia nullus est Abbas Generalis in toto mundo, nullusque talis datur. Secundó dico, quod dum vixere Episcopi, qui interfuere dictæ sess. 25. capit. 11. de reformatione, in quo versamur, quorum plurimos cognouimus sanctos & graues, neq; verbum supra hoc controuersia cum monasterijs habitum est: at ab hinc decem annis tot scandala, & in quietudines orta sunt, vt plorare magis liceat, quam in hoc immorari: nam omnes eundem finem intendere debemus, scilicet animas in suum finem Deum dirigere, cum omni pace & charitatis concordia: imo Gallo, & Mancio, & Vañez, & frat. Barthol. Medina docti Dominicani, post Conc. Tridentin. intrepide affirmarunt, posse prælatum pro paroecia annexa, siue inclusa in monasterio, nominare Vicarium absq; Episcopi approbatione, vt suprascripto citat Henriquez sum. libr. 6. de poeniten. 3. capit. 6. litera. E. marginali. Neque obstat contra monasteriorum exemptionem, illud sepe repetendum Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. Quod nemo audiat confessiones secularium etiam regularis, nisi ab Episcopis approbatus, &c. quia est fermo de secularibus subditis Episcopis: nã secus iã vidisti supra quod eximuntur aliqui seculares, vt qui sunt de familia, & qui degunt intra septa monasteriorum actualiter.

D

Cap.

*Capitulum sextum, quibus casibus liceat
non proprio confiteri?*

§. I.

PRIMO Licet non proprio confiteri (siue rigurosius loquendo) alium pro proprio habere, vel loco proprii, secundum Theologos omnes, & Canonistas, propter notam ignorantiam, & imperitiam proprii, ad ea que sunt sui muneris: ratioque id dicat manifestissima: contra rationem enim & naturam est, aliquid uem obligari, ut subijciatur ei in curatione, a quo magis est percutiendus, quam sanandus, ligandus, quam sol uendus: in tali igitur casu tenetur ab illo licentiam petere: & si neget illam, a superiore si adsit: si vero non adsit, aut negat, etiam manet tutus in conscientia, etiam si non confiteatur, quasi copiam non habens Medici, qui enim ad occidendum est, medicus non est: sed occisor, & id quousque habeat conuenientis, & sufficientis copiam: doctrina est communis, iuxta glossam cap. placuit. de poenit. d. 6. & caput. sacerdos. §. quod autem, ibidem docet illam S. Thom. in. 4. d. 17. artic. 2. quaest. 3. quaest. 4. ad 5. & addi. ad 3. p. quaest. 8. art. 4. & 5. & Caiet. verbo, absolutio, in summa Victoria de confessione, dub. 145. contra Pal. contrarium absque fundamento in hoc sentientem in. 4. d. 18. quaest. 3. art. 3.

Pericula iuste timenda ex confessione. §. II.

SECVNDO, Quando certo moraliter constat, quod poenitenti, aut ipsi confessario proprio, ex auditione confessionis imminet periculum damni ani-

animæ, vel notabilis lesionis corporis: hoc est, si morali certitudine, poenitens putat confessarium suscepturum ex sua confessione ruinæ occasionem, & ut mortaliter peccet, quia illum cognoscit infirmum, vel seipsam (simuliter est) sentit pronam ad peccandum cum illo, vel timet quod illam sollicitabit: quia hoc iam est experta, vel iuste timet: similiter quando adest rationabilis timor, quod occidet eam vel eum, ex auditu in confessione, vel dehonorabit, vel aliquod graue damnum inferet, etiam temporarium. Sed aduerte, quod requiritur certitudo moralis, id est, recte fundata, & non sufficit quæcumque suspicio, neque etiam sufficit certitudo, quod proprius sacerdos non tanti poenitentem aestimabit, quoad se, vel quod non tantum de illo fides deinceps: vel quod si prælatus est, aut officium non dabit, quod sciet illi esse occasionem peccandi, aut deinceps non pro sancto, & bono habebit, cognoscens eum peccatorem miserum: quia istæ non sunt infamiae exteriores: imo hunc fructum habet confessio proprio facta a Christo Redempt. nostro, & Ecclesia intentum, ut pastor cognoscat vultum pecoris sui: quomodo autem ex confessione proprius in his procedere debeat, neque per somnum (ut aiunt) permittat ex auditu in confessione, aliquam etiam suspicionem mali in publico, neque quoad solum tertium: de se liquet, & dicemus suo loco. Vnde coliges peccare nouum mortale, concubinam parochi, vel confessarii, quemcumque complicem, si confiteatur illi, cum quo consuevit peccare, cum periculo iterum peccandi, vel non emendandi vitam, & perseverandi (quod sæpe contingit) defectu decentis

medici, quomodo enim quis in alio reprehendet, quo ipse reus tenetur? Sed si absint ista pericula, & sit firmum propositum abstinendi de cætero, non existimamus peccatû. Hoc autem supposito, firmo proposito cauendi & vitandi per vnam & alteram confessionem, peccatum non erit: sed si ex duabus experiatur, quod confessio fuit occasio noue ruine, vel perseuerandi in præterito peccato, iam amplius non licebit experiri: quæ regula Theologorum Doctorum est, quoad omnes actus, qui vt iudicetur ambo ni sint annali, ex experientia constare debet. Doctrina est S. Thom. vbi supra, & Innoc. & Syluestri, verbo, confessor. i. §. 6.

Ratione domicilij mutatur parœcia quoad confessionem. §. III.

QVOD Autem addunt Doctores Canonistæ, licere ratione mutationis domicilij non confiteri proprio, existimauimus semper non rigurose dici: quia qui domicilium mutat, mutat & proprium sacerdotem, & sic proprio rigurosissime cõfitemur, vt diximus supra cap. præcedenti: & sic hoc omisso casu. Dicimus tertio, posse imo debere quem alieno confiteri, ratione delicti cõmissi in Diœcesi aliena, quia ratione eius sortitur nouum tribunal, & iudicem, sed hoc quod ab antiquo sic dicitur & est quasi regula: debet hodie limitari, quâdo delictum perpetratû in aliena diœcesi habeat annexâ excommunicationem ab homine, idest, posita ab Episcopo illius diœcesis, perpetratori nimis, vt latius infra capit. ii. Nam si esset á iure reseruata Episcopo, posset tunc proprius Episcopus pro foro interiori illum

illum absolueret: quando vero est (vti diximus) ab homine, tenetur curatus mittere illum non ad Episcopum suum, sed ad ipsum excommunicatorem, in cuius territorio iurisdictionis, commisit delictû, & censuram incurrit: doctrina communis Canonistarum est, & S. Thom. vbi supra. Sed modo addimus nos, quod etiam ab hac, quæ est ab homine, potest hodie proprius Episcopus absolueret, dummodo sit orta à peccato occulto, ob nouû decretum Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. vt de excommunicatione tractantes dicemus infra, cap. ii.

In articulo mortis proprius omnis sacerdos. §. III.

QVARTVM Casum, quo licet non confiteri proprio: addit communitè fere omnes, scilicet, in articulo mortis, vel periculo euidenti, & certo moraliter, quod articulo mortis equiparatur, quoad res fori animæ quidquid voto renitatur, in. 4. d. 18. quæst. 4. artic. 4. Sed & hoc videtur nouis, non esse loqui in rigore theologico, & iuridico: nam in tali articulo vel euidenti mortis periculo, ex ipsa Christi Redemp. nostri institutione, quilibet sacerdos cuiuslibet, est constitutus proprius, & sic proprio confitemur semper, agonizans, vt nos (in supra habitis) loquitur Palud. in. 4. d. 20. quæst. 1. artic. 2. Capreol. d. 19. quæst. vnica, & Dur. vbi supra: & certè non possumus non mirari, quod Soto vbi supra, hoc dicat, esse iuris positiui. Igitur affirmamus intrepide, quod in mortis articulo, vel in ingressu belli periculosissimi, vel navigationis longæ & periculosa, & accidente primo partu mulier si nõ esset in-

promptu proprius sacerdos, vel alius de licentia eius approbatus ab Episcopo, confiteri iuste poterit, & tenetur cuicumque presbytero non approbato etiam, & etiam suspenso, & excommunicato, irregulari, & quomodocumque; ligato, dummodo sit catholicus: & hoc sciendum est de pientissima Christi Redemp. nostri institutione, & de matris Ecclesiæ censuris, & prohibitionibus, quod in tali casu nollit prohibere ministerium salutis, & sic diuinum, & Ecclesiasticum ius cedunt talibus casibus: doctrina est S. Thom. expressa in. 4. d. 18. & Caiet. verbo absol. & Soto, & omnium ferè: diximus dummodo sacerdos sit catholicus: quia & si non omnes Doctores hæreticum exceptent, id nos facimus sequentes intellectum, cap. pastoral. de offic. ordin. imò & verba: & de conse. d. 4. & intellectum cap. omnis. de pœnit. & rem. in quibus hæreticus semper interpretatiue excluditur. Tenent hoc Rayn. & Syluest. verbo, conf. 1. §. 20. Ultimo licet alteri quàm proprio (vt proprio tamen) cõfiteri, ratione priuilegij, siue per Bullam, siue Iubælei à summo Pontifice concessum cum facultate eligendi confessorem. Sed nunc videndum est, quem confessorem eligere possint, dicimus igitur, quod cum solus summus Pont. Rom. Episcopus sit vniuersalis totius orbis, sacerdos proprius omnium Christianorum: & cæteri Episcopi, & sacerdotes orbis, sint in eius adiutorium vocati, solus ille potest omnibus Christianis, cuiuscumque; status, dare facultatem eligendi confessorem, cum eiusdem sit iuris omnibus assignare & diuidere parœcias propriorum sacerdotum, ordinariorū. Sed cum summus Pontif. concesserit talem facultatem, siue

siue priuilegium, eius tenor est perpendendus, neque ampliandus, vt docemur cap. Porro. & cap. præcipimus. de priuil. ante Conc. enim Trid. bulla Cruciatæ & Iubælea concedebant facultatem eligendi confessorem, quemcumque; sacerdotem, regularem, vel secularem idoneum, & tunc clara erat facultas. Nam idoneus (etiam aliquibus Iubæleis & gratijs illius temporis declarantibus) intelligebatur, quicumque non suspensus, degradatus, excommunicatus, vel quo quomodo per Ecclesiasticam censuram, vel sententiam inhabilis & impeditus, nunc per bullas tales eligi possent, nisi additum fuisset approbatum ab ordinario: quæ restrictio iuste addita est, ob reuerentiam decreti Conc. Trid. sess. 24. cap. 15. & sic, cum priuilegia non sint extendenda, nullus alius hodie per bullas eligi potest, nisi qui sit approbatus ad hoc. Qualis autem debeat esse approbatio, hoc videndum est: nam quamuis hoc argumentum explicandi Bullas cruciatæ assumpserit, ex speciali intento quidam religiosus pater Emanuel Franciscanus, postquam nos iam huius operis primam manum finieramus, postquam legimus tractatū, visum est nobis adhuc teneri nos promisso, & nullatenus superflua nostrā resolutione, imo nunc magis necessariā.

De modo approbandorum confessorum. §. V.

SUPER Modo approbationis cõfessariorum, multi etiam nō indocti, decepti sunt: nā Episcopus, & quicumque; habens iurisdictionē Ecclesiasticā interioris & exterioris fori, potest dicere presbytero, Te declaro & sufficientē dico, ad audiēdas cõfessiones,

& vt talem approbo. Et si hæc omnia dicat vel scribat & nomine suo signet, ex hoc autem præcitè, sic declaratus siue approbatus ordinarij iudicio sufficiens, non recipit iurisdictionē super animas approbanti subiectas, quia illo actu iurisdictionē ex commissione nō accepit. approbatio enim, est actus intellectus approbantis, vt pote iudicium: traditio autem iurisdictionis, debet esse actus voluntatis superioris: & sic nō qui approbat ad magistratū, magistratū cōmittit. In hoc ergo magna deceptio contingit, re hanc ex cortice intelligētibus: tamē sic approbatus (in quo non approbatus excedit presbytero) poterit audire omnes, quos curati de suis parochianis commiserint, vel quibus iisdem parochis licentiam dederint, vt confessorē quærant & eligant, talem approbatum possunt eligere: & insuper omnes habentes Bullam, vel Iobeleum cum clausula eligendi approbatum: possunt etiam eligere talem, qui ab Episcopo suo habent licentiam eligendi confessorē approbatum: in hac doctrina consentit Panorm. super cap. omnis. vtriusq; numer. 7. & Adrianus. VIII. de confessione, dub. 8. & Nauar. super cap. placuit. de pœnitentia. d. 6. num. 8. & Manual. Latino, cap. 4. nu. 3. Sed huius sum ingenij, vt & si (vt æquum est) magni faciam talium sequi vestigia doctissimorum, tamen non adeo libenter (vt & par est) moueor auctoritate, si ratio non conuincit, moralis euidens in moralibus: quā in omni isto tractatū pollicemur libenter. Ratio igitur conuincens talis est, & omnes suprascripti, id est, Papa, Episcopus, vel quasi Episcopus, & curatus, sunt proprii Sacerdotes, vt licuit supra, cap. 5. ex iure canonico: ergo

ergo ex illorum licentia satisfit cap. omnis vtriusque sexus. vbi confessio iniungitur, & proprio fienda, vel alteri de licentia proprii: hunc alterum moderauit Concil. Trid. & coarctauit, vt non sit cui cumq; etiam de licentia proprii, sed approbato ab Episcopis, per examen vel alia, vel quod habeat parochiale beneficium: ergo cū iste de quo loquimur sit iudicatus sufficiens & approbatus modo dicto, satisfit etiam iuri nouo Concil. Trid. restringentis, ergo nihil deest. Addimus insuper, quod tali sic approbato idoneo & sufficienti, a quocumq; Episcopo, potest curatus etiam non subditus Episcopo approbati, sed alterius diœcesis committere suas oues audiendas: patet, quia illi nihil deest, cum iurisdictionem habeat ex commissione proprii, qualis est curatus, etiam quoad suos in foro interiori, & approbatus est, quæ est conditio requisita iure nouo, Conc. Trid. ses. 23. cap. 15. Et si dicas, quod deficit, quia approbatio huius, de quo est sermo, non est ab Episcopo vel ordinario ouis, quā iste audit, hoc non mouet, quia approbatio & declaratio sufficientiæ, non est actus iurisdictionis, ita vt requirit propriū Episcopū, sed illos Ecclesia iudicat idoneos, & Concilium Ecclesiam representans, qui iudicio Episcopi, tales fuerint declarati nō curans diœcesanus sit nec ne, confessoris vel ouis, & sic indefinitè dixit Concilium ab Episcopis approbatus, neq; determinans pœnitentis, neq; sacerdotis, vel neutrius. Insuper consideretur ad hoc necesse est, quod secundo modo approbant Episcopi, siue ordinarij, dando licentiam & facultatem sacerdoti, vt audiat confessiones in sua diœcesi: & hæc ultra approbationem

commissio est, & delegatio iurisdictionis, quam ipse habet in omnes de diœcesi, & vltra non extenditur quoad iurisdictionem, quia Episcopus non potest committere iurisdictionem, quam non habet extra suam diœcesim, sed quoad primum actû qui est iudicare illum sufficientem ad audiendas confessiones, iuxta tenorem Conc. Trid. limitantis, cap. omnis vtriusq; de pœnit. & remiss. Est illius approbatio generalis, pro toto mundo, ita vt omnis qui habuerit pœnitentes proprios, possit tali committere & delegare, quod adhuc clarius patebit, quia Conc. Trident. supra. d. sess. 23. capit. 15. de reformat. non aboleuit, cap. omnis vtriusque sexus, quod est capit. 21. celeberrimi Concil. Later. generalissimi sub Innocen. III. quod fuit plusquam mille Conciliarium patrum: sed neq; abstulit per consequens posse proprium curatum licentiarum suum pœnitentem, sed tantum limitauit, ne committeret indocto & insufficienti, vt committat ei qui per aliquem Episcopum sufficiens fuerit ad hoc iudicatus sacerdoti. Ecce iurisdictionem parochus committit non Episcopus approbans, in hoc casu, sicuti ante Concilium Trident. sic post, solo ipso seruato modamine, quod non cuiumq; vt antea, sed approbato committat sacerdoti, in hoc est punctus huius difficultatis: quasi intro spexissent aliqui, non turbassent & scrupulis respexissent. Hæc certissimam doctrinam conformem. c. inter cetera de offi. ordinarij, eam amplectitur Caie. in summa verbo, absol. & Vict. de confes. dub. 150. Ex quo liquidius constat ex eodem Con. Trid. vbi supra, quod cuiumq; parochus potest parochus alter etiam alterius diœcesis suos paro-

parochianos in toto orbe audiendos committere, quia hoc ante Triden. Conc. poterat sine dubio ex concessione supradicti Later. relato dicto cap. omnis. imo poterat simplici sacerdoti: at Conc. Trid. moderans dicit, nisi aut parochiale beneficium habuerit, aut ab Episcopis, &c. Ecce luce clarius relinquitur commissionis idoneus parochus totius mundi, neq; negamus, iuste statuere Episcopos in suis Synodis, ne quis parochus suas oues committat, nisi sacerdotibus a se ipso approbatis, quia vnusquisque de suis sibi commissis tenetur Deo rationem reddere: tenentur quæ parochi in hoc vt in re graui suis Episcopis obedire: tamen factum contra hoc modo dicto teneret, & confessio valida esset.

Quomodo limitanda sit hæc doctrina. §. VI.

Vnde verificatur illud axioma Canonistarum, & Abbatis Panor. quod idoneus, siue approbatus in vna diœcesi, est quoad omnes sufficiens, siue idoneus, dummodo iurisdictionem recipiat de nouo: idem fundamentum est, quoad bullas Iubilea, vel confessionalia, siue gratias apostolicas, quibus facultas eligendi confessariû datur, & sic electus est ex vi electionis, fit proprius sacerdos, dummodo sit approbatus. Hæc enim conditionem priuilegij modificatiuam electionis habent Bullæ, quæ ab hinc 30. ann. ferè conceduntur cruciatæ: rigor autem clausulæ hic est, possint eligere confessore quemcumq; sacerdotem, secularem vel regularem, ex approbatis per ordinarium suum: hæc est vis concessionis, originalis authentica, latina, plumbatæ, quam plusquam

centum vicibus legi, perlegi, & reuolui cum viderem, quod in transumptis communibus Hispaniæ, quæ circumferuntur, non dicitur nisi, *De los aprobados por el ordinario*. Tota igitur nunc vis cotrouersie est, quod apud omnes ferè iuniores nostri temporis, præcipuè, qui iuris peritia carent Theologos, in ualuit intelligentia huius vocis, *ordinarij*, vt solum in Cruciatæ priuilegio intelligant de notari Episcopum: & addunt alij hunc non quemcumque sed Episcopum ouis, siue pœnitentis eligentis per bullam. Et certè quod magis dolemus in hac, & similibus intelligentijs priuilegiorum, & iurium, id est, quod isti tales illam existimant securiorem, & tutiorem in conscientia opinionem, & intelligentiã: quæ rigidior est, & strictior, & quæ onus Christi Iesu leue, graue, & suauissimum iugum eius, insipidum, & insuaue reddit. At gratias Deo. Op. Max. quod illius nos fecit ingenij, vt non quiescamus quousq; radicem rationis in seipsa inueniamus: si id sit omnibus possibile & maximè, secùdum tenuitatem nostram. Vnde in lectione huius clausulæ Bullæ cruciatæ, quæ inuariatè posita est ab illis ann. 1565. vsq; ad hanc ann. 1596. quo hanc summam, vt prælo tradat? Vltimo reducimus ad limam infudauimus: & habito cum doctis, & pijs consilio ne nostro solum studio freti proferremus in mediũ aliquid non exacte libratum, in re tanti momenti, & sic dicimus duo. Primum, quod neq; in iure Canonico neq; in priuilegijs à Sede Apostolica concessis antiquioribus & nouis, nomine ordinarij strictè Episcopum inuenimus intelligi, sed quod se habet sicut species & genus: & quod amplius pateat ordinari-

ordinarij vox: pro quo iudices compellamus Cancelli iuris peritos, super cap. cum ab Ecclesiarum. de officio ordinarij: & nouiori iure Conc. Trid. plusquã trigentes in capitibus de refor. repetit. Episcopi, & alij locorum ordinarij: & in ferè omnibus intelligit de regularium superioribus & eos millies superiores vocat, & adeo certum est, vt docent omnes, præcipuè Syluest. verbo, ordinarius, & verbo, iudex. §. 5. & verbo, confessor. 1. §. 8. vt immorari pudeat, legatur S. Thom. 22. quæst. 67. artic. 1. Vnde nomine ordinarij certum est in iure, & in priuilegijs eũ omnem intelligi qui habet iurisdictionem; tum in foro animæ, siue pœnitentia, & insuper in foro externo, & contentioso, & sic non solus Episcopus. Secundò dicimus, quod cum dicitur approbatus per ordinarium, quod non debet intelligi quod qui per Bullas eligi potest ab habente Bullæ priuilegiũ, sit ex approbatis ab Episcopo tantũ, sed à quocumque habente vtrumque forum iudice ordinario, & hoc non à prælo ouis, siue pœnitentis eligentis: quia tunc si illa vox suum, quæ habetur in plumbata originali referret ordinarium pœnitentis eligentis, neq; esset bona intelligentia Grammaticalis, vt liquet in contextu, & quia puerilia existimamus istec ad maiora transimus: esset enim priuilegium nihil extra commune ius daret, nam sine vllò priuilegio eligere potest quiuis approbatus ab ordinario suo proprio, cum non sit consuetudinis ab hinc mille annis approbationem dare, absq; delegatione iurisdictionis: & si inter se sint distincte & diuerse, vt & nos fatemur, & tunc esset dicere Bullam cruciatæ dare, quod de licentia proprij posset quis con-

quis confiteri alteri sacerdoti, quod concedit cap. Omnis vtriusq; sex. de pœnit. & remiss. quod esset ridiculû admittere: igitur debet intelligi de approbatis ab ordinario cōfessoris, hoc est, quod summus Pont. dat per Bullam priuilegium eligendi cōfessorem supra cap. citatû. Omnis vtriusq; sexus: qui cōfessor secularis vel regularis non sit quicumq;, sed ad hoc approbatus à suo superiore ordinario. Igitur hæc approbatio est conditio cōcomitans: & quæ dicitur à Theologis, sine qua non, respectu huius priuilegij: & tali sic electo, & cum conditione approbationis sui ordinarij, summus Pont. dat iuris electionem per priuilegium, siue Bullam, supra ipsum pœnitentem eligentem: & sic approbatio ordinarij non dat iurisdictionem, sed est conditio requisita, vt quis possit eligi: & hæc doctrina est ex principijs euidentibus in materia priuilegiorum: & si aliquibus visa fuit noua, illis fuit, qui sciunt ex capite, qui mille relinquent veritates ex sola voluntate: & clausula Bullæ cruciatæ non debet regulari per clausulam illam Concilij Trid. sess. 23. capit. 15. vbi nullum etiam regularem decernit, audire posse cōfessiones secularium etiam sacerdotum, nisi aut parochiale habuerit beneficium, aut ab Episcopis, &c. Quia hoc est ius commune determinans, sine materia & iurisdictione nullum ex vi sacerdotij habere actuale vsum clauium iurisdictionis: tamen Bulla est priuilegium datum à summo sacerdote, & prælato omnium Episcopis eligenti, dummodo conditionem seruet eligendo non quicumque, sed cum sacerdotem, regularem, aut secularem, qui sacerdos à suo ipsius ordinario sit, vt sufficiens approbatus,

batus: priuilegium enim sonat priuatam legem.
§. VII.

DE Religionum prælatis (qui vere tales sunt, etiam de Guardianis sancti Francisci) nolumus detineri (quod fecit pater Henriquez) vt probemus illos, posse eligi per bullas ab habentibus, quia ad minus omnes auctoritate Apostolica habent, quod curati sint, cum veram habeant suorum animarum curam: & quod magis est, omnes monastici, & quam plures mendicantes habent quod Episcopi, quoad suos, & vere sunt ordinarij cum diuisio iurisdictionis: & quis sit horum, vel illorum ordinarius hoc solius, & meri est iuris positui Pontificij.

§. VIII.

NON Tamen potest per Cruciatæ bullam eligi, qui ab ordinario approbatus est tantum ad tempus, quia sperantur alij peritiores, neque qui approbatus est, & commissionem accepit pro peritioribus pœnitentibus, vt qui pro doctis tantum, vel pro sacerdotibus tantum, quia priuilegia, vt sonant, sunt intelligenda simpliciter, & Bullæ, & Iubileæ petunt pro conditione, in electo, quod sit simpliciter approbatus à suo ordinario, & tales non sunt approbati, nisi secundum quod, (vt termino scholæ vtar) id est, pro solo aliquo tempore quod iam transactum est, vel pro solis doctis, vel pro solis sacerdotibus: qualem supponimus non esse eligentem. Vnde absque veritate, & vlla ratione affirmarent qui dicerent, in religionibus vbi sanctissimè (sicut & in hac nostra sancti Bernardi obseruantia Hispaniæ sanctissime & disertissime) institutum est, vt prudentiores, & maturiores cōfessarij,

feffarij deputentur pro iuuenibus non sacerdotibus fratribus, posse audiri virtute cruciatę ab alijs confessoribus, approbatis pro sacerdotibus: quia tum, cruciata non priuilegiat regulares quoad electionem confessoris, cum sit in damnum obedientię essentialis notabile, vt præced. cap. ostendimus satis, nisi de illis fiat specialis mētio: & adhuc si cruciata illis valeret ad hoc, deberent eligere approbatos simpliciter, quales non sunt illi qui pro solis sacerdotibus sunt approbati, neque qui esset approbatus ad audiendas confessions hominum ruralium, & non habentium contractus vel officia iustitię, ob tenuem peritiā, posset eligi à mercatoribus, iudicibus, vel scribis, propter rationē dictam.

Caput septimum, à quibus absoluere confessorius possit, & à quibus non?

§. I.

Nullum irremissibile peccatū.

ST A N D O In iure communi, & diuino, nullum peccatum, secundum Catholicam fidem, est irremissibile, & quod non possit Christi meritis per Sacramenta deleri: imò & à quo non possit stando in communi iure proprius sacerdos absoluere: tamē sancta Ecclesia traditionem ab Apostolis recepit, conuenire quod grauiora & atrociora crimina superioribus, Pontificibus, & prælatis maioribus, (vt pote qui sanctitate, & doctrina cæteros præcederent reseruarētur: vt qui melius & acuratius illas grauiores contagiones animorum medebuntur: quominus Christi grex
fibi

sibi specialius commissus talibus lepris, non corrumpatur: & dicere prælatos non posse, vel non debere hoc facere, esset hæreticum. Conc. Trid. cap. 7. & Canon. 11. & sess. 14. damnatum: & quamuis expresse tantum loquatur de Episcopis, idem omnino dicit & docet de ijs, qui respectu suorum vicem habent Episcoporum ordinariam, vt Abbates, & omnes habentes vtrumq; forum exterius, & interius, quod & testatur consuetudo à talibus obseruata, & ab Ecclesia sancta approbata: curati autem, cum prælati non sint, neq; iudices se inferiores, in foro animę habeant, respectu quorum materiam reseruant, iure vel cōsuetudine, peccata neq; possunt reseruare.

Que possunt reseruari? §. II.

TR I A Igitur possunt prælati reseruare; primo, personas quasdam, vt verbi gratia, campfores, vel mercatores: quod & si non fiat, communiter fieri potest, sed personas nequeunt, respectu curatorum reseruare: quia curati sunt iudices ordinarij fori interioris suorum parocianorum, & sic nullum à confitendo parochus potest abstrahere, ex quo parochus est. Prælati autem aliquorum religionum benefaciunt reseruando sibi personas nouitiorum, & non sacerdotum, & sic nemo nominatorum confessorum, ab eisdem prælatis, potest tales audire: quia cum libere committant suas oues, possunt quas volunt sibi reseruare; hoc fit in nostra religione & in omnibus ferè: est enim discreta & conueniens ordinatio. Possunt secundo prælati reseruare tempus, non solum suas oues committendo per annum tan-
E tum,

tum, vel quodcumque tempus determinatum, sed etiam exceptâdo in simpliciter approbatis aliquas anni festiuitates, vt Quadragesimam, & Aduentum, quibus diebus, & pro tribus festis Resurrectionis, Pentecost. & Natiuitatis Domini, reseruant nostri Abbates sancti Bernardi obseruantia Hispaniæ, omnium suorum confefsiones; & eadem est ratio atque de personis. Tertio demum, possunt prælati & debent reseruare materias grauiores; & hoc tam respectu curatorû, quàm respectu quorû quoad suos parœcianos non possunt facere prædictas duas: sed hanc mate. possunt, quia secundum ius naturæ, & diuinum periculôsiores infirmitates doctori & peritori medico reseruandæ sunt ad curam: dicente Domino, Maiores & difficiliores quæstiones referis ad Moysen, Exod. 18. Et de hac reseruatione expresse decernit Conc. Trid. vbi supra: primam reseruationem faciunt aliqui, & multi prælati, Episcopi que doctissimi: secundam aliquarum religionum prælati obseruant: tertiam omnes.

Quid debeant regulares quoad approbationem? §. III.

T A M E N Quia & si præcedenti cap. erat locus proprius, sed hic conuenientior erit & generalior, vt sciat, tum quid debeant regulares, respectu approbationis ab Episcopis & ordinarijs, quoad secularium audiendas confefsiones: tum quid respectu reseruatorum ab Episcopis casuum: vt autem clarius procedatur, prius narrabo factum, ex quo deueniemus ad ius, fere ab initio nascentis Ecclesiæ fuere

fuere monachi & homines specialiter Deo dicati, & ideo religiosi dicti: imo vt testatur S. Dionys. lib. de ecclesiastica Hier. Pauli Apostoli discipuli, fecerunt semper post Episcopos, quos omnium purgatores vocat, & inflammatores, in secunda reuerentia habiti, & statim fuere monasteria & cœnobia, vbi esset virtutum officina: imo ferè omnes illi antiqui patres, scilicet, & Episcopi, erant Christianorum communium, & Abbates monachorum: sic fuit Basilus Cæsar: sic Nazianzenus Gregorius: sic Martinus Turonensis: sic Augustinus, & quamuis monachorum, multi erant sacerdotes, & Diacones: erant ad eò Episcopis coniuncti, & illis erant in ministerio vt illos adiuuarent, maxime in animarum regimine: & sic nullum fuit iurgium, sed summa pax, & cum ortus fuit quasi sol quidam, ab hinc mille centum annis in orbe restaurator monasticæ vitæ, & quasi nouus fundator, sanctissimus pater, & dux noster Benedictus, re & nomine, cœpere monasteria nimis multiplicari, & eius recepta spiritu diuino dictata regula: cœpit Ecclesia distinguere statum monasticum, & separare monasteria á consortio Episcoporum, & eximere illa, & monachos á subiectione Episcoporum, vt par erat, & relinquere monachos suorum Patrum & Abbatum regimini, vt pote conuenientium magistrorum, & obedientia, & cum Capita Ecclesiæ, summi Pontifices multi ex monachis assumpti fuerint, vt pote qui experti sunt quantum conueniret, vitæ dicatorum Deo quies, & animæ otii, & spirituales quædam magistri, & patris gubernatio, domestici, & non alijs occu-

*Ab ipso
ortu Eccle-
siæ fuere
monachi.*

pationibus diffusi: hinc creuit hæc talis exemptio,
 & extunc cœpit occasio querelarum, & aliqualis
 discordiæ: nam cum Ecclesia experta sit in mona-
 sterijs monachorum, vt in orto domini fructuo-
 sissimas arbores produci: statim decreuit vt inde
 extraherentur coadiutores Episcoporum, ad mu-
 nus annunciandi verbi Dei, quod proprium est Epif-
 coporum, & ad alios actus, vt liquet, super quæ
 sancta instituta, vt (moris est illi) inimicus homo
 superfeminauit zizaniam diabolus, sed adhuc non
 fuit ruptum, quia res cum Episcopis maiori ex par-
 te agebatur grauibus, doctis, & sanctis, postquam
 autem ordines mendicantes, præcipuè Domini-
 canorum, & Franciscanorum, in tantum Eccle-
 siæ augmentum, & totius mundi bonum, non si-
 ne diuina misericordia, & prouidentia instituta
 sunt: & aliæ duæ sanctissimæ Eremitarum & Car-
 melitanum, sunt admissæ ab Ecclesia: tunc cum
 istarum religionum præcipuum munus vltra com-
 munem rationem religionum sit adiuuare prox-
 imos in itinere cœli, & auxilio esse parochis in sa-
 cramentorum administratione, & in operibus
 misericordiæ tummulandis, scilicet, mortuo-
 rum corporibus, & alijs similibus, & cum fomen-
 tum discordiarum præsto esset in medio, videlicet,
 prouentus funeralium & oblationis: hinc rixæ &
 discordiæ parochorum cum mendicantibus ordi-
 nibus: hinc querelæ, coram Episcopis: hinc ex-
 pulsio illorum, ab administratione Sacramento-
 rum: hinc fratrum mendicantium, & si doctissi-
 morum, scientia sprete, & ipsi ignari iudicati:
 è contrario magna populi deuotio, vite sanctitas, &
 aliquo-

aliquorum Episcoporum pia in religiones affectio;
 & quod magis est, sedis Petri principis Apostolo-
 rum & summorum Pontificum paterna & pia de-
 fensio: & sic post Lugdien. Concil. ab Honor. III.
 & deinceps omnes Pontifices summi, litium con-
 cordiam procurarunt, cum omnes tam regulares sa-
 cerdotes, quàm seculares parochi, idem intendere
 debeant bonum Dei, scilicet gloriam, & animarum
 salutem, cum qui plantat, & qui rigat aliquid non
 sit, respectu incrementum dantis Dei, sed illi sunt
 ministri Dei sine querela: & sic circa annum. 1310.
 in Concil. Generali Vienen. positus est modus, quo
 regulares in hoc ministerio prædicationis & admi-
 nistrationis Sacramentorum, reuerentiam redde-
 rent Episcopis, quibus à Christo ouium suæ diocœ-
 sis primo cura commissa est, in adiutorium Vicarij
 Iesu Christi Domini nostri summi Pontificis, &
 quod cognoscerent, se non proprios animarum pa-
 stores, sed sponsi amicos, & socios in adiutoriū vo-
 catos: & Episcopi nequunt illos ad libitum expel-
 lere, vel reijcere ab hoc sancto ministerio, quos Ec-
 clesia videlicet, & eius caput summus Pont. ad hoc
 munus vt utilissimos admisit, & oues (vt præci-
 pius & vniuersalis omniū proprius sacerdos) com-
 misit, cum hac limitatione, vt à suis prælatis pro-
 proprijs præsententur coram Episcopis cuiuscum-
 que diocœsis, vbi prædicationis vel cõfessionis mu-
 nus exercere voluerint; hæc concordia refertur illa
 celebri Clemen. dudum: de sepulturis.

De præsentatione regularium coram Episcopis. §. IIII.

E C C E Narrauimus factum, adduximus & ius,

nunc autem restat ius intelligere: iubentur enim superiores religiosorum, concionatores & confesso- res præsentare Episcopis, vt illos probent, & approbent si digni sunt: approbati autem statim à iure, & ab ipso summo Pont. iurisdictionem in forum interius supra omnes de illa diœcesi accipiunt, vbicumque inueniantur, & supra omnes qui intra dictam diœcesim ex alijs petunt audiri, neque debent, nisi semel tantum præsentari & approbari pro vna diœcesi, in tota sua vita, vt disponit & decernit Benedict. II. sua Extrauag. inter cunctas. de priuilegijs, quæ quoad hoc non est derogata. Sed obseruanda sunt duo: primum, quod illos regulares solos potest Episcopus approbare, quos suus prælatus vel expresse, vel virtualiter præsentauerit: quia secus sunt iurisdictionis (quam ius dat) incapaces, cum præmittat summus Pontifex Clemen. V. prædicta Clement. Dudum, quod sint & à suis superioribus præsentati, & ab Episcopo approbati. Ecce duas condiciones has æque præsupponit, vt regularis accipiat commissionem super oues de diœcesi aliqua: quamcumque igitur deficiente, non datur iurisdictionis: videant regulares maximè ne in hoc decipiantur, sicuti quosdam deceptos audiui- mus. Addimus insuper quod, & si Episcopus (quæ semel præsentatum à suo superiore approbavit regulare) non potest postea reprobare, neque auferre ne audiat confessiones in illa diœcesi, vti dictum est, cum iurisdictionem à summo Pont. iam tunc habeat, neque possit tempus à fortiori limitare, neque personas, qui absolutè ius approbati regularem confessionarium facit in diœcesi tota, & pro tota vita, vbi appro-

approbatus est, tamen suus prælatus (iusta causa interueniente, & non aliter) iurisdictionem illà à subd. o auferre potest, vt liquet ex eadè Clem. dudum. §. statuimus: quia secundum claram intentionem Pontificis legislatoris, noluit præiudicare obedientiæ proprii prælati regularium, à quo omnes actus voluntarij eorum, talis conditionis & status pèdet: & hoc etiam si causæ occultæ sint, & deinceps idoneus non reputabitur: aduertant hoc maximè regulares, scit enim Deus, quot deceptiones in hoc sunt: doctrina est omnium fere Medin. tract. 2. de confes. fol. 14. §. si queris. Syluester verbo, confes. 2. §. 2. Archid. super cap. placuit. 16. quæst. 1. & Nauarr. Man. cap. 4. nu. 2. & cap. 27. nu. 260. & frat. Alex. summ. lib. 1. tit. 3. c. 9. & 10. & tenuit Mácio super quæst. 8. additionum ad 3. par. S. Thom. artic. 5. quem cognouimus doctum & non scrupulis laborantem, & alij mille: & postquam hos labores finieramus euulgauit Henriquez idem tenens, libro. 6. summ. 3. de poenitentia, cap. 6. num. 6. Secundo obseruandum est, quod Episcopus, cui regularis præsentatus est à suo superiore, potest illum non approbare scientia si vel prudentia desit, vere, & talis audire nõ poterit, neque eligi: sed si hoc non desit, sed fiat illi iniuria notoria, quia sciunt omnes quot quot cognoscunt, quod sciat Theologiã vel ius Canonicum, & quod concionatur, arguit & respòdet, hic ipso facto supponitur à dicta Clem. malitiose reprobat, & huc ipse summus Pont. ipso iure approbat, ad suorum prælatorum regularium approbationem, & iurisdictionem illi tribuit: quia vti narrantes factum præmissimus, illa Clementin. fuit decreta ad tollendas similes

molestias factas regularibus possunt, & tales regulares, etiam iure dictæ Clem. omnes. de parœcia: pro qua præsentati sunt & approbati, absoluerunt ab omnibus casibus Episcopo à iure referuatis, vel synodali constitutione: non autem possunt à casu super grauissima materia ab homine, ab Episcopo scilicet specialiter referuato, quia hoc quod eius morte spirat illis dicta Clementina non concedit, sed iam tot sunt religiones omnes ditatæ priuilegijs, vt & ab omnibus Papalibus possint, exceptis lectis in Bulla cœnæ, vt latius .4. part. summæ huius cap. 4. tractabimus.

§. V.

OBSERVANDVM Tertio, quod quidquid diximus, supra Clement. dudum. de sepult. quamuis formaliter solum loquatur de ordinibus mendicantibus, & de horum solis duobus, prædicatorum videlicet & minorum: tamen de omnibus intelligitur dictum ius, cum eadem subsit in omnibus causa regularibus, etiam monachis, & sic seruabit practica, à conditione dictæ Clementinæ: & sic declararunt multi summi Pont. Clement. V. Ioann. XXII. Marti. V. Eugenius. IIII. Pius. V. Gregorius. XIII. (qui quoad regulares omnes, priuilegia Pij. V. reduxit ad commune ius): imo ante dictam Clementinam monachi ampliori utebantur licentia, vt liquet ex eorum antiquioribus priuilegijs: ergo à fortiori, vel sunt confirmata priuilegia, supradicta Clementina, cum illos relinquat in suo iure priuilegium, ex quo mendicantes modeatur, vel in Clement. virtualiter intellexit: & hoc innuit Conc. Trid. sess. 14. cap. 15. Nullum distinguens regularem, sed omnes reducens ad ius dictæ Clem. quam in margine citat: & iam per mille priuilegia, & extensiones, & communicationes, monachi gaudent iuribus & priuilegijs mendicantium, & mendicantes monachorum.

Casus referuati à iure. §. VIII.

AD Materiam referuationis redeunt, dicimus, quosdam casus esse Episcopo referuatos à iure Canonico: & ij etiam Episcopis mortuis, vel nihil facientibus de nouo, referuati sunt: alij sunt ab homine, hoc est, quos Episcopus quiuis referuat ad libitum: & tales referuantem secuntur, & illo mortuo vel amoto cessantes, desinunt referuata esse: casus autem Papæ referuati omnes sunt à iure: quia casus Bullæ cœnæ Domini, qui ab homine hucusque erant, iam à iure redditi sunt, præcipue post Gregor. III. teste Nauarro, hoc statuentem, cui ultra suam auctoritatem credendum esset, quia eius fuit, & Pœnitentiariæ minister, & Consultor. Sed in Pontificij casibus hoc peculiare est, quod summus Pontifex non referuat casum, sed censuram, quam om-

nes:

nes tales habent iure annexam, quod non habent neceessario omnes Episcopales: & sic summus Pont. sat est concedat absolutionem á censuris, & sic suorum casuum concedit absolutionem: Episcopus autem ultra censuræ absolutione, si qua est, & casus absolutionem siue dispensationem concedere oportet, vt plene concedat: sed si Episcopus petenti dicat, vel cui ipse voluerit, Do meam facultatem: qui recipit, potest in foro animæ, quid quid iure Episcopus potest: quamuis tali verbo generali, nisi specificarent, non credimus concedere prælatos dispensationem ab irregularitatibus, á quibus Episcopus potest, neq; votorum vincula irritantes, iuxta regulam illam, in concessione generali non sunt ea intelligēda, quæ quis in particulari negaret quid frat. Barthol. Medina, vellit contra, in summula Hispana: sed iam hodie tot sunt Bullæ, vt non solum domi habeantur Episcopi, sed & summus Pont. gratias Deo: earum tenor est aspiciendus, de quibus aliás: nam esset immensum procedere.

Non ex vi approbationis datur facultas absoluedi á reseruatis. §. IX.

OBSERVANDVM Tamen quod cū quis ordinarius approbat aliquē, & committit oues suas audiendas, nisi simul & casus sibi reseruatos concedat tantum approbat, quasi conditionatē virtualiter, id est, quasi diceret, Committo dummodo nō habeant materiam mihi reseruata: & sic, quando illam habent, non est talis habentis confessor, quia in contractibus conditionatis, deficiente conditione, reddunt,

reddunt ad suam naturam, iuxta cap. Quæ admodum, de iure iurando. cum glossa: ergo, qui sub hac conditione oues recipit, statim atq; habent casum Papæ vel committenti reseruatum, deficit conditio: ergo redditur, atq; quando oues ex commissione non acceperat. Vnde religiosi, qui non gaudent priuilegio Cruciatæ, quoad electionem confessorij, vt sunt ferè omnes, vt dictum est, statim atq; casum habent suis prælatis reseruatum, confessorem non habent, nisi ipsum prælatum reseruantem: secus eligerent, quod probatum est supra, non posse: patet, quia de non confessore, confessorem facerēt, quod est eligere: sed ad hoc sat est, quod habeant assensum prælatorum, vt assumant cruciatę Bullas, vel Iubilea, vt à nominatis ab ipsis, virtute Bullarum á casibus possint absolui, quia hoc formaliter non est confessorem nominatum eligere, sed alia gratia est, qua summus Pont. remittit conditionem reseruatiōis á quocumq; factę.

§. X.

DVBITARI Solet, an cum sunt priuilegia, vel in corpore iuris, vt habetur in Extrauag. inter cunctas, Bened. II. & in Clement. dudum. de sepult. secundum cap. relig. de priuilegijs intellectum, vel quodlibet aliud, vt sunt hodie innumera in religionibus, quibus conceduntur absolutiones á reseruatis Episcopis vel Papæ, & dispensationes & alia similia: num necessarium sit post Bullas cruciatę, quibus suspenduntur gratiæ alia, secundum tenorem suspensionis, & derogationis illarum, vt secularis, qui hanc gratiam á regularibus vult consequi: & hoc beneficium absolutionis habeat Bullam cruciatę,

ciatæ an regularis? vt conferre possit. Respondeo (quid quid alij dixerūt,) nullum illorum egere Bulla cruciatæ: neq; regularis, vt conferat: neq; secularis, vt absoluaatur: primó, non confessarius, quia tale priuilegiũ non est eius, sed sue religionis, & in commune eius bonum concessum: iam autem licuit supra, religionum priuilegia non tangi, sed omnino remanere integra, cap. 5. §. 13. huius primæ partis, & si remanent integra, stultum est dicere quod remanet priuilegium integrum, regulari confessori, sed non pœnitenti seculari, & sic indigere Bulla, quia absoluere posse est priuilegiũ actiuũ: ergo, si manet integrum aliquem poterit absoluere: nam supponit patientẽ siue recipientem; secus quomodo manet integrũ, nisi vt se ipsum absoluat regularis, quod est impossibile: & sic si regularis Cystericiensis, ex priuilegio suo ordini concessõ, vel Frãciscanus, habet potestatem absoluendi Petrum á casibus Episcopo suo reseruatis, & Iesuita á casibus Papæ stultum erit dicere, illos sine cruciatæ ratione sui priuilegij posse absoluere Petrum. Petrum autem nõ posse absolui ab illis, sed egere cruciatæ: & si ad gaudendũ passua gratia priuilegiorum religionum, obligant pœnitentem vt habeat cruciatæ Bullam: tũc superflua erunt illi religionũ priuilegia: cum per cruciatam ab omnibus etiã casibus cœnæ, vis possit absolui, & á Papalibus alijs, toties quoties, & tũc nullas gratias deberet regionibus, neq; earum priuilegijs.

Quid faciet confessor cum habente reseruatum casum? §. XI.

D V B I T. Secundo, stando in iure cõmuni, quid faciet

faciet confessarius cum eo, qui habet casum reseruatum, audiet ne illum, vltra integrẽ? aut statim remittet? Plures fuere modi resoluendi hoc dubium, tum inter antiquos, tum inter iuniores: nam quomodo confessionis integritas, quæ iuris diuini est, & reseruationis necessitas, conseruaturq; ab eodẽ ortum habuit, hic labor. Respondemus igitur primo, quod certum est, in mortis articulo, vel euidentissimo periculo nullum esse casum censuram, vel pœnam reseruatum, pro confessione in illo factam, hoc in deficiente consuetudine, Ecclesia quasi statuente siue declarante ius positiuum: vnde inoleuit satis discreta consuetudo, summorum Pont. vt in suis literis semper addant supra censuras, á quibus nisi in mortis articulo, á nullo, nisi á nobis absolui possint: vt liquet argumento cap. quod de ijs. de sententia excommunicat. & capit. Pastoral. de officio ordinar. §. præterea. & celebri capit. si quis suadeate. 17. quæst. 4. & hic mos & exceptio habetur in omnibus Bullis cœnæ Domini: neque articulus iste mortis, mathematicè desumi debet, ita quod vltimus halitus, sed fat est quod sit articulus moraliter mortis, scilicet, quod timeatur amissio linguæ, vel iudicij vsus, in periculosa infirmitate, antequam adeatur superior reseruans, tunc curatus si adsit, vel alius quilibet sacerdos etiam simplex, poterit ab omnibus illum sic laborantem, nullo casu excepto, censura, vel pœna, absoluere; secus contra Christi Redemptoris nostri, & eius suauissimæ sponse lenitatem, esset periculum iacturæ animarum, in talibus periculis, solum monere tenetur talem sacerdos, quod si superuixerit,

rit, & sanitatem receperit, sub mort. peccato tenebitur superiorem adire referuantem, & illi subijci: sed hoc solum habere locum dicimus, cum pluribus & doctissimis, respectu censurarum, quando sunt annexæ, & superiori referuatæ, & non respectu peccati referuati: quia tale iã est dimissum quantum est ex parte Sacramenti: si confessio fuit valida, & est ab illo absolutus, ab eo qui in illo casu est proprius quoad omnia sacerdos: & ut diximus pia mater Ecclesia consuetudine declarauit, nullum superiorem in tali articulo referuare materiã: quoad censuras autem, & si etiam absolutus sit, tamen ille per reincidentiam reddeut ligantes, & cadentes super peccato inobedientiæ & contumaciæ, nollentis comparare dum iam possit; nam ex illo puncto incipit inobedientia. Quæ doctrina liquet & diffinit. ex doctrina, & intelligentia capituli eos. qui de sententia excommuni. in. 6. Vita tamen ordinaria, extra dictum articulum, vel euidens periculum, procedere sic debet casum habens referuatum, si preesto est referuans, illi integre confiteatur, & referuata & non referuata omnia mort. & sic integritas confessionis iuris diuini cõseruatur, & quæ neq; per accidens (vt Caiet. & aliqui cũ illo vult falso) dimidiari potest, vt optimè Adri. in. 4. de cõfessione. quæst. 4. docet & Dur. d. 17. quæst. 15. Imo hoc idem (& nõ quod vult Caietanus in summa verbo, confess. cap. de conditionibus confess. cõditione. 10.) sentit expresse S. Thom. vbi supra: & etiã idem docet S. Bonauent. & si distorte ab aliquibus, & à Soto intelligatur in. 4. d. 18. quæst. 2. artic. 5. qui Caietanum sequitur: & si addiens superiorem, & dicens ei: Ego habeo

habeo casum vel casus tibi referuatos, vel cõsuras: si superior sine eo quod audit licentiam dat, & remittit, tunc via plana proceditur, ille cui remmittitur audiat integrè, & ab omnibus absoluat: sed si absit superior per distantiam notabilem, & habens casus referuatos propter paupertatè, vel infirmitatè, vel honestatè sui status, vt si sit maritata mulier, vel filia inclusa adire commode non potest, tunc curatus talis ouis tenetur per se adire, vel secretissime mittere (saluo in omnibus pœnitenti debito secreti sigillo,) & licentiam impetrare ad absoluendum: neq; illam tunc superior denegabit, imò neq; debet neq; potest: & hæc sunt onera inter alia officij curæ animarum: nam non temere lac decimarum fuggere debent, & lanis prouentum, & oblationum quasi operiri, sed vt infirmitates curent, & sic infirmas super humeros ponant impotentes, ad remedium quærendum: sicuti princeps pastorum Christus Iesus docuit: doctrina est, Soto vbi supra, & deberent superiores (vt & doctissimos & Pios fecisse scimus) committere, per Dioccesim casus sibi referuatos doctis, & discretis sacerdotibus, regularibus & secularibus: quia licet referuare grauiora, non sit contra suauitatem iugi legis Christi: imò illi nimis conformes (vt licuit supra) tamen asperos & graues nimis, se in concedenda licentia reddere ad absoluendum in talibus casibus, hoc esset contra suauitatem à Christo Redemptore nostro ostensam: præcipuè temporibus hisce, vbi sic tepuit charitas, neque sola verecundia comparandi coram superiore, in eo, qui casum habet referuatum, est iustum impedimentum, vel quod ti-

meat, quod minus fidet de illo prælatus, & sic talem confessor moneat, vt adeat superiorem: quia potius illa verecundia, & timor, medicinales sunt, & fræni munus perficiunt: sed si adhuc recusat adire ob hæc dicta, tunc curatus ex officio adire non tenetur: tamen congruens est, vt vadat, & opus charitatis erit: & præcipuè cum secus timetur, quod timori, & verecundiæ succumbet, & prælatum nunquam adibit: quando autem prælati integrè confessionem ob multas & graues occupationes non potest, neque vult audire, sed solos casus referuatos, sibi specialiter: hic est difficultas tota: & tunc dicimus, quod superior, vt peritior medicus, solum audit tunc ad consilium dandum, & ad sigillum tenetur, sicut si confessionem integram Sacramentalem audiret: sed talis confessio solum referuatorum remanentibus alijs mortalibus, Sacramentalis non est, neque formam prælatus tunc inducere potest: quæ est absolutio, quid quid Caietanus, vbi supra, dicat. In quo maximè miramur hominem aliàs Doctissimum, & accuratissimum, quod in hoc cæcutierit, neque hucusque summorum Pontif. aliquis, neque hodie Episcoporum aliquis audiens, sola referuata sibi peccata, & reliqua relinquens non audita, Sacramentaliter absoluit: sed hoc sic facere existimaret vnusquisque sacrilegium, in quo plures interrogauimus doctissimos Episcopos, quales nostra Hispania (gratias omnipotenti Deo) hisce temporibus, & prælatos alios ex inferioribus, & neminem audiimus, qui in praxi, id diceret, se aufurum: sed remittere debent tunc ad curatos, vel ad alios confessores: &

tunc

tunc isti integra audita confessione referuatorum, & non referuatorum, Sacramentaliter absoluet: & sic & non secus fieri debet. Potest tamen Episcopus, vel superior, si aliquod peccatum, si annexam habet censuram ab illa absolue absque integra confessione: quia absolutio à censuris, non est Sacramentalis, neque prærequirit confessionem peccatorum, sed liberam voluntatem ligantis: & sic non habet determinata verba, vt liquet infra.

Quando aditus ad superiorem non est præsto. §. XII.

QUANDO Autem aditus ad superiorem non est facilis, non ideo curatus, vel quilibet sacerdos poterit absolue à referuatis, solum vt pœnitens celebret Missam, vel communicet ad libitum: quia hæc non est vrgens causa, sed desinat celebrare, vel communicare, etiam in Paschate: quid quid Victoria contra nitatur, de confessione, dub. 162. quia etiam est iuris diuini, vt probet seipsum homo per confessionem Sacramentalem, quando adest conscientia peccati mortalis, & confessoris copia: & tunc quia non est copia differat celebrare, quousque sit, non decies absolutus: vt dicit Victoria, (nam nos vnica contenti sumus) sed semel à prælato, secus nullius esset momenti referuatio, & hoc Concilium Lateranense, sub Innocent. III. relatum capit. omnis docuit, ponens præceptum communionis, dicens, Nisi proprius sacerdos, ob aliquam causam duxerit abstinendum: quæ igitur tam vrgens

F 2

causa,

causa, quam habere casum grauem superiori referuatum? Si tamen aliquod sequeretur scandalum, ex eo quod non communicet quis, vel Missam celebret; statim, vel fame periculum immineat, si aditus ad superiorem expectetur, tunc ab omnibus absoluitur, etiam censuris etiam Papæ referuatis, (in quo casu magis concedimus, quam Victoria,) & celebret absque metu, quia extrema tunc currit necessitas honoris, quæ lege caret: & sicut pro articulo mortis nihil est referuatum; sic neque in articulo amissionis honoris, cum eius iactura ad confessionem, etiam ipsam noluit nos piensissimus Iesus Christus Redemptor noster, & legifer obligare, dummodo in his casibus adsit firmum propositum, cum primum adsit potestas, superiorem adire: tum ad subiiciendum se illi, & ad consilium, & remedium capiendum: tum pro absolute censurarum, si sunt, quia illas reincidentes incurrit, ex quo desinit impedimentum, ut diximus, & tunc non tenetur dicere prælato superiori, si audire vult, nisi tantum referuata: quia & si ab illis, & alijs absolutus iam fuit, Sacramentaliter, tamen sub illa confessione priori, & largitione absolutionis, fuit votum implicitum, dedicens superiori, extra illum articulum necessitatis iterum illa referuata, ob dictas causas & fines, & ob illas si vult prælatus audire, suo iure vitur: vnde non vere doctissimus Adrianus, vbi supra, decisit quando Doctor particularis erat, quod sic ob urgentes causas absolutus, non tenetur, nisi præsentare se superiori, quando possit, & tamen non confiteri peccata referuata, a quibus est iam rite absolutus, quia

quia & si hoc nos concesserimus. verum, quâdo ob articulum mortis quis absolutus est, & tunc etiam ad talem præsentationem non obligamus, nisi ob censuras, si sunt annexæ: tamé hoc Adriani dictum, aliquantulum sonat, referuationem prælatorum solum ad externam politiam pertinere, quod simpliciter dictum est hæreticum, damnatû. Conc. Trid. sess. 14. Canon. 11. huiusq; doctrina, quam tradimus de referuatorum confessione, planissima est, & cum qua integritas confessionis conseruatur, de quo bene Victoria, vltra notantum vbi supra, & Can. relect. de poenitentia, pars. 5.

Quid referuari potest? §. XIII.

R O G A B I S Quæ materia possit referuari? Respondeo primum, certum est non posse referuari aliquod veniale peccatum, quia nullo modo materia referuationis esse potest, quæ non est necessaria, confessionis: at nullo iure obligatur, quis veniale confiteri: ergo nullo iure possit referuari. Vnde falsa & erronea est sententia cuiusdam Francisci ab Osuna Fraciscani, sui Hispani Alphabeti, Alphabeto. 2. lit. D. c. 5. tract. 4. dicentis, venial. peccata non esse sufficientem materiam Sacramenti poenitentia: & quod quando quis sola venial. confitetur, & absoluitur, non recipit gratiam ex opere operato. Contra Concil. Florent. decretum citatum: verum est, quod in nostra religione, ut pote rectissima, & diligentissima, in conscientiarum munditia referuatur ingressus vnus monachi in cellam alterius sine Abbatis licentia, effus Carniû, & scribere epistolas sine illa, quæ

quæ de se venialia sunt, ad hoc factum est: tum, quia longa experientia nouit religio, quod hæc ex adiunctis vergant in magnū professe religionis damnum, & solemnium votorum rupturam, quod nemo extraneus iudicare potest: & sic hæc, saltim ingressus cellarum & scribere, quando ob finem mortaliter malum fuerit, mortalia sunt, & iuridice sunt reseruata, quia grauissima sunt: tū etiam, quia cum quis ob solam leuitatem epistolam scribit amico vel ob eandem, & gustum carnes comedit, reseruatur, vt deseruiant pro operimento aliorum reseruatorum rite, vt tutius inferiores licetiam petere possint ab Abbatibus, vt absoluantur à reseruatis, quia nō ex eo quod petit hanc licentiā, intellegitur habere graue mortale reseruatum, quale est omnis voluntaria immunditia carnalis.

§. XIII.

DE Peccatis mere interioribus, id est, quæ in opus externum non exierunt per se, neq; per accidens (vt dicunt nostri Theologi) qualis est omnis consensus & delectatio voluntatis: de malo mortaliter, vt consensus in turpem fornicationem sodomiam, non potest rite fieri reseruato, quid quid Medina dicat absq; rigore, in sua summula Hispana: quia in doctrina, moraliq; Theologia, id dicitur posse, quod iure potest fieri, & e contra id non posse fieri, quod ritè, & legitime non fit, & cum reseruatō internorum actuum, aut raro, aut nunquam cedit in cōmodum animorum, & multoties in damnum, quia multi essent scrupuli, & dubia inextricabilia, & quod Ecclesia nō fecit hucusq; etiam in grauissimo mere mentalis, incongruū est, vt aliquis alius faciat: do-

ctrina est Mag. Soto. d. 18. q. 2. artic. 5. 4. & omnium bene sentiencium, cum ergo prælatorum potestas à Christo in ædificationem corporis eius, quod est Ecclesia, sit data ad talia reseruandum; ex quibus magis timetur destructio quàm ædificium, non esse datum, dicimus: quod autem sit in aliqua religione statutum, non est nostrū examinare: comunè Theologiam scribimus, & multa in hac doctrina sedare voluit sanctissimus Pater & Dominus Clemens Papa octauus, qui quādo tertio iam hos labores ad incudē remittentes & transcribētes, nos pascit, & Dei Ecclesiam regit, quodā sua Extrauag. siue motu proprio. anni. 1593. in quo modum & mensuram ponit prælatis, in materia reseruationis, & quia hic motus proprius siue constitutio, nondum hodie euulgata est non illius resolutionē concludimus; promissione cōtenti si ad manus venerit, & omni Ecclesia proposita fuerit, huic negotio fiet satis, & sic taliū reseruatō nō teneret: quia quæ sunt clauē iurisdictionis errante, nullius sunt valoris, postquā hæc scripsimus vidimus, hūc motū proprium fuit expeditum anno. 1593. 26. Maij, apud sanctum Petrum datario Audire Sorbolengo, in quo. II. casus taxantur atrociores, & omnes actus exterioris, & in nulla religione excepta Societati I E S V, tot reseruata sunt peccata, reseruatō cuiuscumq; mortalis peccati actu exteriori perpetrati, teneret si fieret à superiore: sed communiora peccata non est tutum reseruare, neque prudens esset talis reseruatō: tum, quia graue redderet iugum confessionis: tum, quia reseruatō redderetur contemptibilis, quæ prudenter facta est, magnum peccatorum frænum,

neq; possunt superiores omnia simul mortalia referuare: quia cum curati sint iudices ordinarij fori interioris, ex ipsa diuina institutione, esset tollere totaliter eorum ius si omnia necessaria materia auferretur: igitur referuatio debet esse de atrocioribus criminibus, & quæ saniozem deliberationem, & maturius consilium petant.

Casus lecti & referuati in Bulla cœnæ Domini. §. XV.

LIBET In capitis huius calce Cathalogum, siue summam facere casuum Papalium, qui sunt à iure, & præcipuè cœnæ Domini dictæ Bullæ, & Episcopali: nam in Bulla cœnæ Greg. XIII. ann. 1573. iubetur confessoribus, vt copiam in scriptis habeant casuum, & hucusque hoc decretum integrum perseverat, & vt habens hunc librum, alio scripto memoriali non indigeat, & vt sciat à quibus absolueri non debeat: à prædicto igitur ann. 1573. qui fuit secundus Gregorij. XIII. vsq; ad hunc annu. 1596. qui est quintus Clementis Papæ. VIII. quo vltimate post. 14. annos laboris hæc reuissimus. Casus Bullæ cœnæ sunt qui sequuntur.

§. XVI.

PRIMO, Anathematizantur Hæretici, idest, credentes cum pertinacia, & dicto vel scripto, etiam secretissime affirmantes aliquid cōtra fidei articulos, vel contra id quod sancta tenet & docet Ecclesia: dicimus cum pertinacia, hoc est, sic tenendo, vt non sit subiectus, neq; paratus subijci Ecclesie, vel doctorum eius iudicio: diximus dicto vel scripto, quia secus esset hæresis; merè mentalis, si non esset
expres-

expressa signo, dicti erroris sui significatio, de se quale non est percutere manu, vel pede, vel caput mouere, sed tale signum esse debet: quo si quis præsens esset, posset audire, aut legere, & errorem intelligere: secus esset mentalis hæresis interior, quæ excommunicationi Ecclesie non subiacet, & per consequens, neq; referuata est, sed à quocumq; absolui potest confessore: de quo nos latius super. 2.2. q. 10. S. Thom. Insuper omnes recipientes hæreticos, vt fautores eorum, idest, quoad malum velut tales illos admittentes: nam ob aliud bonum finem, & ob eorum conuersionem, & salutem, non impeditur. Insuper legentes eorum libros, vel scripta, ob magnum periculum, absq; licentia expressa Papæ, vel Inquisitorum, quam dare possunt cordatis, & prudentibus & doctis: neq; excōmunicatur qui scripta Hæreticorum legit, vt scribat illa contradicendo, & refutando: neq; qui legit eorum errores relatos à Catholicis, historiographis, vel doctoribus. Hic casus est summo Pont. referuatus, ratione censure, & solum tribunali sanctæ Inquisitionis subdelegatus, & Episcopis & non earum Vicarijs, eo ipso scilicet, quod Vicarij sunt, per Con. Trid. sess. 24. cap. liceat: quod est sextum: neq; alius per quemcumq; Iubileum, vel Bullam etiam Cruciatæ, nisi specialis fiat mentio hæresis, absolueri potest, ex quo, qui sanctissimi fructus secuti sunt, clamans nostræ Hispaniæ salus cōfiteatur: neq; vlla est (vt exterius visum est) crudelitas, neq; ex quo adire tale tribunal timeant infecti: est enim & misericordia & charitate plenu, & eximie in conseruando secretum clausum. Huic casui anectitur in prædicta Bulla schisma, idest, di-

uisio ab vnitatē Sedis Apostolicæ, & vnici visibilis capitis Ecclesiæ, & non solum intelligitur referuari censuram contra schisma hæresim admittens, quia hæc est habita in primo superius exposito mēbro, sed anathematizatur schisma per se, id est, sola diuisio à vero capite Vicario Christi, quod est peccatū distinctum nimis, quāuis à fine satis, vt cum S. Th. docuimus, super. 2. 2. q. 39. artic. 1. ad. 5. Pius. V. in sua cœnæ Bulla, anno. 1568. coniungebat in hoc casu, magos magia intelligens diabolica, sed post eius mortem, iam hic casus, nisi cum hæresim præsupponit, per se non referuatur in Bulla cœnæ: neq; enim exprimitur in Bullis secutorum summorum Pont. & insuper magi adesse, diuersum est ab hæresi peccatum, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 95. artic. 1. & 2.

§. XVII.

SECUNDO Anathematizantur piratæ marini, Hispanè, *Cofarios* ò *ladrones de mar*, & ij, qui nauigantes Christianos, Catholicos depredantur, & anectitur huic casui, anathema contra rapientes bona eorum qui sunt passi naufragium: intelligitur si illi superstites euadant, vel si moriantur si cognoscunt eorum hæredes: secus autem sicuti de alijs inuentis est philosophandum.

TERTIO Casu, excommunicantur appellantes à quocumq; mandato, vel sententia Papæ ad futurum Conc. quia tales duo capita faciant, Conc. & Papam, & non sunt nisi vnici tantū? & vna Ecclesia, & sic cilluram in Ecclesia causat quantū in se est.

QUARTVS. Est, contra Reges, & quoscumq; dominos temporales, qui noua tributa vel pædagia noua, quæ Hispaniæ dicuntur, *Portaxgus*, contra
ius

Appellās
à Papa ad
futurū con-
cilium si
iuricus est

ius suis subditis christianis imponūt. Aduerte quod dicitur imponunt, nam in suis comitijs vel Germanice, *Diets*, Hungarice, *Racos*, Hispane, *Cortes*, dictis, petere nomine Regni à procuratoribus, adiutoriū per viā seruitij, dūmodo non sit rerum iure vetitarū, absq; in cursione Censuræ huius fieri potest, absit tamē omnis simulata vis, vel violētia, vel incussio metus; quia tūc petitur & nō imponitur, quod nouū est.

QVINTO, Anathematizantur falsantes literas Apostolicas, hoc est, epistolam summi Pont. clausam aperientes, vel falso eius nomine scribentes, vel in quacumq; scriptura Bulla, rescripto, priuilegio, vel quacumq; scriptura summi Pont. vel eius tribunalis in parte radentes, & subscribentes, vel in toto falsas scribentes: non tamen est huius casus, literas legati apostolici aperire, vel falsare, quāuis grauissimum sit crimen, quia hic nō dicitur: & quid quid sigillo clausum est aperire, falsare est: insuper impetrare falsa relatione & mille falsis, & ab omni habilibus verbis, & medijs, literas apostolicas, & illis vti non est huius casus, vt benedicit Nauar. Nam & si literæ subreptitiæ sint, tamen verē apostolicę sunt. Similiter quod quis aliquid exerceat, vel faciat vel iudicet, & dicat se facere id, autoritate apostolica, mentiēdo dummodo literas apostolicas in parte, vel in toto non fingat, vsurpator est, sed non huius casus falsarius: nam falsare literas, supponit scripturam apostolicam, in toto, vel parte falsam, reddere, scribendo nomine eius, vel adimendo.

§. XVIII.

Sextus casus est, deferentiū hostibus nominis christiani arma, intellige fabre facta, non tamē excōmunican-

Contra falsarios.

Contra adiutores hostes crucis armis, & comitatu.

nicantur hic, vendentes ferrum vel æs; quia & si ex his arma fiant: arma tamen proximè nō sunt, & tam intelligitur de armis offensiuus, vt sūt lanceæ, enses, sclopeta vel *arcabuzes*, dictos Hispanè, vel alia tormenta bellica, quæ dicuntur Hispanè, *artilleria*, pulverem fulfureum, ignium materiam, vt Græci, vel alcritanici, pilas plumbeas, vel ferreas sagittas, arcus, ballistas, & alias machinas, quam defensiuas: vt sunt scuta, galeæ, lorica, & id similia: insuper anathematizantur hoc casu deferentes illis, quemcumq; commeatum, siue victualia: vt panē, vinum, oleū, mel, carnes, armenta, greges, cicer, lentem, caseum, & id generis quodlibet, etiam si fame pereant: quia sunt nostræ religionis aperti hostes, & humani generis pestis.

*Contra im-
pedientes
victualia.*

S E P T I M V S Casus est, cōtra impediētes prouisionem Romanæ curiæ, de victualibus quomodocumq; Romam, & vndecumq; aducantur. Octauus est, contra iniuste detinentes, siue impediētes, eos qui vadunt ad Romanam curiam: tum ob liminum apostolorum Petri & Pauli visitationem: tum ob negotia, & magis in percutientes eos, & occidentes, etiam si negotia sua non sint, sed aliena: & idem respectu reuertentium ad sua: intelligitur ex curia, quia eadem immunitas debetur reuertentibus & decedentibus, atq; venientibus. Et nonus casus est, in eadem facientes, in peregrinationis piæ causa, Romam euntes. Decimus casus, anathematizatur iniuriam facientes sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, & quemcumq; Episcopum incarcerando, percutiendo, detinendo, & in exiliū mittēdo; postquam Episcopi consecrati sunt, si vt tales sunt cog-
niti,

niti; & eandem censuram incurrūt, qui eos compellūt, & exire de loco in quo sunt, iniuriose, vel quod transire intendunt: nunc sint suæ, nunc alienæ diocesis, quid quid, quoad hoc Nauarr. vellit. Manual. cap. 27. num. 67. Est enim iniuria magna, hūc casum & censuram incurrunt religiosi: hęc eadem in suos prælatos regulares Abbates, vel quocumq; vocentur nomine, sui regulares prælati, qui in toto rigore, quoad ipsos prælati sunt, & eorum a suis, illa iniuria eiusdem est impij sacrilegij.

Quod impedimentum literarum apostolicarum anathemate percutit? §. IX.

V N D E C I M O, Anathemate percutiuntur huius Bullæ, omnes, cuiuscumq; status, gradus, dignitatis, & conditionis existant, impediētes executionem literarum apostolicarum, & aduocantes causas, mere iuris, & Ecclesiastici, & Pontificij ad sua tribunalia: vnde quia hic labor est, & hinc angustie circundant: est aduertendum, quod ab immemoriali, Reges Hispaniæ, (sed specialiter ab Regno felici, Ferdinandi. V. & Elisabetæ Catholicorum) examinant literas apostolicas, sic gratiæ, sicuti iustitiæ, cū omni reuerentia & subiectione, solū, ne dolose, suspecte sint, vel furtiue, & subreptitiæ: & hoc cedit in obsequium apostolicæ sedis: & si ij limites non exceduntur, hoc non damnant summi Pontifices, neq; censuris vetant: secus si malitiose, & cautelese id fiat, in fauorem vnius & dampnum alterius: similiter quando causas Ecclesiasticas examinant, ratione illatæ vis, (quod Hispanè dicitur, *por via de fuerça*

Casus. II.

fuerga,) solum quia censuræ Ecclesiasticæ maximè vrgent, & eneruant litigantes: & quando non deferunt appellationi interpositæ, ad superius tribunal: tunc primò tribunaia regia rogant absolui reum, per. 60. dies vel. 80. & processum causæ petunt, & vident si bene procedatur, remittunt iudici Ecclesiastico: si secus autem, iubent sub pœna temporaliū, siue communium bonorum cum laicis, vt absoluant, reponantque factum, ab interpositionis iustè appellationis puncto, & deferant appellationi superioris sui, & ne per vim procedant: & hucusq; hæc non sunt contra libertatem Ecclesiæ matris omnium, & reginæ: sed in eius cedit obsequium, si ab hoc non excedatur: imo Reges Hispaniæ in hoc se veros Ecclesiæ filios, & defensores ostendunt, & brachium Pôtificis summi sinistrum se profitentur: & supradicti Catholici Reges, super hoc Sixtum. IIII. consuluerunt, (instigante Reuerendissimo, memoriæ immortalis, Francisco Gimeno de Cysneros. Tholet. Archiepiscopo Cardinali sanctæ Balbinæ,) & dictus Pontifex viuæ vocis oraculo, hanc consuetudinem comprobavit, & ferunt expedissee bullam supra hoc: quod non crediderim, cum, neq; Navarro, neq; Didacus Couarrubias, Segobien. Episcopus, & Senatus Regij Hispaniæ Supremus Præses, illius meminerint; imò neq; huius oraculi viuæ vocis, quod miramur: hoc vnum întrepidè audeamus, quod onus Regum verè Catholicorū Hispaniæ, & maximè Philippi. II. (cuius regiminis Christiani testes sumus ferè ab initio anni, scilicet. 1560. vsq; ad hunc. 1596. quo hæc vltimo limamus, & quo plenus dierum, & annorum regnat)

nat) super humeros meos susciperem, qualiscumq; sint roboris: quia ab eo quod supradiximus, neque excedere suos iudices vult, neq; somniat, doctissimos & graues semper constituit, gratias Deo confiliarios, iuris peritissimos vtriusq;, & cōfessarios habuit semper grauissimos Theologos: isti videant quid faciūt, & ne mittant falcem in alienā messem: quod si faciunt, vltra supra notata hanc excommunicationē sine dubio incurrunt, Rege incio, & sine culpa manente, quousq; sciat, si modum non imponat: nam ex tali puncto Regum inciperet culpa, & censurarum incurso.

Contra bona Eccles. v. ſumpatores. §. XX.

D V O D E C I M V S Est, Contra vsurpates bona Ecclesiastica, mobilia, vel immobilia, etiam fructus & decimas. Aduerte verbū, vsurpates: quia qui furatur mobilia, nō funthoc casu excōmunicati; sed qui vsurpāt, id est, iniquo titulo in publico vendicāt sibi. Tertiusdecimus, contra depradantes sacrū Papæ palatium, vel eius res vtensiles cognitatas, etiam in itinere inuadentes, & quomodocumq; rapientes.

Q V A R T O D E C I M O, Excommunicantur inuadentes patrimonium Beati Petri, & quascumq; Ecclesiæ terras hostiliter, & calide. Demum, quintusdecimus est, contra cōfessarios quoscumq;, qui sine licentia Sedis Apostolicæ, vel eius priuilegio, quoscumq; á suprapositis censuris absoluerint, nisi in solo mortis articulo, vel quasi: quæ excommunicatio etiā reseruata est summo Pont. in eadem Bulla; (quid quid Navarro vellit) cum non dispari tenore, sed eodem proponatur, atque cæteræ. & sit maxi-

maximum crimen, & irreuerentia, vsurpare summi Pont. referuantis, supra posita specialiter authoritatem: præcipue cum iure ipso sit lata maior excommunicatio, in communicantes cum excommunicatis à summo Pont. & ad diuina receptantes: vt habetur Clement. c. significauit. de sententia excommunic. quanto magis contra eum, qui excōmunicatus solemnissima & speciali sententia dicta cœnæ, absoluerit? & nō potest esse maior excōmunicatio quàm illa cœnæ, neq; maior communicatio quàm Sacramentorum: & sic non etiam est audiendus quidam interpres Bullę cruciatę: hæc circa casus bullæ notanda inuenimus.

I A M Post Gregorium. XIII. omnes istę reservationes factę sunt à iure, quamuis antea semper fuissent ab homine, & sic à Gregorio. XIII. nullus Pontificum innouauit, solus Sixtus. V. suo motu proprio anni. 1588. addidit casum facientium, vel procurantium abortum, fœtus animati, aut inanimati, aut quomodocumque generationem impediens: quem casum nullo priuilegio, vel cruciata, voluit (in consulto Romano Pont.) absolui: sed Gregorius XIII. hoc moderatus est, extra Bullam cœnæ reliquit, vt liquet ex eius bulla: quamuis hic sanctus Pont. paucis diebus durauit ob peccata mundi.

Capitulum octauum, de casibus Papa reſeruat
is diuerſis iuribus extra bullã cœnæ.

§. I.



E Magis iusto prolongaretur cap. præteritum: placuit has reservationes Põtificias à prædictis cœnæ secernere. Primus casus, sub

cenſu-

cenſura Papæ reſeruata eſt, violentas ſiue iniurioſas, & vindicatiuas manus, in clericum ſiue monachum, etiam laicalem, ſiue conuerſum, qui choro non eſt deſtinatus, & etiam in nouitium, iniecerit: & etiam in profeſſum donatum, religionis approbatæ, geſtantem habitum religioſum: & hoc ſuadente diabolo, hoc eſt, ſi fiat cum peccato, & ex malitia eſt Papalis: habeturq; .17. q. 4. & eſt Innoc. II. capit. Si quis ſuadente diabolo: hunc Canonem incurrit, incarcerantes, inuite detinentes, aquam vel puluerem iniicientes in ipſos, vel ſpuentes aliquid de eorum manibus vi extrahentes, vel furripientes: idem quoad moniales nouitias, & profeſſas: eandem cenſuram Papę reſeruata incurrunt, omnes qui prohibere ſupradicta poſſunt, debent & tenentur, & non impediunt: ſed hac immunitate, ſunt mille iuribus priuati quoad apprehenſionẽ, qui ſine habitu & tonſura clericali, vel religioſa, inuenti ſunt in profano habitu: neq; hoc iure gaudent quidã Eremitani laici, niſi ſaltim in manibus Epifcopi ſint profeſſi ſolemniter: ſecus ſunt homines qui vitam eligunt otioſam, vt labores fugiant, nomine diuerſorum Eremitariorum, eleemoſynas venantes.

Secunda excommunicatio Papalis. §. II.

SECUNDO, Eſt hoſtiliter perſequi Cardinales ſanctę Rom. Eccleſiæ: & eſt decreta hæc ſententia à Bonif. VIII. & habetur cap. Felicis, in. 6. Sed poſtea hæc excommunicatio reſeruata eſt in Bulla cœnæ: vt licuit cap. præcedenti, caſu. 10. Tertius caſus eſt, Epifcopum iniurioſe tractare, & conſilium vel

G

auxi-

auxilium ad id dare, quamuis effectus in re non sequatur: si tamen sit communitas, (quæ puniri non solet: iuxta illud: Multitudini parcendū est,) excommunicatur omnes talis communitatis, siue reipub. officiales, qui quomodocumq; potuerunt prohibere & impedire, & nō prohibuerunt: vt habetur cap. si quis. Clem. de penis: sed iā hic casus referuatur in Bulla cœnæ: vt patuit cap. predeff. casu. 10.

§. III.

QVARTVS Casus est, Christianum per Assassinos interficere. Sunt autem Assassini, homines perditissimi, qui pretio se obligant ad occidendū aliū, & ad incursionem huius censuræ, sufficit mandare, siue conducere Assassinum vt occidat: & si effectus mortis non sequatur: neq; solum (vt quidā Doct. volebant) intelligit hic Canō per Assassinos, homines infideles, sed quoscumq; ad occisionem cōductos, & etiam includit consiliantes, & adiuuantes: quare ipsi Assassini primō excommunicati sunt: & habetur cap. pro humani. de homicidio. in. 6. Neque excommunicatur hoc Canone qui filione poti, vel amico, iubet vel rogat, vt aliū sibi iniuriosum occidat, vt vindictam habeat: quia hoc nō est per Assassinos id facere, sed quasi per se ipsum, qui id nō potest.

§. IIII.

QVINTVS Est, nō solū arma facta, Sarracenis & alijs Christiani nominis hostibus, (quia hic casus est Bulla cœnæ: vt patuit capit. præced. casu. 6.) sed etiam ferrum, & ligamina, funes, & quodcumq; generaliter, quo vti possint in bello cōtra Christianos, siue dando, siue vendendo, & hoc auxiliātes, & consulentes: & est Innoc. III. in Conc. Later. & habetur

betur cap. ad liberandum. de Iudæis. Sextus, frangere Ecclesiarum portas, vim inferendo, depradando, earum immunitatem rumpēdo: ad hanc autem excommunicationem debet denunciatio præcedere, nisi factum nimis esset notorium: & habetur capit. conquestus. de sententia excōmun. Septimus est, malitiose, siue iniuriose cuiuscumq; Christiani succedere domum, segetes, vel quamque rē alicuius pretij: incendere, notabilis Caiet. existimat hūc casum, & si Papalem non habere excommunicationem annexā: sed hoc sic debet intelligi, quod Clem. tua. de sententia excommunicat. Iubentur suprascripti incendiarij, excommunicari a suis prælatis: & sic excōmunicati, absolutio referuatur Papæ: & hinc Abbates nostri ordinis, Dominica in Ramis Pal. excōmunicant omnes subditos, incendiarios: & si qui sunt tales, actu quando sententia fertur, sunt excommunicati, & referuata Papæ est absolutio: & consuetudo cœpit a dicta Clement.

OCTAVVS Est, quomodocumq; impedire summi Pont. electionem, quæ non fuerit simoniatia: & hac censura solum tangit directē Cardinales electores: & habetur Extrauag. Iulij. II. & confirmitur Conc. Lat. sub Leone. X. Innitium Extrauagantis est, Cum tam diuino, &c. Nonus casus est, literas Apostolicas contradicere, vt inualidas, antequam Pontifex coronetur & consecretur: fuit lata excōmunicatio quadam Extrauag. Bened. XI. quæ licet non extet, refertur a S. Antonin. 3. p. tit. 24. cap. 68. & credi debet sanctus, qui se vidisse testatur.

§. V.

DECIMVS Est, contra leges vel statuta faciē-

tes contra libertatem Ecclesiasticã, vel contra consuetudines Ecclesiæ: si tamen ferens legem, vel statuta similia, monitus, intra duos menses non reuocauerit leges vel statuta: & est sententia Honor. III. cap. nouerit. de sententia excommun.

V N D E C I M O, Contra damno afficientes in persona, vel bonis, eum, vel eos, qui Domini, Papæ, aut aliorum prælatorum Ecclesiæ, exequitur sententias, notificat, vel publicat suspensiones, excommunicationes, & interdicta, in quemcumq; etiam Regem: si tamen intra septē dies non reuocauerint facta, & damna refartierint: neq; hæc excommunicatio est Papalis, nisi supposita perseuerantia duorum mensiu in illa, sed potest absolui ab Episcopo ante dictos duos menses: & est Greg. IX. habetur cap. quicumq;. de sententia excommu. in. 6.

D E C I M O S E C V N D O, Contra Dominos quoscumq; in temporalibus, vel iudices terrarū, iubentes quibuscumq; officialibus, ne Ecclesiasticis faciant opera, vel vendant quæ alijs pretio facere, vel videri consueuerunt, vt calceos, vestes, & vt nõ coquant illis panem, vel non molant eorū grana in suis molendinis: estq; Bonifacij. VIII. & habetur capite libertatis. de immun. Ecclesiarum, in. 6.

D E C I M O T E R T I O, Est in offendētes Ecclesiasticã potestatem, & illã exercentes & exequentes, eijciendo ab officijs diuinis excommunicatos, & hoc impediētes, vel excommunicatos intromittentes, vel retinētes in Ecclesia: excommunicantur ipso facto. Clement. grauis. de sententia excommunicatio.

D E C I M O Q V A R T O, Est contra quoscumq;

cumq; Ecclesiasticos, facientes alios iurare, vel vouere, quod non alibi nisi in suis Ecclesijs, secularibus vel regular. eligent sepulturã, vel quod electam non mutabunt. Habetur Clementin. cupientes. de pœnitent.

§. VI.

D E C I M O Q V I N T O, est contra Ecclesiasticos cuiuscumq; dignitatis, admittentes ad diuina officia, vel communicantes in diuinis, cum excommunicatis ab ipso summo Pontifice: sed hæc excommunicatio non incurritur, nisi post denuntiationem: & si ante illam desistatur, & fiat pœnitentia nõ incurritur saltim Papæ reseruata, sed a quocumq; absolui potest, sed post denuntiationem minime: quid quid Caiet. dicat, eandem excommunicationem: & eodem modo incurrunt, qui possunt & debent impedire, & non impediūt: quales sunt omnes Ecclesiastici, qui non cessant statim a diuinis: & omnes laici a quibus ab Ecclesiasticis ad hoc in auxilium vocatur: iuxta regulam positam a nobis supra, casu primo: & habetur Clement. significauit. de sententia excommunicat.

D E C I M O S E X T O, Contra religiosos cuiuscumq; religionis, alienis parochianis, Euchariſtiæ, & extremę Vnctionis, Sacramenta ministrantes, nisi in casu necessitatis, & quo alius nõ adesset, & in eisdem, benedictiones nuptiales dantes: quæ omnia (de curatorum licentia, vel fundata ratihabitione) dare possunt sine scrupulo: & hic Canon. tam vetat Euchariſtiã, & extremam Vnctionem, ministrare parochianis alienis, clericis, atq; laicis: & habetur Clement. religiosi. de priuilegijs. Sed hodie

nulla est religio, quæ non habeat priuilegia contra hanc prohibitionem, post illam concessa.

§. VII.

DECIMO SEPTIMO, contra exenterantes, idest, diuidentes, & lacerantes Christianorum cadauera, vel coquentes, vt conferentur, non incurrunt hanc excommunicationem: qui hoc faciunt vt doceant discipulos, curationem hominum, & experimenta internorū, & iuncturas, habita licentia ordinarij, & in loco occulto: neque qui euiscerant eadem cadauera magnatum, vt condat oromatibus, deportanda aliunde: quia talis non est iniuriosa crudelitas, sed venerationis & amoris humanitas: habetur cap. detestandæ. de sepult. in. 6.

DECIMO OCTAVO, Anathematizantur simoniaca datio, aut acceptio, vel medium esse ad dandum & accipiendū aliquid, pro officijs & beneficijs Ecclesiasticis, vel ordinibus, etiā minoribus: vel tacite, vel expresse pro receptione alicuius in aliqua religione, etiam ad nouitium: & habetur Extrauag. sane in vinea. Et est Urbani. V. Tamē non tollitur quin ratione alimentorum recipiatur aliquid pro anno probationis, vt fit quoad moniales: imo Conc. Trid. permittit expresse.

§. VIII.

DECIMONONO, Excommunicantur fratres Mendicantes, idest, quatuor Dominicanorum, Minorum, Eremitarum sancti Augustini, Carmelitarum, transeuntes ad quemcumq; monasticum ordinem, excepta Cartusia: & prælati monachorum illos recipientes. In quo consultum fuit ordinum mendicantium constantiæ & monasticorum quieti

quieti & tranquillitati, Extrauaganti Martin. V. viā ambiciose monachi S. Bernardi Hispaniæ obseruantia, etiam in Cartusia recipi nequunt, sub eadem poena. Et specialiter iubet nobis Eugen. III. ne propter nostra magna priuilegia admittamus aliquem ex quatuor prædictis ordinibus mendicantium: rationemq; reddit, quia tales nostrā quietem perturbabunt, vt liquet, nostræ obseruantie priuilegij. 7. nu. 12. & 13. Hanc Extrauagantem interpretatam infra. 2. p. cap. de. 4. præcepto habes.

§. IX.

VIGESIMO, Quicumq; excommunicatus a legato summi Pont. transacto anno perseverantiæ, in tali excommunicatione, absolutio reseruat Papæ ob contumaciam, & duritiam. Idem dicendum, delatis iustè a conseruatoribus religionum iudicibus: quia quoad illarum tutionem, sunt Sedis Apostolicæ delegati. Vigesimo primo, excommunicantur ingrediētes monasteria monialium, Dominic. & Franciscanorum ordinis, absq; prælatorū earum licentia expressa: & similiter iustissimo. Anathemate feriuntur scribentes libellos infamatorios contra hos duos ordines, vel affirmantes esse inutiles, vel malos, & quod non liceat eis mendicare: & quod etiam de licentia Papæ non liceat eis confessiones secularium audire, sine licentia curatorum: & reseruat Papæ absolutio, vt liquet ex dictorum ordinum priuilegijs, citatis a sancto. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 7. & similia. Imo eadē priuilegia habet omnes religiones, etiam monasticæ: & qui de quacumq; ab Ecclesia approbata religione diceret, scriberet, vel affirmaret, esset nimis de hæresi suspectus.

Disputatio vulgaris, Conceptionis Virginis. §. X.

VIGESIMOSECVNDO, Excommunicantur affirmantes in publica contione, vel in magno conuentu, quod quæcumq; pars, siue affirmatiua, siue negatiua de Conceptione sanctissimæ Dciparæ, sit hæretica: vel quod qui hanc affirmat, vel negat, peccet mortaliter: & habetur reseruata Extrauag. graue nimis Sixti. IIII. quæ a Conc. Tridentinuouata, & cõfirmata fuit, ses. 4. in fine: & Pius. V. motu suo proprio, super Specula, incipiète, an. 1570. sub suspensionis ad ordinarij arbitrium. Veruit ne inconcionibus ad populum, vbi promiscuum vulgus hominum, & mulierum est, non tractetur disputatiue hæc materia: sed simpliciter regina cœli laudetur.

*Miraculo-
rum falso-
rum prædi-
catio.*

VIGESIMOTERTIO, Excommunicantur prædicantes miracula falsa, vel prophetias non receptas ab Ecclesia, vel sine modo ab Ecclesia, ad earum examen statutû: & est Con. Later. sub Leon. X. Et nescio quo fundamêto Caietanus, quam Nauarr. (in hac materia ferè semper) sequitur, & in hoc, dicant hanc sententiam non fuisse receptam: cû enim lata fuerit Conc. Oeucumenico, ab omnib⁹ necessario recepto, quale fuit dictum Later. Quomodo hæc sententia non admilla dicetur?

§. XI.

S V N T, & aliæ censuræ, a summis Pontificibus nostrorum dierum, reseruatae sibi, sed cum perferre. 40. annos in motus proprij, nominatis decretis, viderimus reseruata: tamen postea sequentes summi Pontifici, ad ius cõmune reducunt iustis de causis: & sic

& sic remanent reseruatiõnes, quasi ab homine non a iure. Aliæ multæ sunt Papales excommunicatiõnes in iure, quas summi Pont. Episcopis absoluedas, vel suis cuiuscumq; superioribus ordinarijs commiserunt: quid quid Nauarro iniuste contra nitatur, cap. 27. num. 254. cum vere, & in rigore prælati regularium, respectu suorum habent non solum in foro animæ, ex vi exemptionis, curatorum locum, sed & Episcoporum: secus non essent exempti, si illos Episcopi soluere possent, & non sui prælati. Sunt igitur aliqua censuræ tales, iure & Extrauagantibus dispersæ, quæ in pertinens esset recensere.

§. XII.

QVINQVE Casus autem sunt, in Canonico iure, Episcopis reseruati: sed cum hoc ius antiquatum sit & vsu, (permittentibus) restrictum, iam solum remansit homicidium volutarium, realiter secutum, & notabilis mēbri mutilatio, & reliquos quos connumerat glossa Extrauagan. inter cunctas. Bened XI. de priuileg. solum remansit hic casus: nam blasphemiam quicumq; absoluit: cæteraque iuradant Episcopis, potius sunt absolutiones a censuris, dispensationes vé votorum, & quorundam impedimentorum legaliû, & similia priuilegia, & prerogatiua: aliqui ponunt parricidium, seu fratricidium sed immerito, nam cum iure, quodcumq; homicidium illis sit reseruatum: ergo magis parricidium: & si omnes ferè Episcopi reseruant sibi incestuosos concubitus, vt quid specialiter ponunt aliqui reseruari illis incestuosa crimina primi, & secundi gradus, id est, cum matre vel cum sorore? Remanent ergo Episcopis reseruati illi casus, quos vnusquisq;

G 5

in sua

in sua diœc. referuauerit: quia (vti diximus) omnes sunt iam ab homine feré, & stando in iure communi, absq; priuilegijs nullus alius ab ipso referuante ab illis absoluere poterit, defectu iurisdictionis (vti diximus præced. cap. §. 2. & 3.) & sic eius habêda est facultas: & si solum concedit Episcopus suos casus, vel superior, non concedit abolutionem à censuris: quia non eo ipso, quod est Episcopalis casus, habet censuram annexam, quod habent Papales: sed debet dare Episcopus facultatem ad absoluendum à casibus & cœsuris: & si dicitur: *Do tibi meas vices*, loquens cum sacerdote: non solum hæc concedit, sed dispensationes votorum, iuramentorum, & quid quid ipse potest. Idê si dicat, *Committo meum posse, vel meam facultatem*: iuxta cap. intelligentia. de regul. iuris. Aduertimus tamê, quo confessarius habens hanc ab Episcopo, vel superiore facultatê absoluendi à censuris & referuatis, potest absoluere ab eisdem, si audiat aliquem alterius diœcesis, qui priuilegio vel alia causa sufficiente confitetur in hac diœcesi: quia hoc concessit pia consuetudo, voluntatum sunt, & legum interpres, qua idem videtur velle hunc diœcesanum, quoad suos: quod vult alius quoad suos casus in aliena diœcesi: sic tenet *Nauar. Man. cap. 27. nu. 255.* & alij doctissimi iuniores, & iam est communis practica, ex quo *Panorm.* motus est cû alijs fundamētis, & ex gloss. c. placuit. 16. quæst. 1. & cap. Cû contingat. de for. comp. ad afirmandum, quod approbatus ad audiendas confessiones in vno Episcopatu, est ipso iure quoad omnes approbatus. Sed hoc nos limitamus supra cap. 6. §. 5. & 6. iuxta intelligentiam capit. *Omnis. de pœ-*

de pœnitent. & remis. & capite. 15. fess. 23. Concil. Trident. Quod aut fiat ex parochi licentia, vel ex priuilegio, vide ibi.

Caput nonum, de censuris Ecclesiasticis.

§. I.



NIMIS Confessario expedit, notitiam habere cœsurarum: quales sunt, Excommunicatio, Suspendio, & Interdictum: & sic suo ordine de illis quid quid scitum dignum est, dicemus breuiter.

Excommunicatio igitur maior (de qua sermo modo nobis est) non est culpa: priuatio, scilicet, reuerentiæ debitæ actibus nostris, vt peccatum, siue culpa, diffinitur à S. Thom. & à nobis cum illo. 1. 2. quæst. 71. artic. 1. & 2. & sic per consequens: excommunicatio de se non priuat amicitia Dêi, quæ dicitur gratia, siue dono, quod à nostris Theologis dicitur, secundæ perfectionis: sed est quædam pœna, priuans bono primæ perfectionis: sicuti enim capitalis sententiæ vita, & pecuniaria, nûmis priuat: sic excommunicatio priuat fidelê conuictu, & cõmunicatione fidelium, & generalibus suffragijs Ecclesiæ: vt liquebit infra. Poterit tamê excõmunicatio describi, (relictis innumeris Summularû diffinitionibus prolixis satis) est separatio à participatione cû mēbris Ecclesiæ, generali siue speciali: pro intelligentia clariori, obserues, quod cõmunicatio (vt expositiuo priuatim cognoscas) dicitur multis modis. Primo, naturalis, & humana, quæ cõmunis est fidelibus, & infe-

& infidelibus: vt benè dicit Victor. nu. 330. Namq; cum quicumq; homo, eo quod homo, sit animal naturaliter sociale, eadem natura deüderat, alijs conuere, colloqui, & coniungi ciuilitè. Secunda communicatio est legalis, siue republicana, qua eiusdè legis & reipub. homines communicant, & concordant, in obseruantijs & cęremonijs, ritibus, eisdemq; participant Sacramentis: eundem Deum vniformiter collendo: & hęc modo Iudæi soli communicabant in prisca Sinagoga: & in Ecclesia soli communicamus Christiani: ex hac secunda nascitur tertia communicatio, quę est prouentiu, fructuumq; cõmunis partitio, & vñus. Qua ratione Ecclesia mater (est arbor vegetalè virtutem generaliter omnibus ramis viujs cõsistentibus, virtute radicis communicat, diuersimodè diuersis) sic virtutem suam, & vegetalem communicat omnibus mysticis ramis, non præcisjs, & membris non separatis. Demũ, quarta communicatio est, qua cuiuscumq; membri bonum viuũ, communicatur alteri membro: & sic cuiuscumq; iusti, & viuũ per gratiam, & charitatem membri, siue Christiani, opus bonum communicatur cuiuscumq; iusto: & hęc dicitur sanctorum communio, in symbolo fidei: & hoc fit iure charitatis. Et Psalm. 118. de hac communione dicit Propheta Rex: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Excommunicatio ergo, secundum se, non priuat hac quarta participatione, & communione bonorum operum: cum (vti diximus) illa secundum se culpa non sit, quę sola gratiam & charitatè auferat, sed est pœna. Priuat tamen alijs tribus communicationibus, quam priuatio-

Psalm. 118.

uationem confuse Summissæ illo Barbaro, sed comprehensiuo versiculo significarũt, Os, Orare, Vale, communio mensa negatur: quasi dicant, Os, idest, priuatur collocaione aliorum, & ne simul cum eis oret, & ne salutetur, etiam sola capitis nudatione, vel inclinatione: & ne communicet in Sacramentis, dando vel recipiendo: & ibi includitur, ne eligat vel eligatur ad officium aut beneficium, & per mensam conuictus & contubernium aliorum Christianorum negari intelligitur. Ecce circumscribuntur tres communicationes dictę: tamen nõn est priuatus excommunicatus, (si alijs in gratia est) quoad Deum, quod & per bona opera augmentum gratię, & vitam æternam mereatur; & quod communicet operibus sanctorum & iustorum: legatur Caietan. quodl. 2. q. 12.

§. II.

NOTES Item, quod antiquitus fideles gradatim priuabantur his tribus communicationibus, secundum culpas. Primo enim sola priuabantur collocaione cum alijs fidelibus, ex quo multa iuris loca intelliges, primo cap. Engeltrudam. q. 4. quod est Ioan. III. & secundum inobedientiam, & contumaciam, priuabantur. 2. & 3. vt liquet. 5. q. 2. c. presentis, & 11. q. 3. cap. ad mensam. Et sic sanctissimus dux noster, imo totius monasticę disciplinę Benedictus, illorum statutorum tempore vicinũs, excommunicationis nomen usurpauit, in suæ regulę cap. 22. & 23. non pro priuatione bonorum spiritualium, Ecclesię & fratrum participationis, sed pro priuatione collocaionis, & cõuictus in eadem mensa, quibus priuare iubet negligentiores, vñus nomine ex-

com-

communicationis: quo etiam modo vsus fuerat Conc. Nicænum illum celeberrimum cap. 11. 12. & sic primitiue Ecclesię Patres, nomen excommunicationis vsurparunt, pro separatione à colloquio, & mensa communi: vt apud Chrys. Homil. 17. in Matthæum: & sic tali excommunicatione non priuabant excommunicatũ, receptione Eucharistię, quę Anomasticè communicatio dicitur teste D. Diony. 3. cap. Ecclesiast. Hierar. Et sic quãdo duobus dictis gradibus addebant, ob rei contumaciam, priuationem tertię communicationis, scilicet, in Sacramentorum præceptione, dicebatur anathema, siue execratio: & si hoc Syluest. prospexisset, non faceret tres species excommunicationis, vt distinguit (ex antiquitate deceptus, his tribus gradibus) verbo, excommunicatis. §. I. Anathema autem, secundum Hieronymum supra primum cap. ad Gal. quę secuntur (vt par est) alij sancti, est, quod sursum pensio siue execratio: suspendebantur enim in templis spolia inimicorum: nostris vero diebus, iam solum duplex excommunicationis genus in vsu est Ecclesię matris: maior scilicet, & minor: de maiori, quam supra diffiniuimus, sermo est modò: de minori agemus infra in calce huius capituli. Faciamus igitur, vt boni ædificatores, firma fundamenta.

§. III.

QVOD In Dei Ecclesia sit potestas excommunicandi, est de fide Catholica, ab Apostolis receptũ: patet ex Paul. i. Corinth. 5. iam iudicari vt præfens, tradere huiusmodi hominem Sathanę, in interitũ carnis, quod omnis schola Doctorum, & S. Thom. intelligunt, sine dubio, Paulum illum flagitiosum ince-

inestuosum publicum, excommunicasse. Idem tradit Magister veritatis Christus Iesus, Matth. 18. dicens: Si Ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicuti Ethnicus, & publicanus. Idem docet discipulus, quem diligebat Iesus. 1. Canon. 5. Est peccatum ad mortem, non dico vt pro illo roget quis, quem locum: & si aliqui de finali impœnitentia, & alij aliter intelligant: nos autem cum pluribus, & torrente Doctorum, de excommunicatione posita pro grauibus delictis intelligimus, Ioannem loqui ad literam: & illud Paul. Titum. 3. Hæreticum hominem, post primam & secundam admonitionem, deuita, id est, excommunicata. Intelligit S. Thom. & nos cum illo, in. 4. d. 43. neque alius esse potest secus: iuxta omnes Doctores scholasticos, & S. Thom. de malo. quæst. 3. artic. 15. ad tertium argumentum.

Quibus priuatur excommunicatus. §. III.

Excommunicatus, comunicans, seu faciēs quodcumq; dictorum, quibus priuatus est, mortaliter peccat de se, primò, dando aut recipiendo Sacramenta: excepto in casu, quo excommunicatio esset secreta: & quod ex non dando, vel ex non recipiendo Sacramenta, scandalum sequeretur, vel criminis manifestatio secreti. Vnde non vere, neq; constanter sibi frat. Barthol. Medina in sua summula Hispan. §. 5. de excommunicatione, dicit. Sacerdotem, qui hominem secreto occidit, non posse, casu aliquo, Missam celebrare: cum idem affirmet posse sacerdotem (si mortem timet ab excommunicato sibi promissam, si coram illo non celebret) celebra-

lebrare, quod vtrumq; reputamus falsum, vt latius patebit infra: nam propriè famę, & vitæ tuitio iuris est naturalis, quod præponi debet diuino positiuo, & á fortiori Ecclesiastico, á quo est omnis excommunicatio & irregularitas. Item peccabit mortaliter excommunicatus, administrās quodcumq; munus ordini sacro annexum: vt Euangelium aut Epistolam cantans solemniter in Ecclesia, vt Diaconus vel Subdiaconus: nam quomodo vltra hoc, irregularis fiat, dicemus infra. Peccat item mortaliter, qui excommunicatus, vel qui excommunicato, facit collationem officij, aut beneficij Ecclesiastici: & collatio ipso iure est nulla, neq; titulus valet etiam post absolutionē, nisi de nouo fiat: vt habetur capit. Bonę. de ætate & qual. ord. & cap. postulasti. de cler. excom. ministra. & talis tenetur in conscientia beneficium relinquere, nullumque actum iurisdictionis (si annexam habet officium) exercere, & fructus restituere ex iustitia: & actus sunt in validi, quia intrusus est: hæc tantum omnia intellige de excommunicato publico, & denunciato: nam secreto, vel á secreto excommunicato collatio facta, valida est, etiam si collatori constet de recipiente, vel recipiēti, dantem secretum excommunicatum esse: quo in casu, mille abstulit scrupulos bulla Extrauag. Martini. V. visa & relata á sancto Antonino. 3. p. tit. 24. cap. 3. & á Nauarr. Manual. capit. 27. num. 34. quæ á Con. Basil. (cum in obedientia Eugenij. IIII. perseueraret) cōfirmata est, ses. 2. & á Lat. sub Leo. X. ses. 10. quæ incipit, ad euitanda: & iā illius habetur copia.

§. V.

SIMILITER Peccat mortaliter, eligens præla-

prælatum excommunicatus, vel excommunicatum, vel se patiens, excommunicatum eligi, & ipso iure electio est nulla: vt patet cap. tanta. de concess. præbendæ: eodem modo peccat exercens iurisdictionis actus, excommunicans, vel sub præcepto vel obedientia præcipiens subditis, & neq; excommunicatione; præceptum ligant subditos, si excommunicatio sit publica: nam si secreta sit, iam diximus tenere foro externo omnia, secundum Extrauag. ad euitanda, citatā: peccat etiam colloquens & comedens cum alijs fidelibus, absq; vrgenti necessitate, vel pollicia humana id cogente: quæ duo nisi fiant in actualem vel virtualem contemptum, non est mortale: diximus actualement contemptum (propter non Theologos) sic intelligant, quod quando colloqui & conuesci ideo fit, vel ordinatur in contemptum excommunicationis, vel excommunicantis: tunc est in operis veriti exercitio actualis contemptus: vel si fiat adeo frequenter & absq; vilo timore, vel verecundia: atq; quando excommunicatus non est, tunc virtualiter contemnit sic faciens: secus tantum est veniale.

§. VI.

ET Si excommunicatus vetatur orare cū alijs, non tamen vetatur ingredi oratoria, & Ecclesias, & orare ibi, dum diuina non peraguntur officia: possuntq; (imo vtile est) contiones audire Catholicas, non tamen potest Sacram Eucharistiam comitari, cum processionaliter defertur, etiā ad infirmos: quod quid immerito aliqui dixerint: neque ire in processionibus, vbi preces siue litanie pro necessitatibus, siue gratiarum actionibus decantantur:

H

quia



quia tales sunt solennes Ecclesiæ orationes. Item, omnis excommunicatus maiori excommunicatione, habet in se effectum suspensæ ab officio: & subditi dum durat (si denunciatus est, vel notorius) non debent obedire ei: nullum rescriptum siue priuilegium, in eius fauorem, etiam á summo Pont. emanatum, est validum, nisi tantum quoad articulum absolutionis ab excommunicatione, in qua est: vt decretum est capit. 1. de rescriptis. in. 6. nisi permitteretur clausula absolutionis ab excommunicatione, vt sortiatur effectum, quæ iam communi vsu curiæ, præponitur: vnde assumens Bullam cruciatæ, (earum quæ nostris diebus conceduntur pro his Regnis Hispaniæ) excommunicatus maiori excommunicatione, cum talem clausulam non præmittant, non prodest illi, nisi solum vt (partis satisfactione, iuxta præmissa) ab excommunicatione absoluat: ad reliquas autem gratias ei non suffragatur, quia incapax erat, nisi absolutus de nouo assumat.

§. VII.

NEQVIT Excommunicatus esse actor, vel rei accusator, vel procurator, in aliquo iudicio criminali, vel ciuili, Ecclesiastico, vel laico: quia vetatur colloqui, & connegotari per consequens: poterit tamen accusatus respondere, & se defendere in iudicio, cum tuitio propria sit iuris naturalis, & audiri debet: vt habetur capit. post cessionem. de probatio. Quis quis pro excommunicato maiori oraret oratione solenni, vel publica, vel etiam inter horas Canonicas, vellet inferere orationem pro illo. quandam, vel in sacra Missa collectam pro eius salute

salute vel statu diceret, mortaliter peccaret: quia tales orationes fiunt nomine Ecclesiæ, & á sacerdotibus vel ministris dicentibus horas, vt á talibus ministris fiunt, & hoc esset contra grauem, & expressam prohibitionem Ecclesiæ. Potest tamen quicumque in suis priuatis orationibus, & deuotionibus, quæ non fiunt sollemniter, vel vt ab Ecclesiæ ministro, orare pro excommunicato: imo & illum Deo commendare in memento Missæ pro viuus: quia illud tempus dabatur ab Ecclesia sacerdote inter Missæ sacræ sollemnia, pro oratione sua peculiari, pro se & suis.

§. VIII.

INSUPER Nequit excommunicatus talis, sepeliri in loco sacro, in excommunicatione decedens, nisi hora mortis magna & clara signa ostenderit doloris, & humilitatis, & deuotionis: & tunc etiam mortuo debet conferri quædam absolutio, á censura significatiua: idest, non quod Ecclesia absoluat defunctum, sed ministros Ecclesiæ soluit á prohibitione, concedens vt pro illo orent, & vt eum sepeliant, & suffragia publica pro illo offerant: vt disponitur cap. sacris. de sepulturis.

§. IX.

OMNIS Qui per integrum annum in excommunicatione perseuerat, eo ipso seprofitetur suspectum in Catholica fide, & pro tali iudicari debet, & contra eum procedi: vt Concilium Tridentin. decernit, sess. 25. capit. 3. de reformat. Imo iure antiquiori Canonico, qui super crimen excommunicatus: per annu durat in excommunicatione, eo ipso crimen confitetur: iuxta cap. rursus. & cap.

quicumq; .ii. quæst. 3. intelliguntur de denunciato, cum Ecclesia in foro exteriori de occultis non iudicet.

§. X.

DUBITARI Solet à Theologis, & Canonistis, num Sacramenta administrata excommunicato, vel à ministro excommunicato, suum habeant valorem? Supponitur, quod sacrilegium committitur. Respondemus igitur Baptisma ab excommunicato ministratum, validum esse, secundum omnia etiam antiquissima iura: cum disponatur, quod etiã ab anathematizatis hæreticis baptizati non debeant rebaptizari, si Ecclesiæ seruata est forma à Christo Redemptore nostro tradita: de confirmatione autem, & ordinis Sacramento receptis ab Episcopo excommunicato, valida sunt, neque iteranda vlllo modo, quamuis Episcopus conferens ultra peccatum sacrilegij mortali, fiat irregularis, & qui suscepit ordines, ultra peccatum idem, suspensus maneat, & si similis ministret irregularis: vt patet. c. i. de eo qui fuit ordin. ab Episcopo, ex eo: Eucharistia verissime recipiatur de manu sacerdotis excommunicati, etiam hæretici: & si sit magnum peccatum si recipiatur scienter, vt dicitur cap. de homine. de celebra. Missarum: & hæc fuit iusta causa, qua maluit gladio occumbere, Hermenegildus Rex nostræ Hispaniæ, pro honore Christi cœli, terræq; Regis: quã de manu Arriani Episcopi Eucharistiam sumere. De assistentia in matrimonio facta à parochò excommunicato, imò quod & si ambo contrahentes (quorum consensus est materia & forma) sint excommunicati, verum contrahant

hant matrimonium: habetur cap. significasti. de eo qui duxit in mari: Solum igitur de Sacramento penitentiae remanet dubitandi, an sanum confessio facta excommunicato sacerdoti, sit & absolutio valida? Victoria de excommunicatione, dub. 333. affirmat, validam esse absolutionem datam à sacerdote excommunicato: maiori excommunicatione: (nam de hac sola nob. fuit & est sermo toto hoc capite,) etiam denunciato, & notorio percussore clerici, dummodo toleratus sit ab Ecclesia: secus (ait) maxima occasio, & causa errorum daretur fidelibus, si Sacramenta collata à toleratis ab Ecclesia essent irrita: & quamuis multa iura vetent, excommunicato sacerdoti, ne absoluat, neq; confessiones audiat: nullum tamen illorum absolutionem irritam facit. Hæc tamẽ sententia, (vt cum pace & reuerentia docti & pij doctoris dictũ sit) est singularis, periculosa imò in se contradictionem inuoluens. Primum, ex eo liquet, quia contra omnes Doctores, quos hucusq; viderim alicuius auctoritatis, (quos omnes qui hucusq; euulgati sunt, me legisse, aut saltem ex parte, absq; superbiæ & mendacij nota, super morales materias affirmare possum,) est contra sancti Thom. Palud. in. 4. d. 14. q. 4. contra Sotum, in. 4. d. 22. q. 1. artic. 1. & omnes alios suæ familiæ, quos superfluum existimo numerare: contra Adrianum VI. quæst. 1. principali de clauibus: & quod pro se adducit Victoria argumentum citatæ Extrauagan. quam ipse vocat Conc. Constanc. nos Martini. V. de qua supra, quæ incipit, ad euitandã: contra eundem est, cum ibi solum permittatur, Sacramenta ab excommunicato generaliter, & secreto accipere

ad euitanda scandala, & sedandas conscientias, non tamen vllō modo à nominato, denunciato, vel notorio: & vellem diceret mihi Doctor iste, quomodo eum quem Ecclesia denunciat excommunicatum, & mucrone ferit suæ sententiæ, imo gladio spirituali præcindit? quomodo (inquam) tolerat? Nihil magis Ecclesia facit contra percussorem clerici, concubinarum, simoniacum notorios, nisi sic scindere: ergo non est tolerare: secus tales flagitiosos, diceremus Ecclesiã tolerare: imo tolerare & non tolerare, secundum istum. Demum, quod sit periculosa, de se liquet: cum tum vergat in contemptum censurarum: tum inducat in pericula confessionum inualidarum: quæ sunt magni momenti pericula. Quod sit falsa, patet, quia excommunicatio, secundum iura & Doctores, est & habet effectus suspensionis, & amplius, cum excommunicatus, eò ipso, sit iurisdictione priuatus, vel saltim suspensus. At qui iurisdictionem non habet, ligare neq; soluere potest: cum absoluere (vti latè patuit supra capit. 4. huius partis) sit actus iurisdictionis, præsupponens iudicem ordinarium: at Ecclesia à publico excommunicato, denunciato, aufert iures, & ius in illas, & hunc præcindens, iurisdictione priuat.: ergo quid quid attentauerit, erit inualidum & inane, & pudet in hoc immorari: & sic confessio facta tali excommunicato est, sacrilega & inualida, neq; adimpletiua præcepti confessionis, & absolutio nulla: & per consequens non fit Sacramentum, dempto mortis articulo, vti iam non semel diximus.

§. XI.

ATTAMEN Addimus, quod si Episcopus, aut præla-

prælatus, excommunicatus denunciatus, vel etiam suspensus sit, potest nihilominus approbare sacerdotes ad audiendas confessiones, & approbatio valet: quia approbare non est actus iurisdictionis, vti supra patuit cap. 6. §. 5. Similiter dimissorias, siue commendatitias literas pro ordinandis ab alio, suis dare possunt, quas Hispanè, *reuerendas*, vocamus: vt docet Syluester verbo, vñctio. §. 4. in fine: & postquam nos hoc scripseramus, euulgauit summam Henriquez Societatis I E S V, & gauisi sumus, quod idem quod nos tenebamus, vir ad eò doctus affirmaret, Thom. 1. lib. 13. de excommunicat. cap. 8. numer. 7. & quod parochus assistens contractui matrimonij, non inualidet illud: & si sit denunciatus, tenet nobiscum, libro suo. 9. de matrimon. capit. 3. num. 5.

§. XII.

SED De secundo membro dubij propositi, num absolutio à peccatis, data pœnitenti excommunicato, sit valida? Dicendum restat, in quo vnū habeto certissimum (sicut & in primo membro diximus) quod qui sic absolueret, grauissimè peccaret mort. Tamen Angelus Clauisio (quæ Caietanus sequitur, in summa verbo, absolutionis impedimèta; & verbo, confessio iteranda: & Nauarr. Man. cap. 9. num. 3. Latini: & idem Caiet. q. 2. de qualitate conf. quos sequi voluit Barthol. Medin. summulæ suæ. §. 3. sed neque sibi consistit) dicunt, quod absolutio, exhibita excommunicato, à peccatis, ab eo qui nequit absoluere ab excommunicatibne, est valida quoad peccata: quia & si dari vetetur periura, non tamen aliquò iure ancillatur. Quæ doctrina

cerie est talibus Doctoribus, & viris indignatum, quia in notorium excommunicatum, & ab Ecclesia per censuram exclusum, & præcisum, nullus extra articulum mortis habet iurisdictionem, nisi excommunicatur in foro aliquo: ergo si absoluitur à peccatis, est à non valente solvere vel ligare: ergo absolutio in valida. Secundo, Ecclesia, per censuram suam excommunicationis, priuat talem, à receptione Sacramenti poenitentiae: quod, cum habeat annexam iurisdictionem in ministro eius, (vt dictum est) per consequens, priuat ministrum vsu iurisdictionis in tale membrum separatum: secus potestas clauium, qua superior excommunicat, non esset supra potestatem sui inferioris, si illam moderari, & limitare non posset, vt factum circa illum, dum excommunicatus est non teneat: & quod Nauarr. arguit nihil probat. Nā tam iuris humani est, quod hic sit proprius sacerdos huius vel illius, atq; est iuris humani collatio beneficij parochialis, parœciæ vbi ille habitat, cuius iure humano fit proprius sacerdos: & Ecclesia noluit alium proprium sacerdotem relinquere excommunicato, nisi solum excommunicatorē, aut eius superiorem. Demum, quia in tali confessione vbi excommunicatus, manens excommunicatus, absolueret à peccatis, deficeret necessario aliquid essentialiale, vere poenitentiae: ergo non fieret Sacramentū, & per consequens inualida absolutio: & confessio sacrilega, cum vbi est defectus essentialis, doloris, aut permanentiæ in peccato, vel est actualis in peccato consensus, in ipsa confessione, cum petatur absolutio cōtra Canones Ecclesie, in re grauissima. Ad hoc quod maximā

vim

vim inferebat, respondit Nauarr. quod accuset se de hoc peccato, quod petit absolutionē à peccatis in excommunicatione, contra Ecclesie decreta: & hoc erit fati. O responsio Pio & docto viro indigna! quomodo quæso, dolor erit, eius quod in se accusat, si petendo & recipiendo perseuerat in malo? & si à peccato iniustæ & vetitæ absolutionis non cessat, vt quid se accuset? & si se accusat, quod iniustam absolutionem petit, vt quid recipit? & si recipit, non poenitet, & per consequens fictē se confessabit, & confessio ficta sacrilega est: & similiter absolutio: ergo nullo modo valida, cum & impensio absolutionis in dante, peccatum mortale sit, & in recipiente similiter: nunc ex malitia fiat, nunc, ex crassa, vel supina ignorantia fieret: ergo non vera poenitentia, neq; integra: ergo reiteranda secundum omnem bonam Theologiam, ergo nō valida. Quod adeo certum est, vt omnium fidelium animis sit insitum: quod & Nauarro Pius & doctus, vim huius argumenti non sustinens, tandem fatetur, non validam & iterandā in casu dicto: vt liquet in fine mis. 4. inferius. Nobiscum sentit Soto. in. 4. d. 22. q. 1. artic. 1. falso pro contraria parte citatus à suo commonacho Barth. Med. idem etiam, quod nos affirmavit, in. 4. d. 1. q. 5. artic. 6. propositione. 5. Palud. & Adrian. vbi supra: Syluest. verbo, confession. 1. §. 5. Igitur quasi Epylogando dicimus, quod collata absolutio à sacerdote, non notorio simoniatice, neq; publico, & absq; vlla tergiuersatione percussore clerici, vel denunciato excommunicato, est valida poenitenti, & ex opere (quod Theologi dicunt operatum) recipiet gratiam & remissionem pec-

H 5

cato-

catorum quantum est ex sufficientia Sacramenti. Si tamen pœnitens ignorat, sacerdotē esse excommunicatum, & huius talis confessionis scrupulo substulit Extrauag. ad euitanda: quia etiam postquā pœnitens postea intelligat, suum confessorem fuisse excommunicatum, quando eum audiuit & absoluit, reiterare non debet confessionē. Insuper addo, quod & si sciat eū, qui est suus curatus, esse excommunicatum certissimē, tamen non est notorius neq; denunciatus, potest illi sine peccato nouo confiteri, & ab illo absolutionem petere: quia prædicta Extrauag. non fuit facta in fauorem excommunicatorum, vt in ipsa dicitur, sed in fauorem aliorum quos noluit priuari communicatione secretorum, & non denunciatorum excommunicatorum: neq; voluit priuare parœcianos iure suo quod habent, vt audiantur & petant absolutionem á suo parcho. Si autem cum, qui non est meus proprius sacerdos, scio certissimē excommunicatū maiori excommunicatione, vel quia complex fui in peccato, vel quia mihi manifestum est illud fecisse, cui annexa est excommunicatio maior, tunc cum non habeam ius ad petendum á tali absolutionē, neq; ad cogendum vt me audiat, peccarem mort. illi confitendo: & ab eo quem mihi constat iurisdictione priuatū, petendo absolutionem: & si non desisto á petenda, non displicet mihi huius peccati, & sic per consequens non absoluo, quia dolor deficit, & adest voluntas peccati, & perseuerantiæ in illo: secus autem esset, si semper feré cōsueui isti confiteri, quem per priuilegium elegi, vel est datus mihi á superiore, loco proprij, & aliqualis nota ex mutatione cō-

fessoris

fessoris timetur, & quodlibet scandalum: quia tunc tali confiteri possum, & ille me absolueret: quia ille Ecclesiæ iudicio exteriori non est redditus ineligibilis, & prædicta Extrauagan. talibus reddit iurisdictionem, in ratione secuturi scandali, ex contrario: & propter illa vitanda reddit meam, cum tali secreto excommunicato, omnimodam licitam, & communicationē. Vnde demum liquet, absolutionem extra mortis articulum, ab excommunicato denunciato, esse in validam, vt pote ab eo qui per Ecclesiæ sententiam iustam, vel iniustam, declaratus est iurisdictionem non habere.

§. XIII.

OMNIS Autem absolutio ab excommunicato data, qui seputabat non excommunicatum, vel inuincibiliter ignorabat, vel quæ ab excommunicato data est ei pœnitenti, qui inuincibiliter ignorabat confessorem esse excommunicatum, vel quā recepit excommunicatus, inuincibiliter ignorans se excommunicatū esse: est valida: quia mater pietissima Ecclesia, in casu inculpabilis ignorantie, vel obliuionis, vel naturalis inaduertentiæ, neminem intendit iurisdictione priuare, vel absolutione incapem reddere. Et adeo est hæc in hac materia doctrina á nobis tradita vera, vt prædicti Doctores æquis oculis considerantes, in alijs occasionibus, & propositis (vt notabimus) fateatur inuiti. Solum hic obiter aduertam (neq; enim silere conscientia finit) quod omni veritate caret, quod frater Barth. Med. dicit hic in sua summula, quod quia Christus Redemptor noster, non determinauit materiam matrimonij, & pœnitentiæ Sacramentorum, ideo

de ho-

de horum materia, Ecclesia statuere, & mutare potuit aliqua hoc Theologia non solum negat, sed & abhorret: imo Conc. Ferrar. & Floren. sicuti hæc duo Sacramenta decernit á Christo Redempt. nostro instituta: eodem tenore decernit, materiã pœnitentiæ Sacramenti remotam, esse peccata mortalia & proximam, esse actus pœnitentis, contritionem, confessionem, satisfactionem: ergo hæc Ecclesia nihil statuere potest, & peccata venialia decernit materiam esse sufficientem: & Conc. Trid. sess. 7. Can. 1. anathemate percutit eos, qui dixerint septem Sacramenta á Christo Redempt. nostro instituta: Sacramenta autem, & materiam & formam dicunt: ergo secundum se tota est de fide instituta fuisse á Christo: & per consequens, & secundum materiam, & secundum formam: ut optimè in hoc Nauar. sed cum Ecclesia, & si mater domina sit contractum, & personarum, filiorum, legislatrixq;. Cõditiones potuit apponere & apposuit personis, ad contractandum, & solemnitates quasdam præmissas: quæ si non feruentur, inhabilitare potest personas ad aliter contractandum: & sic secus contractum matrimoniale non faciunt: & hoc non est tangere materiam: & hæc fuit illa Concilij, per Spiritum Sanctum, metaphysica, ad obuianda matrimonia clandestina.

§. XIII.

AD Materiam præcipuam redeuntes, á qua digressionem facere coacti sumus, dicimus, quæcumq; etiam denuntiatur, & quomodo cumq; excommunicatur, suspensum, interdictum, irregularè, depositum, degradatum, dummodo nõ sit hæreticus, in mortis articulo absoluerè potest á quacumq; censura, etiã

coenæ

coenæ Domini, si alius legitimus sacerdos nõ adest, excipimus autem hæreticum: quia credimus, quod etiam communicatio cum illo in mortis articulo est sub peccato mort. vetita ab Ecclesia, ob eximiũ periculum: quod patet, quia cum Ecclesia in omnibus suis excommunicationibus referuat Papæ, & in omnibus suis suspensionibus, & censuris, temper excipiat mortis articulum: tamen cum hæreticum iurisdictione priuat, nullum exceptat articulum, neq; occasionem, neq; casum, sed in omni euentu iudicat vitandum: patet, de confer. d. 4. capit. aliud est, vsq; ad cap. ab antiqua: vbi baptisma receptum ab hæretico, ob maximam illius Sacramenti necessitatem, absolutè dicitur recipi posse: si Catholicus nõ adest: & quomodo cumq; dum forma feruetur & intentio, receptum esse validum & non iterandum: at de pœnit. nihil talè casu aliquo, imo expresse contrarium: vt liquet in dictione, ex cap. propter hoc. 32. d. & 1. q. 1. c. quicumq; & cap. presbyter. & (vti diximus) tota. d. 4. de consecra. in hoc versatur statuendo, quæ valeant ab hæretico facta, silendo semper ministerium pœnitentiæ Sacramenti: & imo á contrario silentio decernendo nõ esse validam absolutionem ab hæretico sacerdote, casu villo datã: imo argument. legis desumi potest, (quod á minori á dialecticis, dicitur) & erit euidentis iniuriam peritia: quia capit. si quis. & capit. Hermenegildus. 24. d. laudatur noster Rex, & Mart. ex eo quod non est passus, communionem verè sacram Eucharistiæ, de manu Arriani Episcopi suscipere, cum ibi nullus erat iurisdictionis actus necessarius: ergo minus licebit in quocumq; euentu absolutionem hæretici

retici (qui nullam & in casu nullo iurisdictionem habet) recipere. Nam vis huius evidentis argumenti, hæc est, quod in hæretico verè remanet (si sacerdos est) ordinis potestas, quæ dicitur super corpus Christi verum: & sic vere consecrat, & verâ Eucharistiam conficit & administrat: tantum amittitur omnes supra Corpus Christi mysticum potestas, & iurisdictione omnis, in quocumq; casu, etiam interpretatiua: quæ (quoad alios excommunicatos ob alias causas) diximus remanere pro mortis articulo: quia semper hæretici sunt periculosissimi, & timendi: & maximè in extremis huius sententiæ est Syluest. verbo, confess. I. §. 10. Palud. & Soto, vbi supra.

§. XV.

NON Potest excommunicatus maiori, aliquâ proferre sententiam validam, etiam in mere secularibus causis, etiam minimis: & tabellio excommunicatus maiori, nullum potest conficere fidele, & authenticum instrument. Sed ambo mortaliter peccarent id attentantes, si sint publici & denunciati: quia talibus actibus sunt priuati ab Ecclesia: si tamen sunt secreti excommunicati, omnes actus eorum externi sunt validi, per supra allatæ Extrauagantis decretum. Ad euitanda. Tamen qui talia secreto excommunicati facerent, ante absolutionem secretam, ab excommunicatione, si sibi possibilis est moraliter facile: peccarent mortaliter: quia prædicta Extrauagans, in nullo adiuuauit excommunicatos, quoad sua mala: sed validauit facta, quoad externum forum, & non priuat cõmunicatione cum illis: vti iam supra sæpè diximus.

VIDEN-

§. XVIII.

VIDENDVM Modo est, quis possit excommunicare. Dicimus primò, summus Pont. potest in omnes baptizatos sententiam excommunicationis ferre: nullum autem non baptizatum etiam catechumenum: quia cum baptisma ianua Ecclesiæ sit: qui illud non susceperint, Ecclesiam non intrant: ergo neq; ab illa in qua non sunt præscindi, aut eijci possunt: iuxta illud Paul. I. Corint. 5. Quid ad nos de his quæ foris sunt iudicare? Sed Christianum cuiuscumque dignitatis, etiam supremæ Imperialis (quod vtinam de facto non ostendissent tot exempla, verum) Fredericorum, & Henriquorum. Hæreticos autem etiam, si Apostatauerint iam, quia tantum Christianam fidem, & Ecclesiæ obedientiam in Baptismo professi sunt solenniter, iuste excommunicantur ab Ecclesia: neq; potest Excommunicare eos, qui sunt extra hunc mundum & vitam: nam illi qui in inferno detrusi sunt, fatis excommunicati sunt à Deo iustissimo, anathemato sempiterno: & minus beatos, qui supremè, & ineffabiliter communicant cum Deo, & sanctis in beatitudine: neq; eos qui in Purgatorio sunt, cū ad illos non se extendat Pontificia, neq; vlla humana iurisdictione: & stultum est ridiculū, quod ab aliquibus rusticis est receptissimū, scilicet, excomunicari locustā, brucū, aut muscas: istæ enim incapacia communicationis, & per cõsequens excomunicationis sunt, sed quæsdã Ecclesiæ sanctæ orationes, & supplicationes: cū admixtæ sint quibusdã adiurationibus & execrationib' cõtra dẽmones: Dei sui & nostri cõfirmatos inimicos, quãdo istæc permittete Deo ipsi eorum.

eorum (qui eximio nos homines Christianos odio profecuntur) medium proueniunt: has vocant excommunicationes rultici. Potest, & legatus summi Pont. excommunicare omnes de limite suæ legatiae: & idem potest subdelegatus legati: quia talis Papæ legatus, subdelegare iure potest: possunt & Episcopi omnes sibi subditos: & Abbates, & alij ordinarij, qui ultra forum internum confessionis habent, ius fori exterioris Ecclesiastici, in suos, & quasi Episcopalem iurisdictionem: quæ exponitur cap. Abbates. de priuil. in. 6. cum sua glossa. Hæc doctrina supra posita, definitur cap. transmissam. & cap. suffraganei. de electione. & cap. cum ab Ecclesiarum. de officio ordinarij. & cap. cum Ecclesia. de maiorit. & obedientia.

§. XVII.

TAMEN Subijs non includuntur Guardiani minorum, qui iure ordinario hoc non habent, neq; aliarum religionum prælati, quarum statutis hoc iure priuati sunt, & solis prouincialibus hæc iurisdictione relinquitur: similiter neq; sacerdotes parochiales siue curati excommunicare non possunt, neque ordinariorum nomine veniunt intelligendi, iuxta citata iura: quamuis in aliquibus diocæsis nostræ Hispaniæ, præcipuè in Auriensi Galetia, Abbates impropriissimè nominentur, quæ prohibere debent Episcopi: imo Cantabri omnes clericos Abbates vocant: sed hoc est confundere voces, quibus Ecclesia sancta vsa est ab antiquo: & quamuis Nauarr. consentiat nobiscum: imo cum omni schola Doctorum vniuersalis Ecclesiæ distributione, quod curati excommunicare non possint: tatum affirmat po-

• tuisse

tuisse curatos præscripsisse in hoc, si ab antiquo illud fecissent, quod nõ existimo verum: non enim potuisset talis consuetudo fundari, nisi in mala fide corruptelæ, & vsurpationis: & maximè post Conc. Trid. ses. 25. cap. 3. de reform. vbi tales consuetudines corruptelæ declaratur fuisse, vt alij propter prælatos ordinarios vtriusq; fori excommunicarent: vnde damnandus est maximè abusus, & detestabilis ignorantia in Montanis, quod parochi inter Misfarum solemnia excommunicant ad petitionem cuiuscumq; mulierculæ, cui deficit vile pannum, aut galina, vel aliud tale, & ultra quod talis nõ est censura, neq; ligat, curatus peccat mort. Hoc multoties reprehendimus in Regno Galetia, commorantes, gratias Deo, si in aliquo profecimus: & medijs nostris emendatum fuit aliquantulum.

§. XVIII.

POTEST & Conc. Generale, omnes Christianos huius seculi, cuiuscumq; dignitatis sint (dempta persona summi Pont.) si autoritate Papæ congregatum est, & in eius obedientia durat, excommunicare. Possunt & concilia nationis vnus, & etiam prouincialia legitima omnes de sua prouincia Christianos excommunicare. Potest quodlibet capitulum Cathedralis Ecclesiæ, sede vacante, excommunicare omnes de diocæsi: quod facere tenetur, eligentes vnum, aut duos iudices: vt liquet cap. cum olim. de maior. & obedientia. Possunt & conciliorum dictorum legati id facere: imo & delegati legatorum, etiam Papæ & Episcoporum: si tamen in legationis literis sit clausula siue facultas, subdelegandi hanc potestatem.

I NON

§. XIX.

NON Tamen potest Episcopus, vel alius ordinarius iudex etiam suum subditum in aliena diœcesi excommunicare consistentem, vel consistens ipse, nisi ob peccatum in diœcesi propria commissum: ita quod si Episcopus excommunicaret fures sacrilegos, ipso facto ligat sententia sacrilegum furem, illius diœcesis: etiam si quando profertur sit extra diœcesim suam talis sacrilegus fur, & quod Canonistæ adducunt, quod potest Episcopus excommunicare suos, etiam si sit extra diœcesim suam, dummodo sit in loco vicino suæ diœcesi: ex Clem. i. de foro competenti. Solum habere verum inuenimus, in casu eiusdem Clementinæ, scilicet, quando Episcopus vi expulsus est à propria diœcesi & sede: quia in euentu, si in illa non habet tutum locum, potest in viciniore alieno, vel in tuto, tribunal suum statuere, & ius dicere, hoc concedente Ecclesia in tali miserabili casu: & tunc tantum contra eiectores, & consiliatores, & auxiliares eorum, & quoad hoc non eget licentia Episcopi loci, cum habeat à Concilio Generali Vienenfi, & à summo pastore Pont. Max. Neq; crediderim, quod Nauarr. Doctissimus Canonista doceat Manual. cap. 27. num. 6. ad hoc diœcesis in licentiam loci, prærequiri: quia iam nihil dedisset Pap. & Conc. citata Clementina, & quo adducit Nauarr. cap. Episcopu. 9. q. 2. debet intelligi esse vetitum, ne vnus Episcopus irruat in alienam diœcesim, vsurpando iurisdictionem, quoad alias causas, dempta hac in qua ius nouissimum limitat antiquius, scilicet extra processum contra iniuriantes, & eicientes.

LAI-

§. XX.

LAI CVS Merus, id est, qui primam tonsuram non habeat, excommunicare non potest: sed existimo posse ex solius summi Pont. commissione speciali ad hoc, quia ad hoc extenditur plenitudo potestatis Papæ. Potest tamen laicus aliorum prelatorum sententias excommunicationis denunciare, & intimare, eorum commendatione & mandato: mulier non potest excommunicare, etiam ex commissione summi Pont. ob incapacitatem subiecti ad iurisdictionem spiritualem, iure diuino & naturali. Imo neq; aliquod præceptum mulier ponere potest, quod liget, in quantum spirituale vinculum: vt decernitur cap. noua. de pœnit. & remiss. Quod maximè dolent matres Abbatissæ, quæ maximè affectant, non solum Episcoporum & Abbatum, sed & summi Pont. authoritatem. Et maximè mirati sumus audientes, non sine dolore, quod aliqui monialium commiserint Abbatissis, vt subditas excommunicarent, & præcepta imponerent, superiores, & quæ incapax diuino, & naturali iure est, propriæ spiritualis iurisdictionis, quomodo capax erit recipiendæ alienæ? Et factum non tenere diximus & dicimus, & tales committentes mortaliter peccasse, neq; scire prædictos: quod S. Tho. in Theol. neq; quod Abbas Pan. vel Ioa. Andreas in iure Canonico: ignoscat Deus, & nulla ignorantia tales excusare potest. Poterunt tantum prelati dicere Abbatissis, Hoc & hoc vetamus in virtute sanctæ obedientiæ, vel sub excommunicatione ipso facto incurreda: hoc notifica monialibus, & tunc sententia est pastoris, & tenet. Nemo seipsum excommunicare potest, vt docet omnes cum S. Th. Theol. in 4. d. 18. q. 2.

I 2 ad 2.

ad. 2. & iuris periti omnes super leg. qui iurisdictioni, digestis, de iurisdictione omnium iudicum. Et sic qui excommunicationis sententiam, proferret prælati contra omnes tale vel tale crimen perpetrans: & si idem, illud crimen perpetraverit, ob quod excommunicatio lata est ab ipso, illam minime incurrit ipse qui tulit. Idem dicimus, quando Episcopus alterius Episcopi, vel etiam omnis non subditus, qui aliquis super aliquod crimen futurum, prælati pronuntiat vel notificat sententiam excommunicationis, quod ille illam non incurrit: & si peccatum ob quod lata est admittat, quia talis non est pastoris sententia, neque ex hoc quod illam notificat eius subditus fit: & nescio qua ratione Nauarr. contrarium affirmare audeat, vel quo fundamento, cum par in par, neque in exemptum iurisdictionem exercere non posse, sit tonsoribus ipsis notum: secus autem esset, si quis Papæ aut alterius sui superioris sententiam denuntiaret, quia talis contra faciens, illam incurreret, cum ratione denuntiationis excommunicationis, non fugiat iurisdictionem.

§. XXI.

QVI Est excommunicatus, non potest subditos excommunicare, si sit notorius, vel denunciatus: secus & si excommunicatus occultus esset, sententiam subditos lata teneret, si alias non esset defectuosa: ipse autem mort. peccaret, sic ferendo sententiam ligatus ob rationem sepius repetitam: quia Extraneus; Ad euitanda, solum quoad alios reualidat, excommunicati secreti actus: quoad se autem, in nullo excommunicatis suffragatur, ut actus qui contra conscientiam erat ante ipsam, modo iustificatur in sua remanente mali-

malitia, nisi ratione scandali, vel alia secreta, vel publica urgente causa, ut id faceret, ut sepe diximus. Vnde omnis clericus vel monachus excommunicatus secreto maiori excommunicatione tenetur: poterit & debet (sicut ante) ad chorum comune cum alijs concurrere, & nihil unde (ex subtractione) scandalum oriatur, facere: vel unde timeatur manifestatio secreti criminis vel censuræ: & hoc magis inter monachos, qui magis quam canes venatici olfaciunt & rimantur secreta: & si subditus scit (uti iam diximus) prælatum suum esse excommunicatum secreto, sententia contra se lata, tenet quid quid glossa capit. audiuius. 24. q. 1. & Sylvester verbo, excommunicatio. 2. §. 1. & frater Iosep. Angles Franciscanus, de excommunicatione, dubio. 4. florum, absque fundamento dicant, cum post prædictam Extraneam, Ad euitanda, secretus excommunicatus fori exterioris iurisdictione non sit priuatus, uti patuit supra: & quamuis ibidem dicatur, per hanc autem constitutionem, in nullo velle releuare ipsos excommunicatos: hoc non impedit; quia quod secretorum excommunicatorum actus teneant iurisdictionis, non dedit in ipsorum leuamen, sed iuris communis, & quietationis conscientiarum aliorum, & sedationis scrupulorum: si tenuit, vel non: dicit Extraneus, teneatur omnes actus secreti excommunicati: cum in nullo talem vitandum decernat: & quod adducitur ex cap. audiuius, 24. q. 1. non est contra hoc, cum ibi Alexand. II. tantum decernat, excommunicare non posse hæreticum, cum extra Ecclesiam sit: nostra doctrina est conformis Panor. cap. ab excommunicato. & super cap. cum

dilecti. de rescriptis. & de dolo & contu. & omniū Theologorum, maximè, qui post Extrauag. prædictam scripsere, vel suas lecturas euulgarūt. Demum nullus potest excommunicare sibi non subditum, vel subiectione ordinaria, vel ex commissione superioris illius: & sic nequit Episcopus alienum diœcesanum, vel religiosum, exemptarum religionū, excommunicare: & si attentaret ultra quod factū non teneret, mortaliter peccaret: sed alienum diœcesanum posset excommunicare, ratione delicti commissi in diœcesi excommunicantis: regularem vero in nullo euentu, vt liquet ex omniū religionum Apostolica exemptione: laicus vero & mulier si excommunicarent, ultra quod, sententia nulla ipso iure esset, vt diximus: in facto tales profiterentur se Luteranæ Heresis sectatores, qui volebat spiritua-lem iurisdictionem esse apud laicos.

§. XXII.

VIDENDVM Nunc restat, quæ excommunicatio valida, & quæ inualida sit: omnis excommunicatio maior, vt pote magna & suprema Ecclesiæ: poena magnam supposuit culpam, idest, mortalem inobedientiam, præsentem vel futuram non parendi Ecclesiæ & ministris eius, iussis & præceptis iustis: nam super peccatum præteritum (in quo quis contumaciter non persistit) excommunicatio non cadit, cum inobediētia non sit. Vnde colliges, quod si ferretur sententia excommunicationis super furtum acus vel aciculæ, non est iuxta generaliter, vel specialiter lata sententia, neque valida: Imo addimus, quod excommunicatio lata super communi peccato mortali, vt puta, pro furto duorum ar-

gen-

genteorum, sententia valida esset, & ligaret: esset tamen iniusta ex parte ferentis, & peccaret mortaliter contra Concil. Trid. reformationem, ses. 23. capit. 3. vbi decernitur, quod excommunicatio re bene perspecta, & mature, & pro re non vulgari feratur: vnde reprehendi maximèq; aduertendi veniunt prælati, qui præcepta formalia, quæ nos obedientias vocamus, & excommunicationis poenam super rebus leuibus, & nimis vulgaribus imponunt, & venialibus, quæ non tenent, vt diximus: nam malè etiam id fieri, si pro vulgaribus mortalibus imponuntur. Ostendimus modo supra, quamuis talia præcepta ligent, sed tamen pro regularibus nolumus silentio præterire, quod sunt quædam quoad illos, quæ à secularibus considerata, parui momenti apparent, sed proprijs picta coloribus, nimium conducūt ad maiorum obseruantiam, & primorum votorum (quæ essentialia religionis vocantur) custodiam: talia sunt ingressus vnus in cellam siue cubiculum alterius, & secreta religionis extraneis reuelare, & alia quæ sciens & prudens omitto, quæ religionum proceres longa experientia cognouerunt ad maiora obesse: hæc sub præcepto vetari possunt: sed re diligentius considerata, & maturissimè, iuxta Concilij decretum, supra relatum, Trid. Hoc & respondimus nos, quidam Canonum primariæ cathedræ moderatori, insignis cuiusdā scholæ: qui religionū præcepta carpens, super res suo videri exiguas, postea laudauit, & sibi fecisse nos satis confessus est: totius habitæ hucusq; doctrinæ fundamentum est, quod habetur cap. nullus. & c. nemo. 11. q. 3. & sacro approbante. de sententia excommunicatio. in. 6. §. caueat.

I 4

SE-

§. XXIII.

SECVNDVM. Quod necessario prærequi-
situm est, vt excommunicatio valida sit, est, vt trina
monitio præcedat: quod præcedat monitio, iuris est
naturalis & diuini: quod autem trina, hoc iuris est
Ecclesiastici: in quo pia mater Ecclesia suam & spõ-
si sui agni, ostendit lenitatem & mansuetudinem: &
ex ipso iure Ecclesiastico, si hæc trina monitio non
præcedat, inualida excommunicatio redditur: quia
supponit (vt dictum est) contumaciam, iuxta illud
Christi Redemp. nostri Matth. 18. Si Ecclesiam non
audierit, sit tibi sicuti Ethnicus & publicanus. At
eademmet Ecclesia, designauit has tres monitiones,
ad sui auditum, & furditatis contumacis probatio-
nem, & secus contumax non reputatur: vt decerni-
tur dicto cap. sacro aprob. & cap. statuimus. de sen-
tèn. excommunicat. in. 6. Tamen quando in mora
periculum est (eadem Ecclesia decernente) sufficit
vna monitio pro tribus: & sic in religionibus,
quoad suas censuras, numquam hanc solennitatem
seruarunt superiores: & in hoc iam perscripserunt
tacitè approbantibus summis Pont. Tū, quia in re-
ligionibus periculum esset morę trine monitionis:
nam cum in illis præcipuè vigere debeat obedien-
tia, quælibet inobedientia contumacia computa-
tur, & quia semper in illis proceditur sine iudicij
strepitu, & solennitatibus accidentarijs: vtinam
non fiat aliquando sub hoc vallamine, sine substan-
tialibus. Et insuper, quia quando delictum & contu-
macia notoria est, Canonica monitio trina necessa-
ria non est: iuxta glossam cap. manifestam. leg. pec-
catum. & in religionibus semper super manifesta
delicta

delicta proceditur: & idem glossa cap. statuimus. su-
pracitati. Et tenet hanc doctrinam Palud. & Duran.
in. 4. d. 18. neq; propter hoc religionum superiores
excusantur à diligenti & matura consideratione,
in processu censurarum; imo magis obligantur ad
seruandum iuris rigorem, & prudentem cautelam
in sibi & ordinis possibili modo procedendi, & vt
benigniores erga suos subditos mille titulis filios,
erga quos pietiores patres se ostendere debent
quam seculares: vt Nauarro pius dicit Man. Latinæ
cap. 27. num. 8. Insuper, quando per sententiam, quæ
lata dicitur, quis excommunicatur, scilicet, quan-
do statuto iuris vel hominis dicitur, quod qui hoc,
vel hoc fecerit, ipso facto sit excommunicatus, sta-
tim fracto præcepto, & admissio in re, quod prohibe-
tur, vel non facto quod fieri iubetur, sub excommu-
nicationis ipso facto pœna incurrenda, absq; alia
monitione vel termino, incurritur: statuto, vel man-
dato pro sufficente tunc monitione & termino de-
seruiente.

§. XXIII.

TER TIA Essentialis conditio excommuni-
cationis, ex sancto & pio Ecclesiæ statuto est, quod
feratur ab habente iurisdictionem, quod iuris diui-
ni est, & naturalis, secus sententia non pastoris erit,
neq; ligare potentis: est igitur etiã nulla illa ex-
communicatio, quæ fertur ab aliquo iudice, contra
communicantes cum excommunicatis ab ipso: quia
deficit conditio denunciationis, siue monitionis
Canonice, & competentis termini: vt est decretum
cap. præsentis. & cap. constitutionem. de sententia
excommunicationis.

§. XXV.

QVARTA Essentialis conditio ex solo statuto Ecclesiæ excommunicationis (vt valida sit) est, vt excommunicans procedat, & sententiam proferat scripto, nisi vbi necessitas vel consuetudo, quæ est vera legum interpret, contrarium dictauerint. Nam cum hæc cōditio sit mere iuris humani, contra illam consuetudo præscriptionem ingerit, & sic in religionibus numquam obseruata fuit hæc conditio, neq; ibi commode potuit, vel potest: sed fat est, verbo proferatur, & tenet, vt docet Nauar. Man. cap. 27. num. 9. docuit & Gabriel, in. 4. d. 18. q. 2. artic. 7. Reliqui autem seculares prælati, siue Vicarij, si sententiam excommunicationis sine scripto proferunt, sunt ipso facto suspensi (vltra quod sententia non tenet) & suspensione vnus mensis: & sicut per eundem mensem, & priuantur ingressu Ecclesiæ: ita quod si intra illum mensem celebrent, fiunt irregulares: vt decernitur cap. 1. de sententia & re iudicata. in. 6. & dictis cap. præsent. & cap. constitutionem. supracitatis: sed hæc pœna Episcopos non tangit, & si peccarent mort. & sententia non teneret, quia illos capita prædicta non nominat specialiter: quod fieri necessarium in iure Canonico est, cum pœna censuræ in aliqua cōstitutione ponitur: vt decernitur cap. quia periculosum. de sententia, & re iud. in. 6. neq; ad excōmunicationē ferendā, ex diuino vel Ecclesiastico iure, sunt aliqua verba determinata, sed sufficiūt quæcūq; quibus prælatus significet se sententia liter aliquē a cōfortio fideiū separare, & a cōmunionē aliorū in præsentī, vel pro futuro segregare, vt cōmuniter docēt theologi omnes & iurisperiti.

A D-

ADVERTE Tamen, quod si prælatus aliquid iubeat fieri iuste, vel non fieri, prohibeat sub excommunicatione, si non addat latæ sententiæ, vel ipso facto incurrendæ, vel simile aliud, quo significet, quod contrarium faciens, absq; alia noua sententia, excommunicationem incurrat eo ipso, quod inobediens sit: non remanet inobediens excommunicatus, quamuis mortaliter peccet: quia tunc tantum dicitur excommunicatio ferenda, quasi dicas, est comminatio, quod secus faciens excommunicabitur: non tamen quod excommunicatus sit eo ipso: & sic talis & si celebret, irregularis non fit, quia non celebraret excommunicatus.

§. XXVI.

DE MV M Omnis illa excommunicatio iniusta est, & inualida: quæ intolerabilem errorem continet, id est, sub qua: vel malum iubetur etiam veniale, vt dicere etiam iocosum mendacium: vel prohibetur aliquod bonum, vt qua iubetur reuelari, quod secretum in illo foro est, id est, de eo de quo nō præcessit infamia, vel semiplena contra eum probatio. Sed ne decipiariis, eo quod diximus, non valere sententiam qua bona prohibentur: intelligitur de bonis quæ vere, & realiter sunt bona: non autem quæ tantum bona facientibus apparent, quæ ex aliquibus circumstantijs mala sunt, & si boni habeant speciem: & sic recte summus Pont. vetat sub excōmunicatione valida, peregrinationem Hierosolymitanam, quæ fit sine licentia & benedictione summi Pont. qui est ire ad certam mortem inter Barbaros, sine vtilitate aliqua proximorū, nisi fiat cōlicentia & obedientiæ subiectione. Possunt & religioni præla-

prælati vetare sub excommunicationis pœna validæ: indiscreta flagella, & bestialia ieiunia suorum impotentium subditorum. An autem quando sententia excommunicationis lata est iniusta: quia contra innocentem & innocenter datur (nam non inuenio casum alium validæ & iniustæ excommunicationis) sit ligans, & effectum suum fortiat. Caiet. talem excommunicationem analogicè vocat talem, tract. 10. de effectu excommunicati. q. 2. quasi dicat, solum in publico ligare, & in foro exteriori: & talem in publico dicit se gerere debere vt excommunicatum & non celebrare: & si celebret, tractare se debere vt irregularem: tamen etiam si iudex iuxta allegata & probata ritè processerit, quoad Deum, dicit talem non esse excommunicatum, neq; quoad forum interius: & etiam si talis celebraret non fieret verè irregularis, neq; peccaret non, se, vt excommunicatum tractans, in loco, & coram personis vbi & quibus de eius innocentia constaret, vel vbi ignoraretur, sententiam latam excommunicationis contra ipsum, & vbi scandalum non esset: idè quod Caiet. sentit Adrian. quodlibeto. 6. & iniuste à Nauarro Caietanus reprehenditur, quod improprie analogicè dixerit talem excommunicationem vocari: quia idem voluit Caiet. atq; si diceret large talem dici excommunicationem, id est, solum in foro exteriori obligantem, & ratione scandali pusillorù: tamen vbi hæc cessant, non ligat: & sic etiam Victoria iniuste hanc doctrinam contradicit, dub. 336. neq; iura ab ipsis allata amplius probant, quam quod gratis eis cum Caiet. concedimus, scilicet, quod talis tenetur parere Ecclesiæ, quoad exteriora: quia Eccle-

Ecclesia, de talis, occulta innocentia, non iudicat: & hoc voluit sanctissimus Papa Greg. Homil. 26. & Urbanus Papa, relatus. 11. quæst. 3. c. quibus. Imo hanc Caiet. doctrinam, & nostram sententiam habemus expressam dict. 11. dist. cap. quomodo sacerdos. & cap. ridiculum. quæ sunt ex Hieronymo, & August. desumpta: & vellemus, quod illa perpendissent Victoria & Nauarro: confidimus enim, quod mutassent sententiam, & consentissent Caietano. Imo est expressa S. Tho. doctrina. 22. q. 70. art. 4. ad. 2. cum dicat iniustū iudiciū nō esse iudiciū verè. & c. cui est. d. 11. citatq; decernitur, neminè, quoad Deū, grauare posse iniustam sententiam: & quoniam adducunt illud commune ex S. Gregor. proloquium, quod pastoris etiam iniusta sententia, est timenda: hoc axioma explicatum fuit octaua Synodo generali, quæ relata est capit. non solum. 11. q. 3. scilicet, quod, quando non subest crimen, ob quod lata est, exterius, seruanda est, & timendum interius, ne iam quod ob illud non sit per merita, esset iuste lata ob alia secreta, si scirentur. Demum nos eadem ratione ad hoc persuadendum alijs hanc doctrinam sine dubio vtemur qua, & fatemur nos conuictos, si prælatus non iuste neq; bene absoluens reum, nihil facit, vt omnes fatentur, & ligatū & non solutū relinquit quoad Deū: quare iniuste ligans, quoad forū interius, & quoad Deū, concedā, quod aliquid faciet?

§. XXVII.

EX Quo colliges magis reprehendendum venire. Dur. in. 4. d. 18. q. 4. qui (quasi iniustitiā inueniens apud Deū) affirmat, quod tali sententia etiam iniusta priuatur homo suffragijs generalibus, & Ecclesiæ fru-

siæ frustibus, quoad animam, quasi Deus vt homo iudicaret in facie, & damnaret vt carneus iudex in fontem, reclamante per diuinam scripturam Spirit. Sancto. & in hoc omnes Durand. contradicunt: nã & si Ricard. d. 16. art. 6. q. 2. & Palud. d. 18. q. 1. art. 1. & Alex. Alen. l. 4. p. q. 82. fenserint, quod ex Victor. & Nauarr. supra retullimus. Hoc autè quod Durand. dicit, quoad Deum, omnes enixè negat & tenaciter, vt & negandum est. Addimus nos, quod talis sic iniuste excommunicatus, tenetur sub mortali appellare intra competentem terminum, vel aliud remedium quærere, vt absoluator; quoad exterius forû: non eo quod quoad Deum excommunicatus sit, sed propter pusillorum scandalû. Omnis ignorans inuincibiliter (iuris, vel facti ignorantia) se esse excommunicatum, vel excommunicationem incurere, illam non incurrit. Et vt terminos intelligant omnes. Ignorantia facti illa dicitur, quando ignoro factum quod perpetro esse subiectum excommunicationi, furtum, verbi gratia: vel quando eum què percutio ignoro clericum esse, & si sciam percussorem clericum excommunicatum, quod est exemplum cap. si vero, el. 2. de sententia excommunicatio. vbi & decernitur hæc doctrina: idem dicimus, quoad ignorantia iuris laborantem, id est, cum qui ignorat legem, aut præceptum superioris, cum sententia excommunicationis lata: quamuis Scotus, què secuntur eius scholæ, sectatores, distinguat. in. 4. d. 60. q. 8. scilicet, quod si illud quod sub sententia excommunicationis est prohibitum, aliàs erat de se malum, & vetitum diuina vel naturali lege, & de se est malum mortaliter, & postea addita est illi actui sententia ex-

tiæ excommunicationis à iure, vel ab homine, tunc dicunt, quod qui tale peccatum committit, etiam si ius ignoret, vel superioris præceptum, sententiã excommunicationis ipso facto imponentes, illam tamen incurrit quantumuis huius ignorãtia iuris sit inuincibilis. Si autem illud quod facit aliàs nõ erat de se malum, & ideo diuina vel humana lege prohibitum, ignorans sub excommunicatione esse vetitum, quamuis sciret vetitum, excommunicationem non incurrit. Sed re bene perspecta, non est maior ratio vnius, quàm alterius: nam excommunicatio contumaciæ & inobedienciæ poena est, & non inobedienciæ, quæ est contra Deum, immediatè, & est generalis omnibus peccatis, sed illius quæ est contra Ecclesiæ præcepta, iuxta illud: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus: ergo qui furatur aliquid sacrum, vel sacrum ignorans, vel ignorans à iure furto sacrilego, à prælato esse latam excommunicationem: non est nouè contumax, vel inobediens: & per consequens non est excommunicatus. Communis est doctrina hæc nostra, iuris peritorum, super cap. à nobis. & cap. animarum. de constitut. in. 6. & Ioannes Andreas, eximie, ibi probat & tenet, Adr. q. 3. de Clauibus. Sylu. verbo, excommunicatio. 3. §. 10. & ferè omnes iuniores Thomistæ.

§. XXVIII.

SED Aduertendum est, quod multo plura requiruntur ad hoc, quod ignorantia iuris sit inuincibilis; & non lata culpæ (vt dicunt iurisperiti) quàm ignorantia facti. Nam si quis habens dubium, & timorem, quod aliquid sub excommunicatione lata

lata sententiæ vetitum est. Si sub hoc dubio, & timore illud committit illam sine dubio incurrerit: si lata est in rei veritate, iuxta illud, Qui amat periculum, peribit in illo: si autem non est in rei veritate lata talis sententia super tale opus, non incurritur excommunicationem: quia stultum esset dicere, quem, excommunicationem, quæ neq; à iure, vel ab homine lata est incurrere, ex hoc quod ipse timet, vel imaginatur incurrere illam, cum deficiat potestas ligatis prælati.

§. XXIX.

SUNT Autem aliquæ excommunicationes iuris, sic antiquæ, & omnium ore quasi decantatæ, vt in talibus nulla potest ignorantia excusans inueniri, vt est illa de percussione clerici, quamuis irrepsit quædam rusticis, non minus rusticana doctrina: quod dummodo in tonsura, siue corona illum non percussant, excommunicationem non incurrunt: sed hæc stulta doctrina siue ignorantia, non excusat: de quo interest parochos monere & veritatem docere, si alijs omnibus suorum corporum partibus, volunt consulere. Omnia quæ de excommunicatione diximus, suo modo & proportionaliter de irregularitate, quam quis incurrit ob celebrationem in maiori excommunicatione intellige esse dicta.

Capitulum decimum, de minori excommunicatione & suspensione.

§. I.



EXCOMMUNICATIO Minor est quædam Ecclesiastica poena, qua fidelis priuatur communicatione pasciua Sacramento-

mentorum, hoc est, ne possit Sacramenta recipere, & sic neq; Missam facere potest: sic excommunicatus sub mort. cum sit, Eucharistiam recipere potest: tamen excommunicatus minori Sacramenta alijs ministrare: tamen si celebret, vel quodlibet aliud Sacramentum recipiat, licet mortaliter peccet: quia non excusatur inobedientia, siue contemptus: non tamen fit irregularis, vt decernitur cap. si celebret. de cleri. excom. ministr. Hæc excommunicatio minor bene potest esse ab homine, vt si prælatus aliquid sub poena excommunicationis minoris, lata sententiæ aliquid iuberet, vel vetaret, tamen tunc supponi debent inobedientiæ saltim veniales: sed tales sententiæ non sunt hodie in vsu: & minus sunt iam in vsu octo ille iuris excommunicationes minores, quas refert Innocen. super cap. i. de sententiæ excommunicationis. Et sic omnibus illis non vsu, inueteratis solum remanet excommunicationis vnus modus minoris, qui incurritur, communicando cum excommunicato maiori excommunicatione & denunciato: & hæc incurritur, tum ob communicationem in Sacramentorum participationem, cum talibus, & in diuinis, quæ est mort. peccatum, quam ob communicationem in minoribus, colloquendo conuiuendo, &c. quæ est peccatum tantum veniale, contumaciæq; venialis, per communicationem in diuinis qua mort. peccatur: intelligimus diuina per agere præsentem excommunicato, etiã si transeat per Ecclesiam, dum transit, cessare debet, sed non sub mort. dummodo sit transitus continuus absq; detentione vel genuflexione: quia iam esset excommunicatum assistere officio diuino: tenetur & celebrantes cessare

fare, etiam si canonem cœperint, quid quid in his duobus casibus Nauarro dicat: secus autem si consecratio specierum facta esset, nam tunc non teneatur sacerdos cessare: quia reuerentia Eucharistiæ est iuris diuini: quod præponderat tunc iuri positivo Ecclesiastico, & sic consumi deberent species, etiam præfente excommunicato maiori, & denunciato, ob reuerentiam Eucharistiæ, & deuitanda pericula indecentiæ: neq; solum communicare in diuinis laudibus dicitur, qui simul cantat, sed & qui personaliter assilet. Tamen qui communicaret in sacris modo exposito cum excommunicato à summo Pont. & denunciato, vltra quod mortaliter peccaret, sicut dictum est, in communicantibus in talibus cum quocumq; maiori excommunicatione ligato & denunciato, à quocumq; superiore: tamen hoc habet speciale quod incurrit excommunicationem maiorem: communicare autem in alijs actibus ciuilibus cum excommunicato maiori, & denunciato, solum est veniale, & minor excommunicatio incurritur: tamen neq; venialiter peccatur; neq; minor excommunicatio incurritur, communicando cum illo: in omnibus casibus à Canonibus & Summis inclusis illo versiculo: *vile, lex, humile, res ignorata, necesse*: scilicet, loqui ob aliquod negotium, circa commodum spirituale, vel temporale, vt si medicus, vel chirurgus consilium curationis ab illo petere, & si iurisperito, consilium quoad lites inquirere, vel consilium quoad res animæ, si Theologus est, vel si necessitatem & indigentiam, quis patitur, & diues à quo commodatum quæro est excommunicatus, vel quia ego consilium ex-

commu-

communicato de salubre, vt Ecclesiæ pareat, quia debitum peto si debet: item per legem intelligitur vinculum matrimonij, & sic vxor licite loqui potest & debet cum excommunicato marito, & petere & reddere debitum: filius etiam cum excommunicatis patribus loqui potest, & e contra lege paternitatis, & filiationis etiam si excommunicatio lata sit à summo Pont. & hoc non solum tenet verum in filijs sub cura & gubernatione parentum, vt quidam voluerunt, sed de filijs in quocumq; statu: nam pietissima mater Ecclesia obsequium filiorum, quod iuris naturalis, neq; communicationem amoris paterni aliquo casu vetuit, nisi in casu dogmationis erroris in fide: quia tunc talis qui filio persuadere vellet errorem contra veri patris Dei, à quo omnis paternitas est fidem, non pater, sed peremptor esset, per humile intelligunt seruos, & famulos posse colloqui cum suis heris, & dominis, & obedire in alijs licitis: & qui commoditatem quærit famulandi, & inuenit ingressum in domo ad seruitium excommunicati maioris denunciati, ingredi poterit sine scrupulo, quid quid aliqui cum Nauarro dixerint, per particulam, vtile, quæ cuiq; communicare cum excommunicato diximus, ob vtilitatem temporalem, & per consequens locari ab illo stipendio ad opera eius facienda: omnis qui ignorat aliquem esse excommunicatum denunciatum, neq; peccat comunicando cū illo neq; incurrit minorem excommunicationem, dummodo ignorantia non esset culpabilis, neq; excommunicatum aliqua lege obligatum inuenimus, vt se dicat excommunicatum ei qui ignorat: imo contra legem

K 2

aliqua-

aliqua natura esse credimus, ut sit suarum poenarum executor, licet bene obligamus excommunicationem denunciatum, ut ipse absteat a communicatione cum alijs etiam ignorantibus, quoad sacra. Quicumq; audiens a fidedigno Petrum esse excommunicatum denunciatum, tenetur illud vitare quousq; contrarium constet, ei, vel esse absolutum, etiam testimonio fidedigno, vel quod magis est experientia: omnes etiam alienæ diœcesis tenentur vitare excommunicatum denunciatum, in propria excommunicati diœcesi, sicut eum qui est de hac diœcesi denunciatum, tamen in alia ob crimen in alia commissum: nam eo ipso quod aliquis est a tuo iudice excommunicatus, currit diuinum ius, de illo vitando ab omnibus Christianis totius mundi, etiam non subditis excommunicatori: nam de talibus Christus R. N. dicit. Si Ecclesiam, id est, Ecclesiæ suum iudicem ordinatum non audierit, sit tibi sicuti Ethnicus, & publicanus, illud tibi quemcumque fidelem tangit.

§. II.

OMNES Possunt, & tenentur subuenire excommunicato extrema necessitate, vel prope extrema laboranti, si tamen promittat emendari a contumacia, vel appareat spes emendationis: quia ius naturæ obligat tunc. Demum dicimus nullam communicationem cum quocumq; excommunicato, quacumq; ex causa etiam hæretico extra sacra, esse de se mortale peccatum, nisi fiat actuali contemptu excommunicationis, vel excommunicatoris, & nisi adsit circumstantia periculi vel scādali, ex quibus redderetur vitiosa malitia, mortaliter.

ANAEO-

§. III.

ANAEOTHERIVS Hic moueri solet dubium (quod nos intactum relinquere nolumus) num quis vitare teneatur excommunicatum denunciatum, in sacris, etiam cum periculo vitæ? Respondet aliqui, quod non: quia pietissimæ matris Ecclesiæ præcepta (quale est de vitandis ab ipsa excommunicatis etiam in sacris) non obligant, cum periculo vitæ, ut liquet de abstinentia à carnibus, & de ieiunio, quæ non obligant, cum periculo non solum vitæ, sed & salutis: frat. Barth. Medina, in sua instructor. confess. qui hoc dicit addit, nisi adesset contemptus: & sic fatentur isti, quod si Rex, vel potens excommunicatus iuberet sacerdoti, ut coram se sacrum faceret, secus minaretur mortem, quod posset Missam coram illo dicere tuto: sed hic modus Theologizandi semper nobis visus fuit falsus, & contradictionem inuoluens: & sic dicimus, tum secundum planam veritatem & doctrinam, tum ut monstrabimus, secundum horum dicta, obligari etiam cum vitæ periculo quoscumq; tum Canonicos, tum monachos, tum etiam quoscumq; Ecclesiasticos choro assistentes & diuino officio, intrante Rege, Principe, siue potente excommunicato denunciato, cessare ab officio diuino, si interesse intendat, & denegare Sacramenta petenti, etiam si mortis minetur: quod liquet euidenter: quia isti tales in excommunicatione perseverantes, perseverant in inobedientia & contumacia: ergo in contemptu Ecclesiæ: & quod magis est, quod sic existentes, quomodo petere possunt, & se ingerere in his, quæ Ecclesia vetat tam strictè & grauissimè, communionem, scilicet, in

K 3

sacris,

facris, sine actuali Ecclesiæ contēptu & censurarū? Inimaginabile est enim, sine contemptu esse talem audaciam: ergo semper adderit contemptus. Ergo, secundum ipsius Medinæ & aliorum dictum, nunquam poterunt admitti ad sacra, etiam cum vitæ periculo interposito, ad Ecclesiæ contemptum, (quæ sponsa Christi est:) tolerare non debemus, etiam ob vitam, nisi magis illam diligimus temporalem quàm Christum, qui est vera vita nostra, & effici volumus illo indigni: iuxta illud, Qui vos spernit, me spernit. Matth. & Lucæ. 10. Vnde non comedere carnes die veneris, meri iuris est positiui Ecclesiastici, quod non obligat infirmum ad non comedere illas tali die, ad tyranni imperium, in contemptum religionis. Ecclesiasticæ, est iuris mere diuini obligantis, cum dispendio vitæ temporalis: secus negaretur iusta causa confessionis & martyrij Machabeorum, quod absolum est, & vitam terribilibus cruciatibus finiērent, ne manducarent carnem porcinam, quod mere erat iuris cæremonialis & positiui, & parui momenti, si non adest, & contemptus religionis in viuente. Imo contradicit sibi Medina (vt obiter aduertam) hic cum dicat, quod si sacerdos hominem secreto occidit, etiam si imminet periculum sui manifestationis criminis, imo & supplicij, non posse celebrare: in quo certè ius naturæ reclamans contradicit, sicut & Medina sibi met, in his duobus dictis: nam ecce, ne sit cōtemptus Ecclesiasticarum censurarum, talem sacerdotem vult abstinere á celebratione cum tali periculo vitæ, & honoris: & certè, cū contritione & confessione, si adsit confessoris copia, secus cum dolore

solo.

solo celebrare poterit, ne se inepte perdat. Nā ex argumento eius tā iuris Ecclesiastici est, quod non celebret excommunicatus, quàm quod non celebretur coram excommunicato. Quæ ergo maior vnus quàm alterius ratio?

§. IIII.

ILLE Qui est excommunicatus maiori, & denunciatus, non potest, etiam si Episcopus sit, recitare horas Canonicas cum socio, vel socijs, vel capellano, sed solus: & capellanus talis, etiā si eijciatur á feruitio Episcopi, id facere non potest: quia cum sit oratio, quæ vbicumq; fiat, fit Ecclesiæ nomine, & ab eius ministris, esset in sacris communicare. Possunt tamen duo excommunicati simul officium diuinū recitare, & colloqui: quia Ecclesia nunquam iussit excommunicatos vitare alios excommunicatos: sicut & vetus lex, non separabat leprosos ab alijs leprosis, sed á sanis: sic Ecclesia sancta, ad confusionem excommunicatorum morbidorū, sanos Christianos ab eis separat: quorum figura leprosi fuerūt, secundum sanctorum intelligentiam: cuius doctrinæ exemplum habemus, cap. Hermenegildus. Quia illi Principi nostro, constabat moriendum, nisi Eucharistiam de manu Arriani sacerdotis acciperet, & mori elegit potiùs, quàm cum excommunicato in sacris communicare: nulla excommunicatio in tertium transit, hoc est, quod qui communicat cū illo, qui communicauit cum excommunicato maiori, non incurrit excōmunionem vllā: vt habetur glossa capituli, excellentissimus. 11. q. 3. Qui autem communicat cū excōmunicato in ipso peccato, cui est annexa á iure, vel ab homine, excōmunicatio maior

K 4 ipso

ipso facto: & insuper extenditur ad adiuuandos fau-
tores, & consultores (quod dicunt Theologi & Ca-
nonistæ) communicare in crimine criminoso: sunt
excommunicati maiori excommunicatione, sicut
incurrit præcipuus agens: at si est lata sententia ex-
communicationis, contra furantes sacra, & nõ ad-
datur claufula contra adiuuantes, fautores, recepto-
res, &c. illi tales & si mortaliter peccant, vt pote ad-
iuuantes malum mort. tamen excommunicatione
non incurrunt, pro illo primo peccato latam: si ta-
men postquam hic pro primo sacrilegio furto ex-
communicationem incurrit, qui in alio simili fur-
to secundo, vel tertio adiuuaret, vel faueret, vel cõ-
fuleret, esset excommunicatus maiori: quia hoc est
in rigore, in crimine criminoso, cum excommuni-
cato iam, communicare, scilicet, in illo peccato rei-
terando, ob quod excommunicationem incurrit,
& in illa est. Vt optimè Nauarr. Man. cap. 27. nu. 26.
& si contrarium senserint Syluest. Tabiena, & Ro-
sela summæ, iuribus non bene intellectis, quæ hoc,
quod diximus discernere, est concors sensus Cano-
nistarum: nam quousq; ille, cum quo communico
sit excommunicatus, quod est primum peccatum,
non incurro excommunicationem, iuris, latã con-
tra communicantes, cum excommunicato, in cri-
mine criminoso. Imo & nos addimus, quod & si cõ-
iam excommunicato communico in alijs crimini-
bus, mille ob quæ excommunicatus non est, nullam
excommunicationem incurro maiore; nisi solum
minorem sicut ciuilitè conuersando, & filij, & fa-
muli nullam, etiam si communicent in mort. malis,
extra illud malum, ob quod est excommunicatus:
quia

quia tales ex quo á sententia Ecclesiæ exceptati sunt,
ne minorem incurrant excommunicationem, acci-
dens est, quoad hoc quod in alijs licitis vel illicitis,
cõmunicent: & quasi epilogando dicimus demum,
quod in alijs licitis & ciuilibus, eadem frequentia,
& libertate communicare, cum excommunicato
denunciato: atq; si excommunicatus nõ esset, esset
mort. peccatum ex virtuali contemptu.

§. V.

ABSOLVERE Ab excommunicatione ab-
homine lata solus regulariter potest excommunica-
tor, ita quod si quis excommunicatus est ab Episco-
po non suo: sed quia in eius diœcesi peccatum com-
misit, à proprio Episcopo absolui à iure communi
non possit: neq; sunt determinata verba, ad absolu-
tionem ab excommunicatione: sed quæcumq; ver-
ba, vel etiam nutus & signa relaxationem à censu-
ris significantia voluntatem: tamen verba statuta,
& ab Ecclesia recepta sunt sancta: & si aliud nõ im-
pediat obseruanda, si datur locus secretè pro secre-
tis, & publicè pro publicis: vt Ecclesiæ seueritas, &
magestas ostendatur in castigando & reuerentia, &
humilitas in errante, in petendo veniam, & ideo fit
cum verberatione disciplinæ, siue virgæ: sed vbi lo-
cus non datur cæremoniæ exteriores pro excommu-
nicatione secreta relinquuntur. Ab excommu-
nicatione minori potest quicumq; sacerdos, qui
á venialibus (ob quæ communiter incurritur) ab-
soluit, iure ipso diuino absolvere: quid quid Caieta-
neget: nam si secundum omnes & eundem Caietan.
si quicumq; simplex sacerdos absq; alia noua com-
missione, à quocumq; veniali absolvere potest, ob

quod excommunicatio minor incurritur: & magis est à peccato absoluere, quod culpam dicit, quàm à pœna: & venialia peccata, cum & si materia sint sufficiens pœnitentiæ Sacramenti, non tamen necessaria, neq; alicui iurisdictioni subiecta. Nam Ecclesia si semel in anno confiteri iubet proprio sacerdoti, in obseruationem diuini iuris, sed omnia tantum mortalia peccata, non vero obligat ad venialia: iuxta decretum cap. omnis vtriusque sexus. de pœnitent. & remiss. Minor autem excommunicatio nulli est reseruata, neque alicui iurisdictioni subiecta. Ergo à fortiori, ab ipsa potest quicumq; sacerdos.

§. VI.

AB Excommunicationibus à iure, quæ Papæ non sunt reseruata, possunt Episcopi & prælati absoluere: imo & curati in his, quæ nullam habent reseruationem, vel quicumque ex commissione confessor: Sed iam post iura noua, & alia priuilegia ex Concilio Trident. nulla est excommunicatio, à qua Episcopus siue proprius, & immediatus prælatus, quod forum interius absoluere non possit: vt dicemus in quarta parte huius summæ, cum de absolutione nobis erit sermo. Hoc tamen iure communi habent omnes excommunicationes Papales, quod eo ipso, quod lata sunt soli Papæ reseruatur absolutio, nisi aliud in literis dicatur: aliorum vero prælatorum sententiæ late, nisi specialiter absolutio ab ipsis sibi reseruetur à quocumq; sacerdote in interiori foro absolui potest, si fiat prius satisfactio parti læsæ, & sacerdos sit expositus, ex officio vel commissione, ad audiendas confessiones: modo

modo supra exposito capit. 7. huius partis. §. 2. & 3. tamen aduertendum maxime est, ijs qui ex commissione vel priuilegio siue Bullis ab excommunicatione maiori iuris, vel hominis absoluit, quod nihil substantiale commissionis, vel priuilegij, omittant iniunctum: quia secus peccabunt, & non absoluent: vt si dicatur, Committo tibi, vt absoluas Petrum excommunicatum, partis læsæ prius satisfacto damno: vel cum primum hoc, vel illud reddiderit, vel fecerit, vel adimpleuerit, vel prius cautione præstita de obediendo in hoc, vel in illi iuratoria, vel alia: nisi tales condiciones ad literam, (vt dicitur) obseruentur, absoluens peccabit, & reus remanet excommunicatus, vt prius: quia absoluens non recepit absolutam iurisdictionem, sed conditionatam. At vero, summus Pont. poterit quemcumque quomodocumque excommunicatum, etiam adhuc contumacem, absoluere à censuris: & quamuis non benefaciet, tamen absolutio à censuris tenebit. Poterunt similiter, & Episcopi, & alij prælati, absoluere quoscumque à se excommunicatos, etiam ad partis læsæ requisitionem non emendatos, & contumaces, & absolutio à censuris à se latis tenebit: sed ipsi contra iustitiæ Ecclesiasticæ administrationem mortal. peccabunt. Et si hoc non voluit Nauarr. dicere, cap. 27. Manual. numero. 37. & 38. (dicens absolutionem iniustam ab excommunicatione esse validam) nescio quid aliud saltim quod verum sit voluerit. Nam in parcho, siue sacerdote, qui ex commissione audit, absolutio iniusta, id est, nõ seruatis conditionibus substantialibus, neq; à censuris, imo neq; à peccatis valida est. Imo in iu-

iniusta absolutio á peccatis data etiam á Papa non est valida, sicut absolutio respectu culpæ, quæ iniusta est si nomine etiam inualida est: qui enim male absoluitur, á peccatis non absoluitur. Duo tamen sunt casus, in quibus Episcopi, & alij Prælati, & si excommunicent iure communi antiquo, absolueri ipsi non possunt excommunicatos á se: ut si excommunicent, incendarium, quia post denuntiationem absolutio deuoluitur ad summum Pont. ut habetur cap. tua. de sententia excommunicatio. Secundo, quando excommunicatus á legato Papæ duravit anni spatium in excommunicatione: quia post annum iam non á legato excommunicatore, sed á summo Pont. absolui poterit: ut habetur cap. quærenti. de officio delegati. Et diximus nos supra hac prima parte cap. 8. casu. 21.

§. VII.

QVI Autem excommunicauit, si sacerdos non sit, nequit in foro conscientiæ, siue modo Sacramentali absolueri, licet possit in foro externo dare licentiam ut quicumq; sacerdos absoluat excommunicatum: quid quid postquã hæc scripseramus, dixerit pater Henriquez lib. suæ summæ. 6. & de pœnit. 3. cap. 9. num. 3. Litera. S. & T. secutus Nauarr. de pœnit. d. 6. cap. 5. & Manual. cap. 26. num. 26. & cap. 27. nu. 28. Quia, & si iurisdictio spiritualis non prærequirat in habente, sacerdotalem characterem, executio actus spiritualis in multis iure diuino, prærequirit illum. Nam & si Episcopus non sacerdos possit dare dimissorias, Hispanè *Reuerendas*, ut eius subditos alius Episcopus sacerdos ordinare possit: tamen ipse illos ordinare non potest, neq; ordinati erunt,

erunt: similiter & si possit licentiam dare, ut eius subditus à quocumq; sacerdote absoluatur á casu, & censura sibi reseruata: ipse tamen nullatenus absolueri potest, & est magnú & immane sacrilegiú, si intenet: & hæc est doctrina Theologorum omnium communis: sed iam quod in hac vltima lima huius summæ meminimus, patris Henriquez adhuc minus verú existimamus, posse quemcumq; etiam solius primæ tonsuræ, in art. mortis á censuris omnibus absolueri constitutum: quod affirmat, vbi supra, contra Nauarrum in hoc locis citatis, imo contra omnes Doctores Theologiæ, & iuris peritos: quia actus soluendi in actu exercito, iure diuino solis sacerdotibus est á Christo R. nostro. datus, & si iurisdictio alijs clericis non sacerdotibus contingere possit, ut supra patuit modo.

Capitulum vndecimum, de interdicto Ecclesiastico.

§. I.

TERTIA Species censuræ Ecclesiasticæ interdictum est (nam de suspensione cuius est, breuior & facilior tractatus agemus in calce huius cap.) Est igitur interdictum censura Ecclesiastica, personas & etiam communitates priuans auditione diuinorum officiorum, Sacramentorumq; administratione & receptione, & Ecclesiastica sepultura. Differt autem ab excommunicatione, quod cum excommunicatio sit pœna contumaciæ inobedienciæ mortalisq; contumaciæ,

ciæ, & peccatum quoad materiale (vt vocât Theologi) sit actus personæ, & non communitatis: nam si communitas peccat, est quia singulares communitatis homines peccant, ideo excommunicari nō possunt communitates: possunt tamen interdici: persona autem & excommunicari & interdici. Interdictum autem ponitur in communitatem, propter rectorum, & gubernatorū reip. peccata, & inobedientiam: & si aliqui, imo multi particulares sint innoxij, sed in illis puniuntur communitatis rectores, & ipsi in fontes benemerentur coram summo iudice Deo, abstinendo á diuinis, obediendoq; Ecclesiæ interdicēti, ideoq; illis ex hac parte cedit in bonum & vtilitatem, neq; ob hoc iniusta sententia arbitranda est, quia aliter non potest Ecclesia cohibere petulantiam, & inobedientiam superiorum siue capitum communitatum, nisi communitatem totam generaliter interdicens: vt habetur cap. minor. i. q. 4. Et sic iuri communi stando, mort. peccabunt omnes interdicti assistendo diuinis officijs dantes, & recipientes Sacramenta, sepelientes in loco sacro mortuos, quia esset inobedientia in re grati magna: tamen hæc possunt facere, & illis assistere generaliter interdicti, qui interdicto causam nō dederunt: in die natalis Domini nostri Iesu Christi, die Resurrectionis, die Pentecotes, & die Assumptionis sanctissimæ Virginis Mariæ, á Vesperis Vigiliæ, vsq; post completorium dierum dictorum: sic enim solemnizat Ecclesia Romana vniuersalis suas festiuitates: hæc habentur in cap. alma mater. de sententia excommunicationis, in. 6. Et idem fuit concessum á Mart. V. Extrauagan. excellentissimi festi-

festiuitati sanctissimæ Eucharistiæ, siue Corporis Christi, á primis Vesperis Vigiliæ, vsq; ad completorium octauæ: & hoc semper conceditur dictis diebus exclusis ab hoc beneficio excommunicatis, & qui causa sunt interdicti, vt liquet citatis textibus. Insuper possunt assistere diuinis omnes clerici, etiam solius primæ tonsuræ, dummodo coniugati actu non sint: dummodo causam interdicto non dederint, neq; impediuerint, quod interdictum causantes, obedirent & resipiscerent: insuper in monasterijs religionum approbatarum hominum, & mulierum, omnes professi religionem solemniter, etiã si monachi, vel fratres primam tonsuram non habeant: quia in omni priuilegio fori Ecclesiastici professi religionem: imo & nouitij, tonsuram & habitum religionis deferentes, æquiparantur clericis. Idem dicimus de fratribus professis laicalibus: dictis, siue barbatis, qui sunt nō pro choro, sed pro officijs seruilibus, & in hoc apud doctos iuris Canonici post dictum cap. alma mater. nunquam fuit de hoc dubitatum: secus in arcto monasterio deberent isti foras eijci ne officia diuina audirent, aut sacris interessent: sed iam sunt tot priuilegia religionum, vt in hoc superfluum existimemus diutius immorari, & omnes supradicti dare, & recipere Sacramenta, & sepellire, & sepelli in sacro loco, & iam post tot priuilegia idem possunt donati, oblati, familiares & seruientes in monasterijs, de quo plusquam centum religionū vidisse priuilegia obtestor summorum Pont. & satis iuste: nam si seruientes intra septa monasteriorum nō possent interesse diuinis, hoc redūdaret in damnum religiosorum: quia ferē

(vti

(vti diximus) debent eijci à monasterijs, quæ sunt officinæ diuinarum laudum: scimus cap. licet. de priuilegijs, in. 6. (si staretur iuri tantum communi) decernere cõtra supradicta: sed credimus decisionem illius capituli intelligi, quando monasterium esset sua culpa interdictum, & monachi pro monachis tantum obtinerent priuilegium ad assistendum sacris: tunc enim tali priuilegio non intelligeretur famuli, sed gratias Deo, quod post prædictum capitulum, sunt tot gratiæ in quibus ferè omnes religiones iam communicant, dirimunturq; illis omnes super modo seruandi interdictum à familia monasteriorum lites: legatur. 3. glossa. capituli, licet. à nobis ciati: & liquebit, quod nos non voluntariè illud interpretamur, sed iuxta illà: & quia mentionem fecimus familiarum religionum (nam donatos omnes norunt qui sint) obserua nos intelligere homines qui totam ferè vitam occupant in ministerio religiosorum alicuius monasterij, & qui quasi incorporati sunt familiæ, monasteriorum, pro quibus in nostra Cysterциense, siue sancti Bernardi familia, Missa dicitur omni. 4. Feria vacanti conuenualis.

§. II.

ANTIQVO Iure (idest, ante prædictum caput, alma mater.) vnica tantum Missa in hebdomada dici poterat, in quacumq; Ecclesia, in qua Eucharistia seruaretur ad renouandam Eucharistiam: sed iam iustis exigentibus causis & Christianorum tepiditate perspecta, quæ referuntur citato cap. alma mater. Omnes sacerdotes, qui causam interdicti non dederint, (exclusis interdictis, idest, causantibus

bus illud, & excommunicatis) ianuis clausis possunt Missam singulis diebus celebrare: & submissa voce & non pulsatis campanis, diuina celebrare officia, vt patet cap. citato, Alma mat. §. adijcimus: & in omnibus religionibus sunt priuilegia pro festiuitatibus sanctorum dictorum ordinum, vt fiat in eis, sicuti in die natalis Domini, & alijs iure præuilegiatis diebus, apertis ianuis, alta voce, & pulsatis campanis: & religiones quæ communicant priuilegijs aliarum, non debent hoc vti priuilegio in festiuitatibus sanctorum religionis, quorum gaudent communicatione priuilegiorum, sed in festiuitatibus sanctorum suæ propriæ religionis.

§. III.

LICUIT Semper, & modo post prædictum cap. Alma mat. multo melius quoties placuerit interdicti tempore, Sacramentum Pœnitentiæ exercere. §. adijcimus. Licuit etiam baptizare à fortiori, vt habetur cap. Non est. de Sponsalibus. & capit. Quoniam. de sententia excommunicatio. in sexto. & hoc tam infantes, quàm adultos, & decretum fuerat ante cap. accepisti. de cons. dis. 4. & etiã cū exorcismis solennibus. Licet etiam dicto tempore cõfirmare, vt decernitur cap. respofo. de sententia excommunic. Licet contrahere solenniter matrimonium cū solennitate nouiter addita à Cõc. Trident. Sed non licet recipere, vel dare benedictiones nuptiales: licet & Eucharistiam ministrare, sed tantum infirmis, non tamen sanis; idest, cõceditur pro viatico, & non secus laicis. Non potest dari extrema Vnctio laicis decedentibus, vt habetur cap. quod in te. de sententia excommunicationis: & hoc tempore

L

generalis

generalis interdicti, quod quoad laicos intelligo tenere, post citatū. c. Alma mat. Nā de ecclesiasticis hoc affirmari rigidissimū nobis apparet, cū clericos in multis minus dignis & vtilibus, priuilegiet dictū c. Insuper in. d. c. fin. de sentent. excōmun. in. 6. cōceditur illis sepultura ecclesiastica tēpore generalis interdicti: cur igitur non à fortiori extreme vnctio nisreceptio? Scio nos in hoc opponi torrētī canonistarū reclamantiū ferè omniū, quibus dū textū expressū nō adduxeris: cū omnibus Theologicis argumētis operā perdis: Quoad religiosos, quoad hęc de extrema vnctio, & sepultura gratias Deo nō opus est litigare, sicuti & in supra tactis: quia mille priuilegijs illis cōcedūtur, per iuris autē priuilegiū dicti c. Alma mat. omnibus etiā primę tōsurę clericis, & omnibus religiosis, etiā nouitijs, qui clericis equiualent, vt liquet. c. Siquis suadete. de pœnit. & remis. cōceditur solēnis moderata funeralis pōpa, & obsequię, alta voce ianuis apertis, & cāpanis pulsatis dūmodo nō fuerint causa interdicti generalis. Omnes qui ante cōditionē dicti textus Alma mat. celebrabāt in loco, vel ecclesia interdicta, fiebāt irregulares: & modo post dictū canonē fiunt, qui nō seruatis cōditionibus à dicto canone decretis, id est, non ianuis clausis, & alta voce solēni Missas celebrarēt, neq; interdictos eijcerent, & nō solū qui Missā cātaret, sed qui Euāgeliū & Epistolā solenniter cū illo cātaret ad altare, quidquid Caiet. dicat absq; ratione: qui verò Missā officiarēt cātātes in choro, fate-mur quod regulares non fierent: quia hoc nō habetur iure, sed tantū mort. peccarēt in re grauissima non obediēdo. Regulares nō seruādo interdictū, quādo

matrix.

matrix ecclesia, siue cathedralis seruat, vel illa quę est caput in populo, peccant mort. nō obediētes in re graui ecclesię iubēti, vt seruēt, præcipue Conc. Trid. ses. 25. c. 12. de refor. peccāt. mort. tñ nō fiunt irregulares celebrādo. Sat. n. duo præcepta, vnū de admittēdo & seruādo interdictū matricis Papę, siue ordinarij, & hoc frangūt: aliud est iuris quod in ecclesia interdicta hoc non fiat, & hoc modo celebrēt, & officium diuinum dicatur sub pœna irregularitatis: & hoc nō frangūt, qui adhuc interdictū nō admiserūt: nā pœnæ positæ. c. Is qui. & c. Is, cui. de sentent. excōmun. in. 6. & c. extant. de excessibus Prælat. & Clem. frequētibus. de sentēt. excōmunic. Solū sunt cōtra violātes interdictū, non autē cōtra interdictū nō seruātes. Omne interdictū etiā iuris, vel à iure, quod nō fuerit Papę reseruatū, vel à Papa ipso positū, potest ab ordinario loci relaxari in parte, vel in toto, quāuis si cōtra iustitiam relaxetur teneat relaxatio, ipse autē peccabit relaxās, vel tollēs. Interdictū ab homine solū ille tollere potest, qui posuit Prælat, vel superior, per viā appellationis. Religionū priuilegia, vel locorū, de suspēdēdo interdictū, etiā si sit à Papa impositū, certis dieb⁹ festiuis, valēt quod sonāt. §. III.

SE D Maximè aduertēdū est, quod cōtingit interdicti à Sūmo Pōt. vel Legato totū vnum regnū, vt putā Hispania, aut Galia, aut Anglia, & vna prouincia, siue diœcesis, & vna ciuitas, siue oppidū, & vna parœcia oppidi, vel ciuitatis: & dem⁹ possūt interdicti personę aliquę, putā officiales ciuitatis, vel oppidi. Si regnum, prouincia, ciuitas, vel oppidū, sunt generaliter interdicta omnes etiam extranei, etiam solū transeuntes interdictum seruare tenentur,

secundū iuris modū. Imò quando generaliter locus & personæ interdicitur, personæ illius loci, etiā si exeāt ad loca quę interdīcta nō sunt, sacris interesse nō possunt, sub morta. Tamen si præcipuè locus interdicitur, ob castigationē & repressiōnē gubernatorū contumaciæ: cæteri incolæ loci interdīcti, qui dolēt, & interdīcto causam nō dederūt, possunt in locis nō interdīctis, & si de industria ad illa exeāt (sicut cæteri) liberè sacris interesse tēpore interdīcti. Obiter autē, quia requisiti fuimus & interrogati, nū cū est interdīcta ea Ecclesia teneatur diebus festis (si priuilegiū nō adest) audire Missā in alia? Respondemus, quòd etsi priuilegiū liberū sit vti, non tñ respectu rerū alia via præceptarū, & sic omnes seculares habētes Bullā Cruciatæ tenētur Missā diebus festis audire, & omnes clerici, post. c. alma mater: patet, quia omnes potētes, & nō impediti legitimo impedimento, tenentur sub mor. Missam diebus festis audire: tales priuilegiati sunt potentes, & non impediti: ergò tenentur. Est demonstratiuum argumentum. Et ex accidenti euenit, neque momēti ad præsens est, quod ex priuilegio ablatū sit impedimētū, dūmodo tempore præcepti obligatorij ablatū sit: Omnes insuper vni^o oppidi, in quo est sua parocia interdīcta, & alia eiusdē oppidi non interdīcta, qui interdīcti non sunt, tenētur diebus festis sub mort. Missā in alia nō interdīcta audire: quia ultra rationē supra immediatè positam, præceptū Ecclesiæ ad Missam obligans audiendā, nō determinat propriā, aut alienam parociam, sed in qua moraliter benè id fieri possit. Demū si ciuitas est interdīcta magna, excepta vna, aut duabus ecclesijs, qui proximi sunt illis

illis de alijs parocijs, tenentur sub præcepto Missam audire: qui autem longè distāt, iudicio boni viri, non tenentur tunc præcepto: & minus si in oppido etiam proximo, ciuitate, vel loco interdīcto Missæ dicuntur: quia Ecclesiæ præceptum de Missa audienda non obligat cum tanto dispendio: ipsamet Ecclesia, & eius doctoribus ex communi acceptiōe, sic interpretantibus, vt dicemus largius secunda parte, de hoc præcepto tractantes.

§. V.

TEMPORE Generalis interdīcti, licet prælatis religionum, professionem solemnem admittere nouitiorum: imò & moniales velare, vestes, & velamina benedicere, quid quid Nauarr. neget, vbi supra, & licet textus expressus pro hoc, sicuti contra illud non est: est tamen pro illo virtuale decretum, cum vt supra patuit Baptismus detur tempore cuiuscumq; interdīcti: professio autem solemnis, respectu perfectionis status charitatis, est quasi quidam secundus Baptismus, vt dicit S. Tho. Insuper, quia ex antiquissimo iure probationis, ad statum religionis datur annus, & nouiter à Con. Trid. ses. 25. cap. 16. de reform. adherendo cap. cum causam in fine de electione. decreto, dicit, per acto probationis anno, statim, aut admitti, aut expelli, non ponens interdīcti impedimētum, cum sit quidam solemnus contractus. Possunt insuper Episcopi, & Abbates, tempore interdīcti, & etiam cessationis à diuinis, vltra suprascripta vestes, & altaris siue Basilicæ ornamenta benedicere sacerdotalia: quia aquā benedicere posse concedit, cum Canonibus Nauar. & aspergere sine cantu asperforij populū: ergo à

fortiori benedicere supradicta, & aspergere illa: quia hoc sine cantu fit, sed fieri debet ianuis clausis.

§. VI.

POSSUNT Tempore interdicti duo Ecclesiastici, vel regulares, imo tempore cessationis à diuinis simul pro alterutra solutione horarij pensi recitare domi, vel in via deambulando, vel genuflexo, vel sedendo: & etiam si ab alijs audiantur, & gratias agant nobis, quod nō mittimus illos recitatum in agrum, sicuti facit Nauarro, nescio quo conuictus timoris inanis fundamento: nā qui sic adimplent census sui debitum, officium diuinum alijs non celebrant: secus excommunicatus nō deberet neq; posset recitare officium debitum, quod est absurdum & magna minutia est, quod pius Nauarro dicit, se Salmanticæ consultum respondisse, nō debere, neq; posse matres infantes, etiā lactentes, tempore interdicti in Ecclesias ad diuina introducere: illius enim ætatis pueri, cœsurarum sunt incapaces, & nullum Ecclesiæ præceptum nisi vsum rationis habentes includit, cum quæ iubentur sint actus obedientiæ, quæ vsum rationis & voluntatis actum requirunt: secus tales non possent carnes comedere die veneris, & audire Missam tenerentur, quæ ridicula sunt de lactentibus affirmata, & rationis vsum nondum habentibus: vnde Nauarro plus iusto stricte procedit in materia interdicti, in qua nos solū officium diuinum, scilicet, septem horas Canonicas & Missæ solennia alta voce decantata stricte vetari credimus: non mensæ benedictione, & aliarum omnium rerum, quæ benedici (secundū librū Pontificale Romanum) consueuerūt, exceptis consecra-

secratione Basilicarum, altariumq; , quæ magnam cantus & cæremoniarum petunt (contradicente iuctu interdicti,) solemnitatem. Insuper non vetantur, Episcopi, & Abbates nostri, populo (qui ianuis clausis tempore interdicti potest diuinis assilire) benedicere solemniter, cū adiutorium nostrū, &c. Neq; vetantur ijdem Episcopi, & nostri Abbates, primam tonsuram, & quatuor minores ordines, ianuis clausis, conferre: quia & si vetetur ordines conferre tempore interdicti, intelligitur stricte de ordinibus sacris qui vere ordines sunt tres, & quorum collatio est vere & rigurose Sacramentū: illi autem quatuor minores tantū quid sunt Sacramentale, & dispositio ad ordines. Tempore generalis interdicti non licet fieri processiones solemnes, neq; alta vocalitias decantari processionaliter, quia hoc modo quodam diuinū officium est. De eo autem qui interdicere potest, idem dicimus, quod de excōmunicare potente: qui enim potest excōmunicare personas, potest iure interdicere communitates & personas simul, & eisdē secundū iura solemnitatibus scripti, citationis, termini, &c. vti debet procedēdo atq; ad proferendā excōmunicationis maioris sententiam, secus esset nulla: & insuper personæ specialiter (vt causæ mali) interdictæ, eisdē priuātur, atq; excōmunicati denunciari: & quicumq; qui excōmunicari potest, & interdicti poterit, hoc excepto, quod iuris interdictū ipso facto incurrēdū, Episcopi nō incurrūt, sed semper pōtificialia exercere, nisi in iure fiat Episcoporum specialis mētio, vt decernitur c. quia periculosum. de sent. ex com. Sūt autē interdicta à iure ipso facto, lata: super resp. siue cōmunitates

consentientes vel permittentes, suum Episcopum percuti, detineri inuice, vel eijci à sua ciuitate vel diœcesi, quod habetur Clement. i. de pœnit. Et insuper in communicatos, vel eorum gubernatores, qui gabellas, siue nouas impositiones, pedagia, siue portitoria, imponunt Ecclesiastici: quæ sententia fertur capit. quanquam. de censibus. in. 6. Et insuper est lata iure interdicti sententia, in ciuitatem, siue oppidum, cuius dominus, vel gubernator impedit ingressum, siue executionem Nunciij Apostolici: vt habetur Extrauag. super gentes. de consuet. Nequit ciuitas aut communitas interdici, ob quæcumq; cuiuscumq; quantitatis debita cuiuscumq; & non soluta: & si interdicatur, sententia est ipso iure nulla, vt decernitur Extrauag. prouide. de sententia excommunicatio.

§. VII.

CESSATIO à diuinis quodam strictissimum est, & quasi vltimum interdictum, & censura, quid quid Nauarro dicat, nequit tamen imponi, nisi à Papa, vel de eius licentia ab ordinario: quia est grauissima pœna, & priuat omni officio diuino, & laudibus in Ecclesia, etiam summissa voce, & clausis ianuis, & omni cultu, & religione Ecclesiastica exteriore, & sic easdem in pœnas incurrunt, eius violatores: quas incurrere diximus violatores interdicti, & in cæteris (supradicto excepto) sicuti interdictum regulari debent, ne eadem sæpius repetamus.

§. VIII.

DISTVLIMVS vsq; huc de secunda censura, Ecclesiasticaq; suspensio dicitur quæ (vt vocabulum

bulum quo in italatur sonat) est quædam non officij priuatio, sed impedimentum executionis pro tempore, præfinito: estque grauis censura, & quæ pro grauioribus delictis ponitur, sed ab excommunicatione differt. Primo, quod excommunicatio, & interdictum, non ponuntur pro culpis præteritis, sed pro contumacia præsentem, vel futura. At suspensio, etiam fertur in castigationem præteriti delicti, & hoc sæpius: suspensus ab officio, non eo ipso est à beneficio: insuper datur quædam suspensio, quæ non est officij ordinis, sed iurisdictionis. Omnis suspensus ab executione actus annexi alicui ordini sacro, si actum exercet, redditur irregularis: vt si suspensus est à cantando Euangelio, & ministrando altari vt diaconus, aut subdiaconus, vel à celebranda Missa, si sit sacerdos, vel ab audiendis confessionibus, si sit curatus, vel ex commissione audiens, fit irregularis, vltra quod mortaliter peccat, & confessio est inualida, vt pote facta non proprio, neq; potenti ligare vel soluere pro tunc: sed suspensus à prædicatione, si prædicet, non fit irregularis, quid quid aliqui voluerint, cum non sit actus ordini sacro alicui annexus de se, sed mort. peccaret suspensus à iurisdictione spiritali, siue Ecclesiastica, quoad forum exteriore: & si iurisdictionem exerceat, non fit irregularis, sed quid quid facit, & censuras quas decernit, nullius sunt valoris. Insuper Episcopus, siue Abbas, siue quilibet prælatus, qui ordinarius est, & vtrumq; forum interius, & exteriore habet, si per exteriore & publicam sententiam suspeditur dignitate, & nõ specificatur quoad vtrumque forum, etiam interius, solum ad tempus

gubernatione exteriori priuatur, & iurisdictione: non tamen tollitur, quim suos subditos audire possit tempore suspensionis, & eos absolueret in foro conscientiae: secus eo ipso quod suspenderetur, Episcopus vel Abbas, non remaneret confessores, qui ab ipsis ex commissione positi sunt, quod absurdum est. Igitur si illi (committente suspenso) non suspenduntur, a fortiori neque; ipse committens, per ablationem ad tempus iurisdictionis externae, non suspenditur, neque; definit esse sacerdos in foro animae interno: & ut supra hac prima parte, capit. 9. §. 10. etiam si Episcopus excommunicatus sit, & denunciatus, potest approbare confessarios, & ipse igitur approbatus remanebit: ergo a fortiori quando suspensus est modo dicto, cum suspensio non sit impeditiua actus in foro conscientiae, quod excommunicatio habet, quae omnimodam iurisdictionem tollit: remanet igitur proprius, & audire poterit omnes suos: & in foro conscientiae, poterit quid quid non suspensus. Nulla suspensio est a iure antiquo, ut optimè doctissimus Canonista Nauarr. aduertit Manual. cap. 27. Sed a nouioribus iuribus Sexti, & Clementinarum, sunt aliquae suspensiones. Primam ponunt esse quod notorius concubiniarius, vel publicus fornicarius per sententiam vel propriam confessionem, vel tam notorius, ut non sit tergiuersationis locus, iure antiquo est suspensus, quousque; poenitentiam agat: ut patet .c. praeter. 31. d. & cap. si qui sunt. 81. d. Tamen quia haec suspensio etiam ipso iure tollitur facta poenitentia, ita ut si poenitentia facta celebret, irregularis non reddatur: ideo hanc non connumeramus, si tamen celebraret ante poenitentiam, irregu-

irregu-

irregularis reddetur: quo etiam modo large, quodcumque; mort. peccatum dicere possumus suspendere a celebratione: sed si occultum est, celebrans nullam incurrit Ecclesiasticam poenam, nollente Ecclesia de occultis poenas ferre: sed si publicum & notorium est peccatum, & adeo graue, ut sit de positione a quocumque; honore dignum, ut homicidium, periurium, adulterium, inducit iure ipso suspensionem a receptione ordinum ante poenitentiam, & dispensationem etiam ab Episcopo: secus si sine his duobus, simul ordinetur, fiet irregularis a solo Papa dispensandus, ut dicit bene Nauarr. capit. 25. num. 73. Manual. & habetur cap. final. de tempore ordin. Item suspenduntur ipso iure clerici, qui eligunt in Episcopum, hominem non ex legitimo matrimonio natum, vel a summo Pontifice non legitimatum: sed iam haec non est in usu, cum ferè omnes Christianissimi Episcopatus non sint per clericorum electionem, sed per praesentationem Regum, aut secularium principum, qui non suspenduntur: tum quia suspensio in solos Ecclesiasticos ferri possit, quae est censurae species: tum quod cap. cum incunctis. de electione. §. final. loquitur cum clericis, & de electione in Episcopum: non in Abbatiam, vel aliam praelaturam.

§. IX.

SUSPENDUNTUR Item ipso iure clerici acceptantes duellum, Hispanè, *desafio*, vel in illo pugnautes: ut habetur .c. 1. de clericis pugnantibus in duell. sed haec non est suspensio lata, ut putauit falso Sylu. verbo suspen. §. 11. sed sunt tales clerici suspendendi, ut bene aduertit Nauarr. Man. cap. 27. nu. 155. Suspenduntur

duntur item ab ingressu Ecclesiæ, per vnum mensem Ecclesiastici iudices, qui excommunicant absq; monitione canonica trina: de qua supra nos tractauimus hac prima parte capit. 9. §. 22. & habetur hæc suspensio cap. sacro. de sent. excommunicationis. Et similis habetur suspensio ab ingressu Ecclesiæ & diuinis officijs, sine temporis determinatione, cap. 1. de sent. excommunicationis, in. 6. Contra verbo, solo & sine scripto, & causæ expensione, similiter contra interdicentem: sed intellige primo has suspensiones non incurrere Episcopum, neque vllas iuris, vbi de illo specialis mentio non fit: iuxta regulam receptam Canonistarum, super cap. quæ periculosum. de senten. excommunicationis. in. 6. Et iuxta glossam cap. 1. de re iudica. verbo, ordinarius. Insuper neq; superiores religionum non suspenduntur, eo quod consuetudo fundata in necessitate modi breuis, & sine strepitu iudicij, illos fecit liberos ab hac solemnitate seruanda, quamuis non liberauit a iustificatione rectissima causarum, vt cum Nauarro diximus capit. 9. supra. Et aduerte adhuc, quod suspensus ab ingressu Ecclesiæ, si illam intret, dum diuina peraguntur, est quasi personaliter interdictus, & fit irregularis: non autem si intret tempore quo diuina non fiunt officia, etiam si intret oratum specialiter, suspenduntur capitula Ecclesiarum, & quæcumq; particulares capitulares, ab officio & beneficio, quæ vacante sede Episcopali, vel collegiata, accipiunt sibi aliquid bonorum prælati defuncti, vel fructuum vel prouentuum, quæ peruenerit vacantis tempore: & habetur hæc suspensio ipso facto, cap. quia sæpè. de electio. lib. 6.

In quo

In quo intrant quicūq; redditus, & prouetus dignitatis Prælati, & emolumenta sigilli: similiter Episcopi suspenduntur ab ingressu Ecclesiæ, & alij inferiores ab officio & beneficio ipso facto, vsurpantes bona aliqua mobilia, vel immobilia (sibi alia via non debita) ecclesiarum sibi subditarū, vel monasteriorum vacantium, & etiam prouentuum dicitur vacationis, quæ habetur cap. præsent. de officio ordinarij, in sexto. Suspenduntur in super, conseruatores iudices Apostolici ab officio per annum, qui cognoscunt de causis nõ notorijs vt habetur cap. fin. de officio deleg. Sed in hoc literæ conseruatoriæ delegantes aspiciendæ sunt, & eorū tenor seruandus, & vbiq; vis manifesta facta est eis, pro quibus electus est conseruator iudex, procedat sine metu huius suspensionis, seruato tenore decreti Conc. Triden. ses. 14. cap. 5. de refor. Sed maximè obserua, quod conseruatores religionum, & religiosorum locorum, & Vniuersitatum, de omnibus casibus ad tuitione dictorū pertinentibus, in rebus & quiete possunt omnino procedere sine metu huius poenæ suspensionis, iuxta cōseruatoriarū tenore: quia Conc. Tridè. vbi supra, qui alias literas cōmissionis Apostolicæ cōseruatorias moderas, has dicit intactas, & prædictos omnino exēptos remanere. Suspenditur etiā per annum iudex Ecclesiasticus, non Episcopus, ab officio, qui cōtra iustitiā, alterā partē scienter & malitiosè, propter pretiū, amorē, vel timorem agrauat, habetur q; c. 1. de re iudicat. in. 6. Suspenditur itē, vsq; ad satisfactionē ab ingressu Ecclesiæ, admittētes ad diuina, ex cōmunicatos, vel interdictos: sed hæc suspensio, solū cōtra exēptos a iurisdictione Episcoporum loquitur,

loquitur, vt liquet. cap. Episcoporum. de priuil. in 6. Et idem si supradictis mortuis, exhibent Ecclesiasticam sepulturam: sed iam diximus supra, quod vt hanc censuram incurrant exempti, prius debet esse admissum interdictum ab eis, vel eis denunciati excommunicati, vt de interdicto tractantes diximus. Suspenduntur similiter Prælati & officium, siue suffragium ad hoc habentes, quatuor mendicantium ordinum, qui ante expletum annum probationis, siue nouitiatus, ad professionem admittunt. Ante Concilium, sub hac pœna professio talis valida erat, at post illud, sess. 25. capit. 15. de reformat. nullius religionis professio est valida ante annum, etiam nouitio tempus anni renuntiante pro suo fauore institutum: quia annullat talem contractum Cõcilium. Habetur hæc suspensio, capit. non solum. & capit. constitutionem. de regular. lib. 6. Item, per sex menses suspenduntur clerici beneficiati, inhonestè vestiti contra decetiam status: quam honestatem explicat per vetationem horum duorum, ne sint partita, idest, ne sint vestes sola forma secularibus, vel histrionibus propria: & ne sint ex varijs coloribus variegata, quas nos Hispani, *gironadas capas, osayos gironados* vocamus, & eos qui in sacris sunt, vel in minoribus ordinibus tales vestes gestantes communiter, vt pro habitas, inhabilitat sex mensibus ad beneficia obtinenda: habetur Clem. 2. de vita & honest. cler.

§. X.

SUSPENDUNTUR Similiter ipso facto religiosi, habentes suæ religionis, alicuius rei, vel grangiæ administrationem, qui alienant aliquid ex bonis

bonis sibi ad administrandum tributis sine licentia sui capituli, siue conuentus, siue sui Prælati, vbi cõuentus sufficientis numeri nõ est? Et eandem suspensionem incurrant, qui eadem bona dant in emphytheusin, aut alio modo ad vitã, alicui. Hoc maxime aduertant religiosi, præcipuè Monachalium ordinum: habetur autem Clementina. 1. de res. ecclesiæ non alienandis. Suspenditur suspensione Papæ referuata, qui ordinatur ordine subdiaconatus cum pacto tacito vel expresso: quod & si titulum patrimonij nõ habeat, tamen non petet ab Episcopo ordinante, vel suo sustentationem, quæ iuris est. Et eodem modo suspenduntur simul qui ordinantur ad titulum patrimonij, quod aliquis illi donat, cum pacto tamen quod dictum patrimonium non petet, postquam ordinatus fuerit.

§. II.

Similiter suspenditur qui petierit præsentari sibi beneficium, vel capellam à patrono laico, vel Ecclesiastico, vt ad eius titulum ordinetur, cum pacto quod ordinatus restituet: quia hæc est sicuti prior simoniatica quædam fatalia, & ambo casus sunt quotidianissimi. & certe miror quam sine scrupulo hodiè ab aliquibus fit: quasi statutum non esset subdicta pœna vetans hæc capit. penultimo. de simonia: sed hanc pœnam non incurrit qui postquam ordinatus est, absque vlllo pacto tacito, vel expresso ante ordinationem, remittit & non petit, neque vult ius patrimonij, vel capellæ, vel beneficij. Et qui habuit patrimonium, aut Capellæ, vel beneficij titulum, & cum illo impetrat licentiam, vel commendatitias, Hispanè, *reuerendas,*

reuerendas, vt ab alio nõ suo Episcopo ordinetur ad dictorum titulum, & ipse habitis literis licentiæ, & approbationis, antequã ordinetur remittit sine alio pacto, & renunciat dictum titulum: non incurrere credimus talem suspensionem: quia renuntiatio facta est (quod supponimus) sine pacto: tum etiã, quia est omnino inualida sic facta ante realem ordinationem, etiã si iurata esset, quidquid Panorm. dicat, vt optimè Felinus, & multi Canonistæ cù illo: & nescio quo fundetur Nauar. cap. 27. Manual. nu. 158. vt dicat talem, ipso facto etiã suspensionem hanc incurrere, cù pactum tacitum, vel expressum contractum præcedens sit, quod vitiosum reddit contra hanc pœnam hoc factum: peccaret tamen mort. quia falsas ante ordinationẽ in re grauissima reddit literas licentiæ sui Episcopi.

§. XII.

D E M V M extra ius sunt duæ suspensiones, quorum vna est Iulij. II. quadam extrauaganti, quæ huc vsque in lucem perfecte non prodijt, neque communibus manibus circumfertur, sed solum referente Nauarro, Manual. c. 27. nu. 155. quæ dicit incipere. Cum ex sacrorũ, & ex Nauarro referũt alij Iuniores mutuato (vt moris est aliquibus) accipetes: qua ipso facto suspēdũtur, qui sine sui Prælati ordinarij facultate, vel sine legitima ætate ordinantur sacris ordinibus, idest, Diaconatu, ante inceptum vigesimum secundum annum, Subdiaconatu ante inceptum vigesimum primum, & Presbyteratu ante inceptum vigesimum quintum, quæ fuerat ætas antiquioribus iuribus præscripta, & Clemenina generaliter. de ætate, & qualit. ordin.

fic

sic moderata: & demum modo Conc. Trident. statutat, ess. 23. cap. 12. hoc vnum fatear, me in quodã iure Canonico antiquo impressiois satis vetustæ, qui mihi contigit, pro pauperis musæi monastici supplectile, in vltima pagina, tomi Clementinarũ & extrauagantium communium, scriptam manu reperisse, dictam extrauagantem Iulij à Nauarro citatã, ab aliquo, qui diebus Iulij Papæ II. vel paulo post viuebat, quia litera hanc & maiorem antiquitatem ostendens arguebat. Sed certè credere haud possum, talem extrauagantem, in quantum actu suspendit eos, qui ante dictam legitimam cuique ordini ætatem ipso facto ordinantur, in vsu receptam esse vel fuisse: nam cum constitutiones & extrauagantes, siue motus proprij huius & aliorũ summorum Ponti. qui recepti sunt, compilatos alibi, & eorum inuenimus copiam, & huius nullã inuenimus mentionem, nisi citationem & relationem Doctoris vnus: certe aliã grauis, sed quod extrauagans hæc fuerit condita, & quod nos manu scriptum illius transumptum habuerimus, falsum supra, sed hæc non faciunt illam in vsu authenticam: & quod peremptoriè mouet, est quod Concil. Trident. vbi supra: idem de ætate ordinandorum statuens renouaret prædictam extrauagantem, & illius pœnas, vt sine exceptione, in omnibus decretis, quæ iam sub pœnis statuta erant à Concilijs vel summis Pontificibus, & huius nullam mentionem fecit, neque in margine cum in recte à Surio impressis, quorum copiam habemus in eisdem decreti margine, neque in diligentissime impressis Lugduni, apud Guillelmũ Rouillium, anno.

M

1572.

1572. multa de dicta ætate ordin. decreta concilio-
rum, & Pontificum, citentur: vnde dicimus, eū qui
ante supradictam legitimam ætatem ordinatur, ali-
quo prædictorum sacrorum ordinum respectiue,
cum bona fide, & morali diligentia, existimans se
illam habere, neque mort. peccat, neq; talis censure
suspensionis pœnam incurrit: quia pœna culpæ res-
põdet, exceptis irregularitatibus bigamiæ, & iustæ
occisionis, quæ respondent indecentiæ, quæ ibi
locum habet culpæ quamuis non sit: qui verò mali-
tiose vel vincibili ignorantia, ante dictas ætates or-
dinatur, mort. peccat frangens graue Ecclesiæ præ-
ceptum, sed non est ipso facto suspensus, sed suspen-
dendus, iuxta decretum cap. vel non est compos. de
tempore ordinan. & glossæ eiusdem annotatione
satis doctâ: & hæc est sententia S. Antonii. 3. p. tit.
14. c. 16. & Ioan. maior, in. 4. d. 24. q. 1. Neq; ad con-
trariū moueri possumus, propter ea quæ diximus:
& sic quotiēs celebret actum sui ordine annexum
solenniter peccat mort. Sed irregularis minime fit,
& ætate expleta iam absq; alia dispensatione, libe-
re absque peccato ex hoc celebrare poterit: si ta-
men antequàm ætatē compleat cognito á suo præ-
lato defectu malitioso, suspendatur (vt suspendi de-
bet) ex tunc: si celebret, pro prima vice irregularis
redditur: & etiam adimpleta ætate, absq; Papæ dis-
pensatione secundum ius commune, antiquius, &
secundum nouius & priuilegia, á suo Episcopo vel
ordinario prælato non poterit celebrare, absque
mort. cum irregularis præsumat celebrare.

Ad. I. A. Suspendio est ipso iure posita á Pio Papa
V. qua-

V. quadam suarum constitutionum Apostolicarū
contra Episcopos, qui eos religiosos, qui non faciūt
professionem perpetuæ perseuerantiæ, sed tempo-
ralis in religione (quorū solum cognoscimus duo
monasteria: vnum in Lusitania prouincia, ordinis,
quæ dicitur voluntariè sacrificantium, siue sancti
Eloij) ordinant sine titulo patrimonij, aut Capellæ,
& est iusta suspensio: quia quoad hoc tales secula-
rium regula mentiuntur.

Ille qui excommunicare & interdicere potest,
potest & suspendere: sunt enim suspensiones á iure,
quas vtrumque explicuimus, & ab homine, quas
quisq; prælatus in suum pronuntiauerit, modo &
solennitatibus dictis, neq; sunt determinata verba
ad imponendam, neq; ad absoluendam suspensionē,
sed quæ illud significant: est autē suspensio (vt iam
tetigimus) quæ non est ab actibus diuinis, siue mere
spiritualibus, & hanc frangens non fit irregularis,
vti qui suspēderetur ab officio aduocandi, siue cau-
sas defendendi Ecclesiasticas: vt habetur cap. 1. de
sentētia excommunicationis, & cap. 1. de re iudicata,
lib. 6. Et quia multa quæ de suspēsiōne dici poterāt,
remanet ex dictis de excommunicatione, & inter-
dicto clara facile, & adhuc alia repetentur in cap.
sequenti, de irregularitate, hic omitimus.

Cap. XII. De Irregularitate.

§. I.

IT SI Gaetano (nescio qua deuieto ratio-
ne vel deceptione) videatur, parum attinere
ad confessariū noticiam materiæ irregu-
laritatis,

laritatis (nobis necessario) præcognitam esse debere credentibus: fuit operæ pretium illius necessario in compendio, non paruo redacta labore offerre, cum longiori experientia, quam Caiet. in praxi confessionis simus non semel sed millies edocti, mille casus se offerre de hac materia, ex quorum ignorantia halucinari confessarium toties continget.

Aliqua controuersia fuit inter Neothericos, & Theologos, & Canonistas, num irregularitas censura sit? & ut vno verbo dedicamus si rigorem vocis attendas, prout à summis Pont. conditoribus iuris Canonici, in vsu fuit, censura dicenda non est: & sic suo responso decreuit exclusiue summus Ponti. cap. quærenti. de verborum significatione: vbi nomine ecclesiasticæ censuræ, intelligi dicit, excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Vnde iuxta rigorem huc iuris Põtificij stricti, irregularitas est quædam pœna siue impedimentum impediens ex iuris impositione perpetuo ordinum non adeptorum receptionem, & habitorum usum, siue exercitium. Vnde omnis irregularitas est à iure tantum, & nulla incurri, iudicanda est, quæ non fuerit expressa in iure Canonico, quia nulla iure diuino habetur, quanuis iure diuino sint aliquæ incapacitates, vt sic loquamur, qua ratione mulierem non dicimus iure diuino irregularem, sed incapacem ordinum, & sic omnis irregularitas dispensabilis est, vt colligitur ex dictis ex cap. is qui. de sententia excommunicationis, in sexto. Et insuper nulla irregularitas incurritur, propter opus interius, sed propter opera peccati vel indecentiæ externa & executioni mandata: non enim qui voluit, desiderauit

vel

vel proposuit, vel etiam intendit occidere: & qui secundas nuptias promisit vel desiderauit, irregulares sunt: sed qui in rei veritate occidit vel mutilauit, vel secundum matrimonium, vel primam cum viua cum effectu contraxit. Vnde in dubio nemo iudicandus est irregularis, sicuti in foro exteriori (q. Nauarro concedit) sic neq; interiori quod ipse negat, Manual. cap. 27. nu. 173. nisi dubietas magis nimis declinet ad partem affirmatiuam. Imo confessarius omnem tollat scrupulum ab eo, qui aliquod opus fecit cum alio: ex quo dubitat, an mors sit secuta vel eius acceleratio tollat timorem irregularitatis, ex quo æqua vel maior est certitudo, siue suspitio, quod ex illo actu non fuit secuta, vel accelerata mors. Neq; ob formidinem contrarij, ob id non debet deponi scrupulus: nam vt optime aiunt Logici, nulla etiã quantũuis probabilis opinio, teneri potest si ne aliqua formidine contrariæ, an vera sit? & tamẽ vniciq; licet sequi opinionem probabilem in moralibus: nam de natura opinionis est, quod sit habitus formidolosus, iuxta Arist. 2. poster.

§. II.

O M N E S Irregularitates reducuntur ad quinque species. Prima dicitur defectus ex Sacramento, vt melius loquamur, quam Summistæ vocantes eandem defectum sacramenti, & à Græcis bigamia, à bis & gamos, quod significat nuptias, quasi duarum nuptiarum: vnde omnis qui cum duabus vxoribus contraxit, etiam ante Baptismum, vel vnã ante Baptismum, & alteram post, & à fortiori si ambas post, est ipso iure bigamus irregularis, à solo Papa dispensabilis est primæ speciei, si tamẽ cum am-

M 3

babus

habus matrimonium consummavit: fœcus non & hæc irregularitas iure dicitur indecentiæ: indecens enim est, vt sacerdos qui sponsum Christum Ecclesiæ virginis vnicæ & castæ typum gerit, cum duabus, vel cum vna non virgine connubia consummaverint: & insuper, quia iustissimè ab altaris ministerio arcentur, qui castissimum, & mundissimū Christum oblaturi, per tales nuptias incontinentiam ostenderunt. Vt habetur capit. debitum. cum sua glossa. de bigamis. & capit. vna. 26. d. & capit. proposuisti. 82. d. Est & alia quædam bigamiæ species, cum quis: & si cum vna sola vidua tamen contraxit & consummavit, vel cū ab alio corrupta. Vt habetur cap. maritum. 33. d. non tamen hanc bigamiam contrahit: qui à seipso ante corruptam duxit, & qui cum duabus contraxit & consummavit (licet vnum matrimonium post consummationem fuerit dissolutū, & separatio secuta) bigamus in rigore iuris Canonici est, ex quocunque impedimento, & irregularis est hac bigamiæ irregularitate: etiam si postquam cum duabus contraxit, & consummarit, ambo etiam matrimonia dissoluta sunt, ob aliqua inuenta impedimenta: si inquam, vt maritus consummavit ambo.

Bigamia Methaphorica, quid?

§. III.

E S T Et alia bigamiæ species methaphorica, & hæc contrahitur si ille qui votum solenne religionis approbat, vel in susceptione sacri subsidiaconatus ordinis emisit: in quo Christo spiritualiter

ter

ter desponsatur: si postea contrahat, & consummat matrimonium carnale, quod inualidum est, & irregularem reddit talem contrahentem: nam secundas sacrilegas nuptias celebravit: vt habetur cap. quotquot. 27. q. 1. & cap. final. de bigamia. Si tamen dispensatus subdiaconus, vel diaconus à Papa, virginem, vel à seipso corruptam duxerit illa mortua, absque noua dispensatione ordinibus suis ministrare, & vltiores recipere poterit: nam tali dispensatione impeditur, ne contrahat: quia omnis est iuris positiui, vt dictum est, ad hanc irregularitatis bigamiæ especiem reducitur, quādo quis contraxit ratum, & consummavit matrimonium, & postea vbi notus non erat ordines sacros suscepit, quod flagitium notam quandam infidelitatis, siue apostasiæ à fide habet, & irregularitatem contrahit secundum omnes. Si talis autem quatuor minores ordines suscipiat, neque si illis susceptis contrahat non incurrit. Insuper, si quis viduam ducat, quæ tamen virgo à primo marito relicta sit, non fit irregularis: erit tamen bigamus, si primus maritus eam rumpere curauit, neque valuit: quia talis solum est materialiter virgo, formaliter autem corrupta, vt terminis vtar scholarū. In omni irregularitate cuiuscunque speciei summus Pont. dispensare potest, cum omnis sit iuris positiui (vt dictum est non semel) & solus ipse in bigamia propria, quam supra exposuimus, & etiam in impropria, siue interpretatiua, ad maiores ordines: nam ad quatuor minores poterit Episcopus, Abbas vel ordinarius cum suis: quidquid Nauarro contradicat, capit. vigesimo septimo, numer. 197. contra

M 4

irre-

irrefragabile argumentum; quia quantum minores, neque impediunt contrahendum, neque diuimunt contractum matrimonium, neque sunt sacramenta, sed quodam sacramentale: & nos insuper sequimur S. Thom. in. 4. distin. 27. & Syluestrum, verbo, bigamia. §. 6. Possunt & Episcopi, & Abbates, cum suis pleno iure subiectis, in bigamia Metaphorica dispensare, si licet cum eis qui post solenne votum castitatis, sacrilegum contraxerunt matrimonium: non autem cum illis, qui post matrimonium ratum & consummatum, ordines sacros receperunt, uti diximus, & habetur cap. 1. qui clerici vel vouentes.

§. III.

SECUNDA Species irregularitatis est corporis defectus, quam primo incurrit quisquis sibi culpabiliter vel inculpabiliter amputauit, vel amputari fecit vel permisit, dum posset vitare aliquod præcipuum membrum, per quod intellige (vltra brachia) manus, crura, pedes, nasum, aures, vel aurem integram, oculum, verenda, id est, virgam, vel testiculos vel aliquod horum ei abscisum est contra eius voluntatem: tamen dum daret rei male operam, ut suffodiendo domum ad furtum, vel quia inuentus est cum vxore, matre, filia, aut forore, alterius in turpi actu, vel in lecto vno, ut liquet cap. si quis absciderit, cum sequentibus, quinquagesima quinta distin. Idem intelligo si quis se castrari permiserit, non ob infirmitatem, sed ad vocis cõseruationem, etiã à parentibus. Et insuper quotiens quis ex impatientia, vel nimia indignatione rabidè abscidit sui corporis proprij partem, quanuis notabilis

bilis non sit, dummodo appareat deformitas facile, siue in facie, siue in manibus, siue in pedibus: dummodo claudicare faciat. Debet autem esse factum publicum, quod ex dignatione hunc liudrem sibi met ipsi intulit, ut irregularitatem incurrat. Secus si sit secretum, non illam incurrit, nisi in casu, quo illam modo dicto incurrit alij corpore viciati. Cõmunis est doctrina, iuxta cap. his qui partem quinquagesima quinta dist.

§. V.

NULLVS Defectus membri, non impediens celebrationem ad altare, absque culpa causatus, inducit irregularitatem, ut est castratio ipso inuito (dum puer esset) facta à patribus, ob vocis cõseruationem, vel se consentiente ob Herniam, rupturam, vel aliam infirmitatem: cui deficiunt duo digiti posteriores, manus etiam vtriusque, luscus, siue vno oculo carès, dummodo pupilla, & si nullius vtilitatis sit appareat, ne causetur notabilis deformitas. Ex quo intelliges. Quod si cap. Evangelica. vbi supra, Monoculum dicit irregularem, illum deternit, qui oculum habet aridum, clausum, vel absque pupilla & deformem: sic etiam gloss. cap. 2. de verborum signifi. in. 6. hoc intelligit nomine monoculi. Similiter claudus irregularis non est: qui tamen stare potest ad altare, & in illo esse absque baculo: & similiter gibosus, dummodo non sit adeo contractus, ut nulli altari sit aptus: nisi que sit ad terram inclinatus. Demum quicumque membri defectus impediens celebrationem, siue vsum alicuius sacri ordinis, constituit irregularem, quoad illum actum, quem facere non potest,

nisi indecenter, & cum notabili turpitudine, vt si quis totaliter brachium vnum nullatenus eleuare possit, sed cogatur vnico tantum hostiam sacram, & calicem eleuare, vel alicuius manus totalem vsu amiserit, vt fractionem hostiæ nequeat facere ambabus: Tamen tales non redduntur irregulares quando contigit hic defectus, ad audiendas confessiones, & ad alios actus ordinum sacrorum, qui non egent illo membro, ad vsus executionem. Ex quo contra ridiculam, & absque fundamento, illam simplicem vulgi opinionem, quod spadones etiam absque sua culpa castrati, nequeant ordinari, aut ordinati ministrare, absque hoc, quod testiculos abscisos auro, vel argento inclusos (tanquam Sanctorum reliquiæ) secum habeant, & portent, hæc stulta fuit apud rusticos introductio: ab Ecclesia autem sanctissimè institutum, quod qui se sua culpa defectuosos & foedos reddiderunt, vel sine sua culpa taliter sunt manci & impotentes, vt nullus etiam mediocris fortunæ homo, ad ministerium suæ mensæ admitteret, ad tremendorum Angelis Sacramentorum administratione, & Dei cœlesti mensa arceantur: Idem dicimus de leproso irregularem esse, tam respectu suscipiendorum ordinum, quos non habet, quam respectu administrationis in susceptis: vt expresse decernitur, cap. cum percussio. 7. q. 1. & cap. de rectoribus. & cap. de clerico a grot. Quod autem ibi decernitur, de lepra, illo cap. inuoluto decernunt, & intelligunt, de quocunq; foedo contagio exteriori graui: quale est illud Gallici, siue Indici morbi, siue lepræ, quem Hispani *Bubas* vocamus, præcipue

capue quando sunt speciei nobilioris, quod ita exterius exeunt, vt horrorem causent & scandalum, in Sacrosanctorum Sacramentorum administratione: quæ doctrina certissimè colligitur ex argumento legis illam. ff. ad legem Aquilinam. Hoc maxime aduertant Episcopi, & ipsi infecti: nam tali morbo durantes in suam damnationem celebrabunt: sed adeo hoc fructum redditum est commune, ob nimiam inuerecundiam, vt illis admirationem abstulerit & scrupulum: eadem doctrina colligitur ex argumento, capit. 2. de translationibus Prælatorum.

§. VI.

QVI Epylepsiam, morbum caducum, qui ab Hispanis, *Mal de coraçon gotacural, o desmayos*, vocatur (nam de omnibus his morbis, qui casum patientium causantes rationis vsu priuant, eadem est ratio.) De his igitur ad iudicandum, quando irregulares sunt ob morbum, distinguendum est, vt distinguere docet Philosophia medicina. Imo quod cõmunis est, ipsa experiëntia: sunt enim quidam epyleptici, qui vehementissime corripiuntur, cadunt subito, strident, fremunt, & spumant, & colliduntur, furiosissime: ij tales, morbo perseverante, sunt irregulares, & ad suscipiendos ordines, & administrandum in susceptis, præcipue à missarum celebratione: & hoc expresse decernitur cap. in literis. 7. q. 2. & dum durat hæc infirmitas, irregularitas est non dispensabilis, nisi a solo summo Pont. qui neque debet dispensare, ob multa pericula: sunt & alij, qui ex fumetatione quadam

putridi

putridi humoris ad cor, & cerebrum: emoriuntur & deficiunt, sed non sic furiose: & insuper habent quædam præuia signa aduentus illius accidentis passionis, & sic calum præuenire possunt: & cum his potest Episcopus disponere, & Abbates cum suis. Imo & alij religionum prælati, quo ad suos, vt ministrent in suis cœptis: & si cessabit morbus per annum integrum, possunt dispensare vt suscipiant alios quos nõ habent ordines: vt expresse colligitur ex responso Alexand. secundi citato, cap. ex literis. Sed quod experti sumus, & adnotarunt peritissimi medici, morbi isti, ante vigesimum quintum ætatis annũ, consumuntur ætatis progressu, sed cum illuc, vltra perseverant, aut raro, aut nunquam.

§. VII.

OMNIS Energumenus, id est, à dæmonio possessus in corpore, vel ad temptus (qui arreptitius dicitur) est irregularis: sed si signis constiterit dæmonem exiisse, vel Sæctis Ecclesiæ exorcismis, vel per miraculum alicuius sancti. eijcientis, virtute Dei, vel quod per annum integrum cessauit: potest talis ab Episcopo dispensari, vel à suo ordinario prælato, vt ministret in susceptis: & etiam vt non susceptos recipiat, quidquid Nauar. contra nitatur, cap. 27. num. 204. & loca iuris & textus ab illo allati loquuntur expresse de dæmoniis, & energumenis: curatus autem exorcismis, vel Sanctorum orationibus & miraculo, non sunt dæmoniaci iam, & per consequens, neq; irregulares: secus qui monachus brachiumq; habens aridũ, virtute diuina, vel miraculo per Sæcti alicuius reliquias, quas tegit inter-

intercessionem, vel viui orationem, sanus omnino factus, esset irregularis, quia fuit mancus aliquando, quod est omni risu dignum: & idem quod nos, tenuit S. Anton. 3. part. tit. 28. cap. 5. imo est expressa decreta doctrina, cap. communiter. 33. dist. Omnis seruus seruitute iusta, dum illa durat, est irregularis, & si subreptitiè ordinetur maioribus saltim subdiaconatus fecit contra iustitiam, & mort. peccauit, teneturque reddere domino suo alium loco sui, vel pecuniæ quantitatem, vel aliud valens sui iustam æstimationem: secus tenetur in domo domini sui manere, & obsequi in omnibus, quæ non sunt ordinibus sacris, præcipue sacerdotio indigentia: & si Episcopus sciens ordinauit maioribus, seruum suum vel alienum, eo ipso remanet liber, & Episcopus satisfacere tenetur in iustitia, & in cõscientia domino serui alium, vel pretium iustæ æstimationis.

§. VIII.

HERMAFRODITVS (in quo magis viget & apparet sexus muliebris, quàm virilis) est irregularis, & incapax ordinum sicuti mulier: & sic si talis ordinaretur nihil fieret, nisi sacrilegium. Si tamen euidentius & vigorosius appareat sexus virilis, à solo Papa est dispensabilis vt ordinetur: & si sine dispensatione fiat factum tenet, nequit tamen ministrare sine dispensatione Papæ, vt decernitur expresse capit. illiteratos. 36. distinct. & cap. Sacerdotes. 49. distinct. Ex qua desumitur argumentum, quia talis est monstruum magnum, quod ab hominibus abhorretur.

§. IX.

§. IX.

AD Hanc secundam speciem corporalis vitij, redducimus defectum natalium: & sic omnis ex damnato concubitu nascens illegitimus, eo ipso est irregularis, etiam si communiter pro legitimo habitus sit ab alijs, dummodo seipsum illegitimum sciat: sed sciendum est obiter, quod qui natus est ab vxorata & pro filio sui mariti educatus, etiam si ex adulterio natus sit, non tenetur in iustitia, neq; in conscientia credere adulteræ matri dicenti sibi, quod non sit legitimus, dummodo illucque ab ambobus filius nuncupatus sit, & communiter habitus mariti & vxoris, cum rigidissima esset doctrina, quæ hunc ex hoc solo (& si crederet verum testimonium) vt se contra honorem & existimationem pro illegitimo sententiaret & damnaret, reclamante natura. Quod autem illegitimi omnes sint irregulares, habetur cap. 1. & ultimo. de filijs presbyt. & cap. cum pridem. de renuntiatione. cum glossa sua. Solus summus Pont. dispensare potest cum illegitimis ad maiores ordines, & ad beneficia curam animarum habentia annexa, & dignitates, siue personatus quoscunque Ecclesiasticos. Potest tamen Episcopus dispensare ad minores quatuor ordines: potest etiam illegitimis dispensando conferre simplex beneficium, & Canonicatum collegiatæ Ecclesiæ: non vero dignitatem aliam collegiatæ, neque cathedralis Canonicatum, bene tamen portionem. Per solenne religionis votum, siue professionem, tollitur hæc irregularitas quoad ordinum omnium susceptionem, & eorum usum: non tamem, quoad dignitates religionis: quales sunt Abbatia, & Prio-

& Prioratus etiam sub Abbatæ. Aliæque prælaturæ etiam monialium, nisi ex Papæ dispensatione super quibus hisce diebus, anno 1586. exijt rigidissima decretalis Sixti Papæ Quinti, etiam hucusque dispensatos illegitimos omni ecclesiastico temporario officio honoris, & omni dignitate priuans, & eos qui ex sacrilego erant nati complexu ab ordinibus suscipiendis, & in susceptis ministrandi arcens: sed & si hæc decretalis, satis utilis & conformis erat iuribus antiquioribus: tamen ab Innocentio Nono, qui solis duobus mensibus vixit, post Sixtum Quintum Pontificem: & a Gregorio Decimoquarto, qui annum post Innocentium non compleuit amborum Pontificatum, moderata est: est & suauior reddita hæc decretalis quo ad iam dispensatos per summos Pontific. vel per religionum generales Apostolico priuilegio suffultos, & tantum in posterum dispensationes religiosorum ad dignitates reliquere generalibus capitulis, vel eorum diffinitorio, capitulo durante, quod in idem ferè reddit.

§. X.

AD Hanc speciem secundam etiam reducere libet defectum famæ. Sunt enim irregulares infames infamia iuris, id est, ij qui iure sunt infames signati, præcipue Canonico, & hoc etiam post peractam pœnitentiam, vt habetur expresse capit. in aliquo. 51. distinct. & capit. Euthimium. 2. quæst. 3. hinc colligitur. & etiam qui iure civili, siue legibus Regijs demerentur infames: sunt irregulares quoad susceptionem ordinum, vt tenet Gonzalus à Villadiego, Tractatu de Irregularitate.

cap. 1. num. 31. & Theologi Summistæ, Ricar. in. 4. dist. 25. articulo. 6. quæst. 1. Syluest. verbo, irregul. §. 10. & etiam sunt irregulares infames infamia facti, id est, qui fecerunt notoriæ infamæ facinus, quale est periurium notoriû, vt habetur cap. infamibus. de regul. iur. in. 6. & cap. infames. 3. q. 7. & cap. omnipotens. de accusationibus: & cap. non confidat. Sed differentia est, quod cum infamibus iuris infamia, solus Papa, cum infamiam facti patientibus, Episcopus dispensat, siue ordinarius Prælati: sed ad hanc etiã irregularitatis speciem redducunt defectum ætatis, si defectus sit notabilis: id est, quatuor, aut quinque annorum, iuxta Clementi. II, qui finalem. de ætate & qualitate. Nam aliquo anno vel etiam duobus præuenire tempus ab Ecclesia statutum in ætate, peccatum mort. est sine dubio: quæ autem pœna incuratur, tractauimus supra, præced. cap. dum de suspensione nobis esset sermo: hoc certum, tales irregularitatem non incurere: an autem suspensionem? vide ibi.

§. XI.

DE M V M Sunt huius speciei irregulares (quo ad Presbyteratus ordinem suscipiendum, & ministrandum in suscepto) habentes defectuosum stomachum, ita vt vinum non possint retinere, sed statim euomunt, dum experiuntur defectum: sed cum hoc tali posset summus Pont. dispensare, vt Eucharistiam in Missa sub vini specie non sumere, sed hostia sacra sumpta sanguinem sacrum suscipere alius Sacerdos ad id paratus. Quidquid Nauarro contradicat, vbi supra, num. 204. neque contra hoc decernitur in cap. comperimus, cum alijs textibus

tibus ab eo citatis: nam Gelasius Papa, ibi reprobatur, & damnatur Eucharistiam sub vna tantum specie à sacerdote sumi, absque dispensatione & necessitate dicta: nam hoc ad libitum factum esset magnum sacrilegium: de quo ibi summus Pont. & idem, si non sumere sub vini specie, procederet ex superstitione propria. Licuit, in quibus huius secundæ speciei irregularitatibus, solus Papa, & in quibus Episcopus, siue Prælati ordinarius (quoad exemptos) dispensare possit ordinario iure: nam de priuilegijs, hic non loqui libet, quia esset infinitus processus: tangemus aliqua quarta parte huius summæ, cum de absolutione agemus.

§. XII.

TER T I A Irregularitatis species nascens est, ex homicidio & membri abscissione: iustissimè enim sancta Mater Ecclesia, occidentes & mutilantes etiã iuste alios homines, à ministerio altaris mansuetissimi agni immaculati arceri iussit, cum sacerdotes & ministri altaris illum repræsentare debeant, qui cû occideretur non aperuit os suum, vt optime S. Tho. 22. q. 40. artic. 2. notat: vnde quicumq; qui fuit causa mortis, etiam iustæ, vel mutilationis alicuius membri principalis, iubens, consulens, vel etiã exequens, est irregularis: si hæc, vel illorum aliquot, fecit post susceptum Baptismum: nam infideles ob homicidia, ante Baptismum facta, non fiunt irregulares post baptismum susceptum, sunt autem si bigami fuerunt, ante baptismum: huius autem differentia nequit alia ratio assignari, nisi quod sic iure canonico est decretum: & omnis irregularitas (vti sæpe diximus) iure positio est introducta in nouo testa-
N mento,

mento, vt liquet cap. is qui. de sent. ex cōmunicat. in 6. & c. si quis viduam. 50. dist. Dixi qui fuit causa non mine causæ non solū in iudicio iudex venit intelligendus, sed & assessor, & quicūq; mortē consulēs, cum causa consilians, ad efficientem, secundū Aristotelem reducatur: scriba vero, siue tabellio, qui nō vltro se ingessit in causa capitali scribēda, & testes qui cogūtur ab eo qui potest, & cui obedire debēt, & veritatem iuridicē interrogati, sub iuramēto dicunt & declarant, nisi sint iam in sacris cōstituti, vel gaudeant immunitate Ecclesiastica, nō fiunt irregulares, etiam si mors sequatur rei: neq; contrariū huius doctrinæ mihi vnquam persuadere potui: esset enim (vt postea dicemus) inuitabilis pœna, & indecēs, & inextricabilis nodus in suauissima lege Dei: addimus, nisi sint in sacris, vel gaudeant immunitate fori Ecclesiastici: quia isti tales cogi nō possunt à iudice seculari: & sic in causa mortis testificantes si sequatur, fiunt irregulares. Similiter si tabellio cogi nō posset à iudice seculari si scriberet in similibus mortis & mutilationis causis, illis secutis fieret irregularis fecus non. Dixi consulens, quando est consiliū efficax, vel mouens aliquem, vt occidat, vel mutilet: nam si simpliciter quis audiēs alicuius culpas dicat, reus mortis est, simpliciter, vel Ecclesiastici domini temporalium iurisdictionum dicūt suis iudicibus secularibus, Facite iustitiā & procedite iuste sine timore, etiam si pēdeat actu grauissimæ causæ sanguinis, nō fiunt irregulares: quia istæ cōsilia generalissima sunt, quæ etiam à sacerdotibus dicta: imo & à concionatoribus, sunt decētia & honesta, vt liquet. c. de Prælati. dūmodo non sciant ipsi, q̄ illo

dicto

dicto mouebuntur ad occidēdū, aut militādū, & fecus nō.

§. XIII.

Insuper, quicūq; instrumēta mortis dat alteri, eo fine, vt occidat, vt arma, tormēta bellica, ligna, lapides, venena, sagittas, est irregularis, sicut ipse qui occidit: quia maximus fauor & auxiliū est arma præbere ad mortē, & instrumēta ad efficiētē causam reducūtur, vt testis est Philosophia: simpliciter autē arma vèdere etiā militibus, & iustitiæ executoribus, vt gladios, enses, sclopetos, sagittas, ballistas, vel cōmodare, etiam si illis mille mortes fiat, nō facit irregularē, cū non sit causare, vel adiuuare occisionē, vel mutilationē ex suo intēto & fine: fecus si quis arma daret furioso, de quo cognoscebat & furiosum esse, & q̄ periculū erat suæ occisionis: tūc enim ratione periculi incurreret irregularitatē, iuxta illud, qui amat periculū, peribit in illo: & mortis reus esset. Et obserua maxime, q̄ irregularitas præsupponit intētionē, & q̄ occisio, vel mutilatio, directē vel indirectē sit volita, vel virtualiter: nā qui bono, vel etiam malo aliās animo aliquid dicit, vel scribit: ex quo alteri secuta fuit mors ab aliquo illi illata: nō tamen directē, vel indirectē, neq; virtualiter illud dixit, vel scripsit, vt occideret, sed alio animo bono, vel etiam malo detrahēdi, nō fit irregularis: causæ enim remotissime, & ex quib' effectus per se, vt sequatur, neq; virtualiter est intētus, nō sunt dicēdæ causæ: similiter, neq; sunt irregulares qui cōsulūt licitoribus, siue spiculatoribus alijsq; iustitiæ carnificibus executoribus, vt suū officiū peragāt, absq; crudelitate, & liberaliter sine torpore, quia hoc mortē cōsulere nō est: neq; eius accelerationē per se, neq; virtualiter,

N 2

sed

sed tantum leuamen patientis, & vitare crudelitatem in Christiano homine: vnde liquebit ingessisse scrupulos, homines indiscreti moratos, qui in extremis laborantes non sinunt, etiam enixè rogantes, ab aliquo altantium moueri, & in latus aliud verti, quasi ex hoc acceleretur mors, quæ magna stultitia est: quia cum neq; certum sit ex versione accelerari mortem, neq; eo animo fiat, potius est subuentio misericordiae: & esset inñitos clericis & religiosi infirmis seruientibus ingerere scrupulos, contra misericordiae opus: & sic vidimus aliquos, ex his stultis scrupulis, elegisse contra naturæ ius, extreme dolenti nõ subuenire, quam irregularitatem (quam ipsi sibi stultè pinxerunt) incurrere, non intellecta Doctorum doctrina, vt est videre apud Gonsal. à Villadiego, tractatu de irregul. cap. 6. nu. 34. Secus esset si infirmum verteret, vt citius moreretur, motus pietate stulta in patientem, vel malitia, vel sagittam extraheret, vt moreretur: tunc enim irregularis fieret: ad quæ & ad similes casus iudicandos, necessarissima est, materiae de voluntario & inuoluntario, fundametalis & Theologa cognitio, de qua Theolog. docto in. 2. dist. 24. & 25. disputatur, & noster S. Tho. 1. 2. q. 6. vsq; octauam, quem nos interpretati sumus. Vnde huius ignorantia doctrinae iuris periti recte (vt & ipsorum doctissimi nobis confessi sunt) nõ possunt de morte & eius acceleratione voluntaria iudicare: & Nauar. & D. Didacus Couaruias, quos ex eis omnibus magis ad verum accedentes libuit in pluribus sequi, humiliter & exacte Theologos (quos multos consuluerunt) & sic fateamur & nos in multis huius materiae irregularitatis, eos sequi, præcipuè D. Didac. Couar. & certè si, &

summæ

summæ huius (iuxta nomen ipsum) breuitas & humilitas, siue styli planicies (cũ omnibus scribatur) pateretur, ad epythome aliqua de voluntario reduceremus: sed placuit ob dictas rationes desistere, & certiora & probatiora in hac materia proponere, & quasi hoc Canone pro pluribus satisfacere nitimur, quod quicumq; faciens aliquid volens facere, hoc est ex intèntione: ex quo naturaliter semper, vel prope semper, vel multoties quasi naturaliter mors sequatur, vel membri abscissio, & mors, siue abscissio secuta sit, etiam non volita in se: imò quam opus faciens odiret maxime sequi, est irregularis, & similiter faciens opus percussiois, quod in occisionem & membri principalis mutilationem dirigebat, quã præcipue intendebat, tamen ille ex accidenti effectum non habuerunt, sed plaga non mortalis secuta fuit, nõ est irregularis, quidquid Nauarro renuat cap. 27. nu. 211. cum irregularitatem non inducat, nisi opus secutum in effectu, secundum ipsum & omnes, & iure positiuo Canonico irregularitatis sententia in occisorem & membri mutilatorem in effectu realiter secuto lata est, neq; extra ius, secundum iuris peritos omnes, nulla est ponenda noua irregularitas, vt & ipse concesserat superius nu. 193.

Occidens ob defensionem sui, nõ est irregularis. §. XIII.

INSUPER non est irregularis quicumq; seipsum defendens si inuasorem occidat, aut membro principali priuet, si alia via commodior non est effugiendi periculum, vt habetur Clement. 1. de homicidio. Quam si S. Tho. vidisset contrarium non affirmaret, sed fuit ille illa antiquior annisq; plus

N 3

80.

80. illam præcessit : & sic contra hanc doctrinã secundum iura quæ suo tempore extabât, affirmavit irregularem talem esse. 22. q. 64. art. 7. ad tertium. & consequenter irregularis non est, qui arma dat inuaso, vt inuasorem occidat, si alia via vitam propriam, vel se defendere nequeat, quia in hac armorû commodatione tuitio vitæ eius cui comodatur intenditur, & non alterius mors directe, nisi quando alia effugiendi via non est. Similiter non est irregularis, qui in bello iusto hortatur milites ad pugna, quia huius hortatus, præcipuus & per se volitus finis, victoria & pax est, & securitas: occisiones vero, per accidens, vt dicunt Theologi, & actiones morales, ex fine per se iudicandæ sunt, vt philosophia morum docet.

Interrogatus à quodam doctissimo simul & vigilantissimo Episcopo: nũ sit irregularis, qui ob defensionem proprii honoris, vel suorum bonorum, iuste possessorû, occidit, aut mutilat? & respondi, & respondeo (re melius perspecta) q̃ grauissimis personis magnatibusq; licet occidere pro tuitione sui honoris iusta, absq; vlla irregularitatis incurSIONE, si alia nõ superfit via: quidquid Caiet. 2. 2. q. 40. art. 2. & Nauarrus cum illo, alijque iuniores contra nitantur, absque ratione aliqua: si enim quis vellit equitẽ, vel aliam nimis grauem personam fuste, vel arundine, vel alapa percutere, vel illum alio modo foedare, vel nudare foedẽ potest ille (si alia nõ adfit via) vti moderamine inculpatæ tutelæ, & inuasorem illo supposito occidere, ne hanc infamiam patiatur: & ratio huius doctrinæ est (quã & fatentur Theologi fere omnes, & Canonistæ recentiores)

quia.

quia secundum doctrinam etiam contrarium affirmantium & omnium communem, magis æstimandus est honor talium personarum, quã vita mediocris hominis: imo iuste possessus honor præstat vitam iniuste intentantis illum auferre: imo in aliquibus magis æstimatur, quã vita propria, cũ sine honore vitam transigere, sit illis morte turpius, & hoc idem liquebit amplius infra.

§. XV.

DICES, quid si occidat, quis homo mediocris, vel etiã infimus, aliũ maioris fortunæ, vel æqualis? Respondeo, q̃ si ob tuitionem proprii honoris (in hoc iusto enim euẽtu loquimur) homo infimæ sortis occideret Dinastam, Principem, aut Comitẽ, vel equitem nobilem, magnum vè virum, quod iudicaretur, & in cõscientia, & in iustitia iniustus homicida, & mortis reus, & irregularis per consequens: quia & si vim vi repellere liceat omni iure, tamẽ ob magnam, & adeo excessiuam distantiaẽ valoris personarũ, respectu corporis Reipub. non est ferẽ vis: imo neque in rigore honor personæ infimæ sortis, vel nõ multũ distãtis ab infimo, honor dici potest, neq; auferri respectu Principis, vel dinastę, vel magnatis: nã nos in bona & vera doctrina nullam volumus haberi rationẽ collationis honoris ad vitã, quã fatemur libẽter maioris ordinis vitã esse, quã honorẽ in eodẽ, & in diuersis, tamẽ quia me honorẽ auferre tentauerit aliquo foedo actu, si alia via illũ tueri non possum, licet defendere etiã occidendo inuadentem, & in cõsciẽtiã & externo foro. Imo si res domesticas, & pecunias, vel vestes non possem alia via defendere, nisi occidẽdo inuasorem, vt fit inde

prædantes in vijs & montibus, liceret inconscientia & iustitia, cum dicto moderamine tutelæ inculparæ (ideſt quod ſine principali intenderem & primario res meas iuſte ab iniuſte volente prædari, tutari, & defendere: imo & vitam virtualiter cū illis) occidere inuaſorem, abſq; peccato, & abſq; incurſione irregularitatis: & certe neſcio, quam promiſſionem, aut fideiuſſionem, vel quam ſcripturam firmitatis habuit à prædonibus & viarum graſſatoribus, quod non occident eos, qui petentibus crumenas & veſtes poſteaquam vltro dederint, Pius Nauarro qua conſiſſus affirmet, non licere prædones, aggreſſores, ſupradicta petentes occidere, & quod ſi occidat quis tales irregularitatem incurret, cum quotidie experiamur ſpoliatos primo poſtea occiſos: ita quod ſimiles occidere nõ ſolū eſt ob tuitionem rerum, ſed & vitæ in dubio & periculo: & ſic ſolum tenere verum dicimus doctrinam Nauar. & quorundam aliorum, quando furtum ſit abſcondite, & abſq; ſpecie violentiæ, vt cum quis furtim à domo ré aliquam, vel à vinea, vel horto fructus latentem furaretur: tunc enim occidere tales fures nõ liceret inconſcientia, & eſſet culpabile homicidiū, & ex illo irregularitas incurreretur, cum proprias res cum minori damno defendere quis poſſet ſuas, cū tales clam, & potius cum magno metu furētur, & à quocumq; mure fugiant, vbi autē quis latro reſiſteret cū armis, iā tūc virtualiter vitæ propriæ deſenſio ſe inuoluit, & occidere licet modo dicto, & abſq; irregularitate, poſt dictā Clem. 1. de homicidio. Tāta eſt iuſtæ deſenſionis fortitudo, cōtra quā cūq; iniuſtā aggreſſionē, cui alia via nõ poſſet ob-

uiari,

uiari: ſi autē Nauarro oſtēderet nobis ſignū, in quo certo cognoſceremus; q̄ prædones nullatenus mortē vellent inferre, ſed contenti eſſent crumena, forſam Eccleſiaſticis (quamuis & hoc vix) ſuādere conaremur ne illos occiderent, neq; ſe defenderēt: ſed cum plures ſacerdotes viderimus, & alios ſeculares poſt de prædationē occiſos, ligatoſq; nudos arboribus relictos, morti expoſitos, & hoc ne forte aliquē prædonū cognouerit ſpoliatus, & ne annūtiēt miniſtris iuſtitiæ vbi ſint, ex quo ſequatur eorū ruina, dicimus, ſe tutē poſſe defendere quēcumq; & illos occidere, ſi alia via effugiendi non ſit, abſq; irregularitatis timore: & ſi aliud non adſit impedimētum, poterit ſacerdos celebrare ſtatim.

§. XVI.

Quicumq; defendens alterū etiam fratrem, vel patrē, ſi aggreſſorem occidat, cū quocumq; moderamine, eſt irregularis, quia Clem. prædicta, & ſepi⁹ citata. 1. de homicidio. ſolum exceptauit ab homicidio eū, qui inuaſorem occidit in ſui ipſius deſenſionem: & nullam mentionem facit de alijs, etiā filij deſenſione, vel patris, ſolum ab indecentia extrahens ne irregularitatē incurrat, eū qui id q̄ tam naturale eſt atq; propria deſenſio, etiā excidio iniuſte inuadētis. Tamēnos addimus, q̄ ſi quis turbinē rixæ intrauit deſenſurus alterū, & poſtea ad tales deuenit anguſtias, vt ſit in periculo proprię vitę amittēdæ, quia aggreſſor cōtra alterū, illo relicto, cōtra deſenſorē cōuerſus eſt: tūc ſi occidat talē aggreſſorē, neq; homicidij reus eſt, neq; irregularitatē incurrit, quia iā non alterius vitā tuetur, ſed ſuā propriā, & hoc eſt nouiter excerptum ab antiquiſſimo fundamento,

damento, & cum doctissimis Canonistis, & Theologis collatum, illis maxime placuit.

§. XVII.

Commodans arma alicui, vt suam tueatur vitam propriam ab aggressore iniusto, non est irregularis: & si alter cum illis armis aggressorem interimat, quia finis commodationis armorum proximus, & per se (vt Theologi dicunt) est licita naturalis, & iusta tuitio sui: occisio autem, non fuit intenta per se ab ipso occidente: ergo minus multo accommodante arma. Qui monet iudicem, vt inquirat malefactores, & vt cõdigna poena puniat, nõ est irregularis, quia hæc monitio iusta est: neq; per se, vel directè mortè, vel mutilationè causans. Similiter qui iniuriatus grauiter est, & petit suã iniuriã propriã, & si iniurians capiatur, & suspendatur, vel mēbro priuetur, nõ est irregularis dūmodo, si in maioribus ordinibus cõstitutus est protestationè faciat, ne pro cedatur ex sua querela ad occisionè, vel mēbro præcipui mutilationè: nam clericis ordinatis iubet ecclesia ob decentiã & lenitatè statui suo debitã, cap. ne delicta. & sic tales etiã si proprij fratris filij, vel patris iniuriã quærant, si ex eorũ requisitione occidatur, vel mutiletur mēbro reus, sũt irregulares: nõ tamè si sub dictã protestatione dānum recip. vel cõmunitatis suæ quorũ sunt membra puniri petatur: quia tũc propriũ malũ & dānum vindicari petunt, vt si Episcopus, vel Decanus suæ ecclesiæ, vel capituli, Abbas, vel monachus sui monasterij, vel ordinis, dānum resarciri petat, vel si clericus accussset eũ qui furatus fuit paterna bona: ex quibus partè sperat iure hæreditario, vel etiã si accusauit raptorem suæ

suæ fororis, vel cõsobrine, quã domi habebat clericus, si parentes nõ habeat: & si illos habeat, potest ecclesiasticus suæ domus fractionis iniuriã quærere, cũ dictã protestatione, cap. ne delicta. & nõ debet hæc protestatio cæremonialis tantũ esse, sed q̄ vere in querela nõ intèdatur mors dānicatis, vel mēbro abscisio: sed iusta dāni cõpensatio. Neq; irregularitatè incurrisse iudicadus est ille ecclesiasticus, qui si ne prædicta etiã protestatione à iudice quæreret vindictã dāni, ob qđ nemo sanæ mētis crederet, neq; timeret, qđ reũ occideret, vel mēbro præcipuo priuaret, vt si ob raptũ vuarũ de vinea, vel olerũ, vel pomorum de horto, si stulte iudex ob talia occidat, & mutilet, quæ leuia erãt de se: neq; multo minori digna poena.

§. XVIII.

Deferētibus autè ligna ad cõburēdos iudaizãtes, vel relapsos hæreticos cotumaces, dubiũ nõ est, qđ si viuus illis in pirã eijcedis supponãt ligna ab aliquo quocũq; fiat sancto zelo vindictæ sanctæ religionis, & fidei relictæ, fit irregularis ob indecētiã executæ mortis, & ex sua parte causatæ: si autè mortui coburatur post stragulationè, tũc ligna & farmēta supponere potest quiuis abiq; timore irregularitatis: de cõmodate, date, vel vedente, gladiũ ad decapitandũ aliquẽ, aut scapas, aut cordas ad suspendendũ, aut mēbro truncadũ, si eo animo fiat, cooperatores est mortis, & causa instrumentalis: & per cõsequēs dicimus irregularè fieri: & similiter qui iudicẽ tãquã facteles, vel minister actus iustitiæ executionisq; cõmittatur autorizãdo, vel iuuãdo quodãmodo: quia tales ad causã reducũtur agētè: sed qui vederet gladios vel funes, vel casu vederet pro vsu gladiatorũ & funũ licet cotingeret, qđ illis quis occideretur, vel se occideret,

cideret, vel si vi cogereetur à iudice ad danda, vel vèdenda supradicta, vel ad comitandú se in executione actus iustitię occisionis, vel mutilationis, nõ esset irregular. quidquid voluerint Canonistę aliqui: nã in lege Dei, & eius sanctę Ecclesię, nõ est admittenda talis inevitabilis perplexitas, q̄ scilicet, nõ obediendo iudici, siue potestati dicatur quis peccare, & Deo (à quo est omnis potestas) & eius volútati resistere, & q̄ obediens talé incurrat notã, siue pœnã, qualis est irregularitas: & insuper quia ridiculú esset me fore irregularé, ex eo q̄ quis gladio què vi à mea vagina eduxit, vel ipsa manu mea, quã ipse me invito movit, occidat alterú, vel mēbrú abscidat. Idé dicimus de omnibus etiã sacerdotibus exhortãtib; ad bellú cõtra infideles, & ministrãtib; cibos & armamilitib; (dũ ipsi proprijs manibus nõ occidãt) irregulares nullatenus sunt: at si bellú esset iniustú ex sola hortatione (dũ mors aliqua sequeretur) irregularitas incurretur. Si autem quis sacerdos deductus esset ad arctú terminú periculi vitę, scilicet, q̄ metú viri cõstantis ex minis haberet, q̄ aut declaret, vbi abscõditus esset quis occidendus, aut nisi declaret aliquid, ob q̄ occisus quis fuit postea, dico in ambob; iniustis casibus, clericú talé in sacris constitutú, nõ fieri irregularé, & si mors secuta fuerit ex eius declaratione, quia sicuti si ipsemet occideret, ob suę vitę defensioné, irregularis non esset (vti dictum est) sic neq; qui ne moriatur dicit aliquid: ex quo sequatur mors alterius, quia suę vitę periculú vitare potest & tenetur, licet medium tale, ex parte mortis timore cogentium, sit tyrannicum, & omnibus modis abominandum: hæc dicta vtcúq; sint, vt sciat legēs

quæ

quæ occisiones voluntariæ sint, & quæ non impudentur.

§. XIX.

DE membri mutilatione, & si aliqua dicta sint supra (cum de membrorum defectu in corpore viciatis, quoad irregularitatem ageremus. §. 4.) dicimus tamen ob maiorem claritatem, non cuiuscumq; membri abscisorem & mutilatorem irregularem esse, nisi ille qui tale membrum abscidit, cuius defectus est notabilis ad opera naturalia, vel causat notabilem fœditatē, siue deformitatem, priorú exemplum, vt abscindere manum, pedem, vel quęcumq; ex duobus primis digitis manus vtriusq; pollicem, scilicet, & indicem, & debet intelligi de totali abscisione & separatione: nam & si ex ictu quis mancus reddatur, dummodo digitus ex duobus digitis, manui, & manus brachio, & brachium humero semper adhæserit, vel pes cruri, & crus cincturæ, percutiens irregularis non est. Similiter est irregularis amputans testiculos, vel virgam genitalem, quia ex tali mutilatione quis inhabilis redditur ad generationis opus naturæ. Exempla secundorum membrorum, vt abscindere nasum, eruere quemcumq; oculum, labium superius, vel inferius, abscindere aurem quamcumq; magna ex parte, quia istęc notabilem inducunt deformitatem: hæc sint dicta ex certiori doctrina, & si in aliquibus dissentiamus merito à Nauarro, vbi supra, & glossa sup. cap. his qui de homicidio, in. 6. Qui ita oculum alicuius percuteret, sic vt totaliter visum auferret ab illo organo, licet pupila remaneret integra quoad apparentiam, & neque deformitatem causaret, irregularem non iudicarem, quia in membris geminatis, vno pri-

uato

uato suo actionis naturalis vsu, remanet alterum: & suppositum fuit, quod non caufaret deformitatem. Non ignoramus, quod. c. quod in dubijs. de pœnis. &. c. Sententiam. de clericis, vel monachis: decerni videtur, contra à nobis excõmuni sentẽtia decisa, q̃ hortantes & consulentes, etiam bello iustissimo, si mors, vel mutilatio sequatur mēbri, etiam infideliiũ fiunt irregulares: sed si æquis oculis legantur citati textus decernũt, id si finis hortantis, siue ministrantis arma in bello iustissimo, primarius & directus, sit occisio hominũ aduersariorũ etiam Turcarũ, vel membrorum abscisio: non autẽ fiẽt irregulares, neq; illi textus illos irregulares decernũt, si finis eorũ per se intentus sit pax, tranquillitas, & securitas filiorũ ecclesiæ: & hãc esse intelligẽtiã verã illorum textuũ, approbavit praxis totius Ecclesiæ, quantum clericos, tũ & monachos, & fratres, absq; vllò timore, & nota vidimus, & legimus in historijs in bellis iustis adhortantes ad bene pugnandum.

§. XX.

DE medicis autem, & chirurgis, dicimus quod & si membra putrida & infecta secare iubeant & fecent, non sunt irregulares, neq; secundum iura, secundum quæ sola (vti non semel diximus tantum) omnis irregularitas est iudicanda: in alio casu illos irregulares iudicare quis poterit in foro conscientiæ, sicuti neq; in externo: nisi solum cum ex eorũ malitia, vel imperitia artis, vel magna negligentia, moritur infirmus: tunc enim in culpa mortis, vel sectionis membri sunt, & fiunt irregulares: vnde nulla applicatio medicinæ facit irregularem, etiam sacerdotem, dummodo sciat recte quid facit, secundum

dum Philosophicę, medicinæ etiam experimentalis regulas: ex quo colligetur, quod quidquid fit aut consulitur, causa siue sine salutis, nullum habet periculum irregularitatis, etiam sanguinis missionem consulendo, quando non est certum periculum, & euidens in illa: vnde antiqui magis indocti, quàm discreti timores, cessare debent, quibus in monasterijs nemo audebat dicere monacho infirmo, Fac sanguinis missionem, siue flebotomiam, quasi per consiliũ talis medicinæ, vel sumptionis potionis mors intenderetur, vel esset euidens, quod ex illa sequatur: secus medico suadete, vt detur hæc potio huic infirmo, non posset monachus sacerdos, vel ordinandus, potionem præparare, cõponere, & dare (vt ordinariẽ fit) si cum ipse monachus medicinam celeret, non posset illam in salutem ordinare: & sic nullam existimamus irregularitatem, si sacerdos, vel monachus, qui bene nouit artem chirurgiæ, aperiat maturum apostema, vel curet necessitatis tempore percussus: quando alius non est, etiam si moriatur percussus, & etiam si cognoscatur post mortem, quod ob illud remedium & curationem, mortuus fuerit percussus, dummodo curatio, iuxta chirurgiæ regulas, in salutem sit ordinata, & salus sit intenta. Imo potius tempore extremæ necessitatis, dum alius non adest chirurgus, timere debet monachus, vel clericus, qui artem sciebat, si omissione remedij, quem ipse dare poterat, & in tali casu iure naturæ tenebatur, moriatur percussus, & deficiat: ex totius sanguinis profusione, verum fatemur esse, quod iure Canonico prohibentur sacerdotes, & monachi medicinam

addif-

addiscere, & vt medicos curationibus insistere, vt habetur cap. tua. de homicidio: tamen ibi nulla fit mentio de irregularitatis contractæ dispensatione, ob mortem secutam. Sed quia monachus illud inde cens statui suo officium quirurgi, sibi vetitū, exercebat: ex quo colligo cum Soto lib. 5. de iust. & iure. q. 1. artic. 9. Iniuste à Nauarro reprehenso: quod si curatus á sacerdote, vel monacho, bene & secundum regulas artis, ob culpam propriã, scilicet, quia coiuit cum muliere, vel bibit vinum, vel alium notabilem admisit excessum, nullus timor esse debet irregularitatis: quod patet, quia si iniuste à clerico, vel monacho percussus, non lethali vulnere de se, si coijt cum foemina, vel excessum magnū admittit, & moritur, neque damnatur mortis percussor, neq; ab aliquo iudicatur irregularis: quanto magis qui curat vulnus, ne moriatur percussus? Educēs etiam sagittã, vel pugionem, vt curetur percussus, & non animo, vt citius moriatur, nõ est irregularis. Si quis percutere iubet alium, etiam non intendens: imo nollens, eius mortē, si percussus moriatur ex ictu, irregularis homicida fit, vt liquet ex dicto capit. his qui. de homicidio, in. 6. & glossa eiusdem. Vnde in religionibus, quando ex consuetudine, vel statuto, alius iussu Prælati flagellat monachū, & non ipse, si monachus ex flagellis, vel alia pœnitentia illata moriatur: & si Prælatus, id nollit, tamē sicut flagellans, sic & ipse homicida voluntarius est in causa, & irregularis, quia rem tanti momenti, nõ deberet indiscreto, vel stulto, vel crudeli, cõmittere præcipue, si patiens debilis erat, vel infirmus: quia istec omnia cõsiderare deberet iubens, vt liquet argumēto

cap.

cap. his qui. citati. Similiter, iubens puerum verberare, si ille se voluit defendere, & ex hoc iussus verberare iratus modum excedit flagellis, sicut verberans, sic qui iussit sunt homicidæ irregulares: quia iubens hæc deberet præcauere: quod est exemplum glossæ citati cap. his qui. Secus autem iudicandum esset, quando tale quid moraliter non venire deberet in mentem, neque eius esset moralis suspitio, vt cum communiter quis iubet puerum vapulare, vel flagellare monachum, ex causa leui, & iniūgitur viro cordato & bono, si in suspicata imprudentia occideretur iussus flagellari flagellis, iubēs tunc non esset iudicandus irregularis: quia rari & inopinati actus non cadunt sub prudentia: sed si iuste vere, vel probabiliter iussus castigari, defendens se occidat ministrum castigationis, mors non imputatur iubenti, neque fiet irregularis: fieret tamen sine dubio, si flagellis cædere quis iuberet, etiam discipulum, vel famulum, iam hominem, vltra annos pubertatis: tunc enim maxima indiscretio est, & culpabilis nimis, supplicijs puerorū tales castigare, & naturaliter suspicari debet, tales in sui defensionem occisuros, vel ipsos morituros in defensione: hæc dixerim propter aliquos Ecclesiasticos Gramaticæ præceptores: Si quis iussit alium occidere, suis seruis vel famulis, vel amicis: si reuocet mandatum clare, & distincte, ante quam executioni mandetur, non est irregularis, si serui, vel famuli occidant: quia iam non fuit mors volita: imo nõ volita à primo mandante, sed qui cõsuluit mortem, non solum reuocare debet consiliū ante eius executionē, sed modis omnibus sibi possibilibus

O

&

& magna energia & affectu debet illam dissuadere, ut etiam si postea fiat, illi non imputetur in interiori foro: & ratio huius discriminis est, quia iussio sufficienter contraria iussione destruitur, sed consilium, quod est actus consiliantis intellectus, magna vi opus est, ut destruat.

§. XXI.

OMNIS Causans abortum: tum ante foetus animationem, impediens uero conceptum, etiam illicitæ generationis, abominandum peccatum mortale graue nimis committit, & contra naturam: sed quâdo fetus est animatus, scilicet, in masculino post 40. dies, in foemineo, post duos menses, est homicida irregularis, voluntarie occidens, si abortus culpabilis sit: sed postquam hæc scripseramus prima vice, exijt rigidissimum decretum sanctissimi D. nostri Sixti Papæ V. satis dignum contra hoc immanissimum scelus: quomodocunque perpetratum, innumeris poenis, censuris, inhabilitatibusq;, & reservationibus ad supremam sedem: nõ obstantibus Bullis omnibus, & quibusuis gratijs, adhuc nõ satis pro meritis tãti mali refertum: sed dum pararemus, & decretum huic summę inferere, & interpretari pro modulo ab humanis decessit prædictus dominus noster: & sanctissimus D. noster Gregorius XIII. qui post Innocen. nonum, (qui quasi fumus pertransijt spatio minori. 20. dierum) successit ei, eius motum proprium iuri cõmuni attemperauit: & sic de hac materia, ultra pauca suprãdicta nihil restat dicendum de abortibus: vnum solum addam, quod quicertus est se causa esse abortum, & ignorat an foetus iam esset animatus, necne an masculinus, an foemi-

foemineus esset, propter certitudinem mali actus, iudicandus est irregularis in foro tam exteriori, quã conscientia, & reus damni mortis.

§. XXII.

VNDE Miramur Doctum & Pium Nauar. qui cap. 27. nu. 223. Manu. dicit contra bonam Theologiam Moral. (quam hucusq; secuti processimus in hac diffusissima materia) quod si quis leuissimo ictu, quem percussisset: iniuste tamen, quamuis non intenderet mortem, si percussus ex malo regimine moreretur, reus esset irregularitatis, ob iniustitiã actus percussiois: & satis iuste de hac doctrina doctissimi, aliã Canonistæ, & qui in lectione Theologorum sit versatus: miramur, cum non aduertat, id quod liquidissimè ex supra habitis constat, & communi praxi comprobatum est, quod & nũc denuo repetimus: quod & si quis iniquissimè percutiat, & occidere intendat vehementi animo: si tamen vulnus leue sit, & percussus ex coitu, vel alio notabili excessu maritus: quod etiam in externo foro non iudicatur reus mortis, neque irregularis: ergo à fortiori, neque in interno, cum mortem non causerit ictus, sed proprium deliramentum, & excessus, & iura irregularitatis poena homicidam inurunt. Vnde colligitur (quod & Nauar. in genu fatetur) quod nullum desiderium mortis propriae, vel alienae, facit irregulare: & similiter nulli rationi habitio mortis facte. Imo neq; approbatio eius, dummodo, signo, vel scripto, vel verbo nõ fuerit præostensa, vel cõsilio, vel imperio iussa: facit irregularem, neque gaudium, siue delectatio de morte perpetrata: Imo etiam si post occisum aliquẽ gratias

verbo, & nummis ostendam occisoribus: quia omnia istæc non sunt causa mortis: quia sunt interni actus: & qui ex illis sunt interni, suppositum est, quod subsequitur & non precedit ut causæ, si essent deberent: scio & quoad ratihabitione defendere Na uar. nu. 234. c. 27. sed ut patuit immerito: quia & si ratificare mortem, sicut velle, & desiderare voluntaria sint: & per consequens, peccata mortalia, non tamen mortem causantia, & per consequens, neque subiecta pœnæ ecclesiasticæ irregularitatis: quæ extra casus iuris non debet ampliari, secundum eiusdem doctrinam: nos sequimur Theologos omnes, & doctissimos, Couarr. & Gonsal. Villadiego, tractat. de irregul. cap. 6. num. 25. & vsque 30. inclusiue. S. Antoni. 3. part. tit. 28. cap. 2. §. 5. & quod habetur, ut regula apud iurisperitos, quod ratihabitione retrahitur, & comparatur mādato de regul. iuris. in. 6. Felin. super cap. sicut tuis. & super cap. mulieres. de sententia excommunicationis: & Iason super leg. si is qui pro emptore. Digest. de vsucap. ponunt. 9. exceptiones ad hanc regulam: & vna est quæ ad nostrum facit intentum, alijs omisis, quod ratihabitione retrahitur, quando aliquid factum est, & aliquid perficiendum restat: sed perpetrata morte nihil restat, quod fiat, & in cap. cum quis. de sententia excommunicatio. in. 6. damnatur ratificatio mortis, ibi quo ad excommunicationem est sermo, non autem quo ad irregularitatem.

§. XXIII.

DE Casualibus autem moribus, siue mutilationibus, libet præmittere generalissimam in hac materia

ria regulam: quod quicumque faciens opus tale, ex quo moraliter semper, vel ut implurimum, siue multoties mors sequi solet, vel mutilatio membri, non adhibita debita & sufficienti diligentia, ne hoc damnum sequatur: si sequatur mors vel membri mutilatio, illi imputatur ad culpam, & irregularitatem, incurrit pœnam iuris homicidij voluntarij: & si occisionem in se nullatenus vellit, imo exercens se ad signum verbi gratia, ballista, vel tormento bellico (arcabuzio Hispanæ, vel clopeto dicto) contingat defectu præcautionis, ut vnicum filium suum, vel dilectissimum amicum occidat: & hoc verissimum est, & sine vilo dubio. (quidquid Soto renuat, dicens hanc doctrinam non esse iuris Canonici dispositionem) in quo optime à Nauarro reprehenditur ut oblitus, cum habeatur expresse, cap. ex literis. & c. dilectus. de homicid. Et certe nescimus, quo fundamēto doctus alius Theologus innixus, sic se torrenti Doctorum omnium opponat, & Theologicis rationibus: cum talia homicidia sint vere in causa volita, & peccata: cum qui amat periculum, in illo perire necesse esse definierit Spiritus sanctus: quanto magis qui amat causam, iuxta regulam & doctrinam Theolog. & nostram, super. i. 2. S. Tho. q. 71. & 76. Addimus consequenter, quod qui in opere quod facit, adhibet sufficientem debitamque, moralem diligentiam, ne sequatur mors vel mutilatio: & si sequantur, illi non imputantur ad culpam, neque irregularitatem incurrit, quæ est omnium plana doctrina, nemine dempto. Sed addunt multi Canonistæ, & aliqui nostrorum Theologorum, quorum vnus est Caietanus, quod ut hoc habeat

verum : opus quod facit, debet esse aliàs sibi licitum : secus & si omnimodam addat diligentiam, si mors sequatur, cum sequatur ex opere illicito, imputari dicunt & irregularem fieri, quod certè nūquā existimaui verum, neq; modo tale iudicamus, sed Methaphysicis & Theologis indignum: & si aliquem colorem fulcimenti habeat, iuris Canonici, quod declarabibus infra, & vt tum Theologicè, & Methaphysicè, tū clare & perspicue procedamus, cum imputatio homicidi casualis, & in se non voliti, depédeat per se à diligentia & præuisione, ne sequatur mors, & (vt suppositū est) iste fecit, quoad hoc totū quod debebat, quid ad hoc facit, quod opus quod facit sit illi licitum, siue illicitum? Hoc enim accidit, neque considerationis est ad illud: nā opus quod facit si illicitum est, suam malitiam habebit, & multoties est malitia venialis, vt venari, vel equitare in clerico: nullam autem cohærentiam habet cum occisione, quam nullatenus vult: imo debitā ponit diligentiam ne sequatur, & per consequens, neque illam vult in se, neque in causa sua, & secundum nostram Theologiam, quam hic fugere nequimus, vt hoc persuadeamus: si quis venator etiā sacerdos (cui venatio illicitū opus est) facta debita & sufficienti diligentia, putans se occidere, certum, hominem occidit, illud formaliter ferocidium est, & non homicidium, nisi tantum materialiter, & secundum formalia actus iudicandi sunt, præcipue in interiori foro & occultorū iudicio, & textus siue iuris Canonici, capita quæ distinctionē ponunt inter dantem operam rei sibi licitæ, vel illicitæ, ex qua secuta est mors casualis, vel mébri

trun-

truncatio, locuntur respectu fori externi, in quo cum de occultis non iudicetur, nisi secundum præsumptiones & indicia: qui dixerit se fecisse sufficientem diligentiam ne mors sequeretur, vel vulnus, si dabat rei sibi aliàs licitæ operam, neque aliàs inimicitia constent, absoluetur, neque reus homicidij iudicabitur: secus autem qui opus illicitum faciebat, nam non credetur se adhibuisse sufficientem diligentiam ne mors sequeretur: imo ex illicito opere contra ipsum præsumitur, in quo decepti fuere Caiet. & Syluester. verbo, homicidium. 3. §. 1. qui iure reprehenditur à Soto. de iusti. & iure. libr. 5. quæst. 1. artic. 9. Argumento satis ad hoc, tum efficaci, tum irrisorio: quod si clericus succidens arborem, si adhibuit sufficientem diligentiam ne cadens lignum opprimeret quæ, etiam si casu post talem diligentiam occideret, tunc non esse irregularem, si arbor quam succidebat erat sua: si tamen aliena (etiam supposita dicta diligentia) irregularitatem incurreret, in quo apparet disparata differentia, suæ vel non suæ arboris, ad hoc quod homicidium, quod ex intentione non est voluntarium, ex non voluntario fiat: idem de venatione & mercatura: imo & de studio legum & medicinæ, quæ iure illicita sunt clericis, si dum illa exercent, occisio illis nollentibus, & diligenter præcauentibus cōtingat, ridiculū est dicere, imputari clerico casualē mortē, quia audiebat leges (opus sibi illicitū) quod nullatenus fieret, si leges nō audiret, vel mercaturæ insisteret, quæ in cōsonantia, & ex cōtraria doctrina secūtur: & sic doctissimus Didacus Couarru. huius nostræ & Soti-

O 4

senten-

sententiæ est, relectione Clement. si furiosus. par. 2. §. 1. num. 4. & §. 4. nu. 10. Imo & Nauarro, qui cum Canonistis generalem distinctionem admiserat, dantis operam rei illicitæ, vel licitæ: vellit nollit, vt doctissimus, in nostram postea incidit setetiã, nu. 235. c. citati. Manual. Latini affirmat, quod si clericus introduceret foeminã pręgnantẽ ad coijendum cum ea, per viam tutam & planam, & abortũ ex ingressu contingeret, non volitum, quod non deberet illi in conscientia imputari, neq; iudicari irregularis: ecce oppressus suo exemplo, sententiã mutat doctissimus: & sic clericum, vel monachum in adulterio deprehensum in lecto, si dũ ab ipso marito vult occidi surgẽs, dum alia via euadendi mortem non est, se defendẽs aggressorẽ maritum adulteræ, occidat, cum moderamine tutelæ inculpatæ: nemo iudicabit in cõscientiæ foro irregularem, vt bene dicit Soto vbi supra: quia mors quæ fit in sui defensionem, cum dicto moderamine, non dicitur esse voluntaria formaliter: quanto magis in morte quæ casu accidit, cũ diligentia adhibuerit, ne accidat. Qui vulnere magno & de se mortali aliũ percussit: & si accidat, quod alius, alio vehementiori ictu illũ sic iam percussum lethaliter occidat, vel stragulet, vel veneno consummat, prior percutiens, in foro conscientiæ (sicuti finiens mortem) iudicandus est irregularis: quia mors illa fuit volita in percussione, & opere sequeretur: & si alius non finiret, & si illud accidit: at in exteriori foro secũdus mortẽ finiens, & nõ primo percuciẽs irregularis & occisor iudicaretur. Siquis percuteret lethaliter aliũ, ille Dei per orationes sanctorum miraculo sanaretur, & nõ

more-

moreretur, percuciẽs irregularis nõ esset: quia irregularitas, pœna iuris est, & nõ est imposita, nisi morte secuta: esset tamẽ irregularis si occisus ab illo statim fuisset resuscitatus, & fuisset Petrus (si Papa ipse nõ fuisset, & ante ius Canonicũ) ex abscissione auriculę Malchi, etiã si postea á Christo Redẽptore nostro fuerit reunita. Hęc de mortibus & percussio nibus volũtarijs dicta sint, modo magis plano, quã scholastico: ad quod plane persuadendum, quod iuris peritis deficit, cognoscere quid voluntarium sit, & quid nõ, quid neq; in se, neq; in causa, tractat Magist. Sent. & cũ eo Doctores Theologi, in. 2. dist. 24. & 25. & S. Tho. & Caiet. & nos cum illo. 1. 2. q. 6. 7. 8. & 9. & Arist. 3. & 10. Ethico.

§. XXIII.

OMNIVM Irregularitatũ huius speciei, homicidij scilicet volũtarij, etiã casualis ex defectu diligentia, & mutilationis mēbri dispensationẽ, semper sibi referbavit summus Pont. & nemo alius dispensare in illis potest: nam Conciliũ Trid. ses. 24. c. 6. cõmittens Episcopis, quidquid Papale erat, nascẽs ex delicto occulto, exceptit irregularitatẽ, nascẽtem ex homicidio voluntario occulto etiam: unde poterunt in mutilatione membri dispensare occulta, & ses. 14. c. 7. ferẽ nostram doctrinã decernit, dum homicidiũ causale & factũ, ob propriam defensionẽ, remittit Episcopo, non illud quod adhibita diligentia, adhuc accidit: quia hoc nõ inducit irregularitatẽ, sicuti neq; factum vim vi repellendo, ob propriam defensionẽ, sed vult Concil. vt an hoc ita sit, cõstet primo Episcopo, si adhibuit sufficientem diligentiam: & si non, neq; fuit verẽ seruatum mo-

O 5

deramen

deramen inculpate tutelæ, tunc Episcopus in talibus dispensare possit: quia & si in se non sint directe volita homicidia, sunt in causa, & sic solummodo remanet reseruatam homicidiū occultum, etiam per se intentum: quæ interpretatio maxime aduertatur, nam illam dedimus cuidam doctissimo, pariterq; pijsimo Episcopo nostræ Hispaniæ, & laudauit & secutus fuit eam.

§. XXV.

SOLVM Vnum notare obiter hic volumus, pro dispensatione huius speciei irregularitatis, quod multis religionum superioribus concessa vidimus priuilegia, vt possint dispensare in omnibus irregularitatibus cū suis, vel cū alijs, excepto homicidio voluntario, & bigamia (vt cōcessum est nostro generali obseruantia sancti Bernardi Hispaniæ per Eugenij. III. priuileg. 9. nu. 8. & 9. & omnibus Abbatibus eiusdem religionis, etiam quoad seculares certis diebus, quam facultatem delegare possunt: & demum Gregor. XIII. concessit Abbatibus nostris in tali dispensatione, id quod Concilium Tridentinum concesserat, quoad forum conscientia, Episcopis, ses. 24. c. 6. citato, & societati I E S V, & minorū ordini & alijs) quod in talibus priuilegijs semper excipitur homicidium, siue mutilatio voluntaria, idem est, quod peccaminosa, & in se propria voluntate intenta: vnde omnes sic priuilegiati (vt Caiet. & Couar. aduertunt) bene possunt dispensare cum his qui occiderūt in iudicio iusto, vel in bello iusto: quia licet istæ mortes factæ sint voluntate imperante, non tamen voluntate huius personæ, siue indiuidui, qui illas iussit, vel fecit, sed volunta-

luntate Reipublicæ, quæ iubet malefactores occidi, & iniuste aggrediētes bello oppugnare, & sic nō sunt volūtaria personales, in hoc rigore: & sic quæuis irregularitatem inducant, ob defectum decetia & lenitatis, sunt tamen ex his concessis priuilegiatis ad dispensandum: nam nulla mors membrum exterioribus necessario facta, sine voluntate (ad cuius despoticum imperium membra externa mouentur) fieri potest: tamen non ob hoc voluntaria dicitur absolute in rigore morali: cum quæ facta sunt ob propriam defensionem, cum moderamine tutelæ inculpata, in rigore voluntaria dici deberet per se: quamuis necessitas ingerat in voluntarium directe, & in se, tamen irregularitatem nō inducit, neq; peccatū est. Addimus insuper de nouo (nam in dicto omnes fere conueniunt dicti) quod nostri Abbates, & omnes quotquot cōmunicant eorum priuilegijs Prælati, possunt ex illorū gratia Apostolica dispensare in omnibus homicidijs casualibus, peccaminosis intelligo ex defectu diligentia: & moueor efficacissimo argumento. c. 7. ses. 1. Concilij Trid. vbi quid per homicidiū voluntarium intelligāt iura, decernitur in c. scilicet. 1. de homicidio. & cap. Inquisitionis. de accusatione. & c. cum nō ab homine. de iudicijs. nam Conc. verba sunt. Cum etiā qui per industriā occiderit proximū suū, & per insidias ab altari auelli debeat: qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiā si probari non possit, &c. Declarat illum irregularem, & soli summo Pont. reseruatam dispensationem. Pondera multū (sua voluntate homicidium perpetraverit) hæc verba, & videbis clare in priuilegijs solum.

solum nomine homicidij voluntarij. Illud excipi homicidium, quod in hoc capite à Cōcilio excipitur, scilicet insidiosum, & per se intentum, & in se volitum: nam de casuali postea inferius agit, cōmittens illud Episcopo dispensandum: quando ex illo irregularitas incurritur, quod solum fit quādo peccaminosum est, defectu debite diligentiæ, quæ adhiberi debuerat.

Amentes Irregulares.

§. XXVI.

QVART A Irregularitatis species, nascitur ex animi defectu: vnde irregulares sunt perpetuo amentes, & perpetuo furiosi, siue infani, & infantes ante rationis vsum: & perpetuo amentes, siue infani, non solum sunt irregulares, sed incapaces sicuti belluæ: ita vt etiā dispensatione supposita summi Pō. per impossibile, non possint ordines recipere: quia Sacramentū ordinis actū volūtatis requirit necessario in recipiente, cuius vsum non habet semper amentis, vel infanus, vel infans ante rationis vsum: quæ est doctrina etiam Baldi, super cap. cum adeo. nu. 10. Imo Clement. I. de homicid. tales ex homicidio perpetrato in amētia, infania, vel infantia, vel somno, iudicātur nō irregulares, ob defectū vsus rationis, sicut & dormiētes: ergo à simili ordinari tales nequeūt, cū sint incapaces, sed cū eo qui lucida habet interualla, & ad tēpus sui est cōpos iudicij, potest summus Pōt. dispensare, dūmodo, dū ordinatur, habeat actualem vsum rationis & volūtatis, quo vellit Sacramentū recipere ordinis, vel immediate voluerit.

voluerit. Hac specie reductiue est irregularis omnis non baptizatus, etiam Cathecumenus quantumuis sanctus, vt erat Martinus, qui adhuc Cathecumenus, opera eximie charitatis, & pietatis faciebat: & sanctus Ambrosius, neque summus Pont. dispensare potest in hoc: quia ordine quasi naturæ, iure ipso diuino, Character ordinis, Characterem Baptismalem prærequirit sicuti forma materiam, vel sicuti potentia actiua passiuam: vt alius nos tractatu de clauibus diximus, tractantes de authoritata Ecclesiæ, super quæst. 1. 22. S. Tho. Tertio, est irregularis recenter baptizatus adultus, qui Neophytus à iuribus appellatur, vt habetur. 48. dist. c. 1. & 2. & 17. q. 4. cap. constitu. & in hac bene potest summus Pont. dispensare: & si talem Episcopus ordinaret, absque dispensatione, & si peccaret grauiter, factum quo ad ordinum receptionem teneret sine dubio, tamen Neophytus maneret irregularis, sic ordinatus, administrandum in susceptis, ante dispensationem Papæ: iura præscribunt decem annos, post Baptismum ad ordines suscipiendos: & Episcopi in aliquo tempore horum decem annorum, dummodo non sit annus completus dispensare possunt, vnde laude digna sunt: & conformia ad ius Canonicum statuta Ecclesiarum aliquarum, religionumque, de non admittendis ad suas præbendas, & habitum portandum Neophytos, sed neque ex illis descendentes, sic in nostra religione sancti Bernardi, & vtinam inuiolabiliter obseruetur, cum miri fructus illibate fidei conseruata, in hac religione sint agniti, ex hoc quod nullus intra quartum gradum ex genere conuerforum, album nostrū induat

induat cucullum: dicimus iterum, & millics, utinam in violabiliter obseruetur.

§. XXVII.

QUARTO, Est irregularis hæreticus formalis, & hæreticorum fautor, ut habetur extra. de hæreticis. cap. 2. §. hæretici. libr. 6. Imo filius & nepos hæretici est irregularis, per lineam masculinam ad suscipiendos ordines: non vero qui nepos est hæretici per foenineâ lineâ, ut habetur, vbi supra. c. statutum. Quinto, est irregularis huius speciei omnis Idiotâ, siue sufficiens literas nesciens, ut habetur. 36. d. c. illiteratos. q̄ intellige si penitus literas nesciat, vel saltem quæ sufficiant ad id munus, vel ordinem illû, ad què se cupit ordinari: vnde mortaliter peccat Episcopus ordinans subdiaconû: qui saltem Latinâ linguâ mediocriter nescit, & similiter, qui petit tale ordinari. Imo aliter ordinatus, nequit in suo ordine ministrare, quousq; sciat mediocriter intelligere quod legit, sine nouo peccato, & hoc magis certe affirmari potest, post Cõ. Tri. ses. 23. c. 4. de reformatione. vbi declaratur & statuitur certo, quæ literatura prescribatur ordinandis: scilicet prima tonsura, q̄ sciat legere & bene doctrinâ Catholicâ Christianâ memoriter, pro quatuor minoribus ordinibus, q̄ sciat ordinandus Latinâ linguâ: ad quâ credimus (vti dictum est) q̄ sufficit mediocritas: & sic gradatim de alijs ordinibus: maior cognitio requiritur pertinentiû ad altiores gradus: In hoc defectu scientiæ potest summus Pontifex dispensare: sed debet esse cum causa & necessitate urgente: secus occasio dabitur errors in tam grauib; muneribus: & si Episcopus Idiotam ordinat, factum tenet: & si adest magna clericorum

rum necessitas, & meliores in prouincia non inveniuntur, & speratur quod quia studet actu, quod proficiet, excusabitur à peccato: secus minime?

§. XXVIII.

QUINTA Species irregularitatis est, orta ex delicto siue culpa: & hanc incurrit ille, qui maiori excommunicatione ligatus, interdictus vel suspensus, à receptione ordinum, à iure, vel ab homine ordinè suscipit, ut liquet extra cap. 1. de eo qui furtim ordines suscepit. & cap. cum illorû. de sententia excommunicat. Eandem irregularitatem incurrit, qui talibus irretitus, & ligatus ministrat in ordinibus susceptis, exercens eorum actum specialem, ut solenniter ad missam assistendo, Epistolam, aut Euangeliû cãtando, missam dicendo, aut in choro, ut sacerdos collectas, capitula, & orationes dicendo, voce alta: non tamen psalere cum alijs in choro, & Euangeliû ad Matutinos (more nostri ordinis) post homiliam cantare, lectionem legere, concionari: quia istæc non sunt de se alicui ordini sacro annexa, ut habetur expresse extra de cleri. excommunicatione. c. si celebret. & hoc etiâ si culpabiliter ignoret, se talibus cõsuris innodatû, crassa, vel affectata ignorantia, dixi maiori: nã celebras in minori excommunicatione, neque si abest contemptus, peccat mortaliter. neque vllam irregularitatem incurrit de iure. In tali irregularitate solus Papa dispensat: & tollitur hæc irregularitas per solenne votum religionis, siue professionem, sicut defectus nataliû, & per priuilegia dispensatur, à priuilegiatis Prelatis, vltra Episcopos, quib; tantû excipiuntur nascetes, ex homicidio voluntario, bigamia, & membri mutilatione: quales sunt

sunt omnes fere Abbates, & religionum Prælati: reducitur ad hanc speciẽ irregularitatis quintam, recipere duos sacros ordines eodem die: nam quatuor minores & subdiaconatum, potest Episcopus conferre ad libitum, si iudicauerit necessarium, vel saltim aliquam inuenerit congruentiam, vt decernit Concil. Trid. ses. 23. cap. 11. & 13. & licet solus Papa in hac irregularitate dispenset iure communi: Tamen Episcopus & quilibet immediatus Prælatus, suo subdito, qui subdiaconatum & diaconatum eodem die suscepit, potest dispensando concedere vsum quatuor minorum ordinum: & si diaconatum, & prebyteratum eodem die suscepit: potest dispensare cum illo in exercitio subdiaconatus: quia irregularitas, quam summus Pontifex referuat, tantum est iuris, quoad ordinum simul eodem die receptorum executionem: sed priuilegiatam habent hanc dispensationem sicuti Episcopi: si peccatum sit occultum, id est, non publicum, neque famosum, vel maiori ex parte scitum, viciniam, vel communitatis. Ad hanc speciẽ irregularitatis reducitur. 4. suscipere ordines ab Episcopo, vel ordinante Abbate, hæretico, scismatico, simoniaco, excommunicato, irregulari, interdicto, vel suspeso, iure vel ab homine, à collatione ordinum, neque culpabilis ignorantia ab hac irregularitate excusat. Et habetur hoc expresse, cap. Gratiani. & cap. statuimus. 1. & 21. q. 1. quamuis ordines taliter recepti veri ordines sint, & factum quoad hoc teneat: & vt hæc irregularitas incuratur, debet Episcopus denunciatus esse, vel ordinator, vt hæreticus, vel excommunicatus, &c. Nam secus quoad recep-

tionem

tionem ordinum ab eo euitari non debet, vt patuit supra ex Extrauag. ad euitanda relata, c. 9. §. 19. huius part. Adhæc etiam irregularitatis speciẽ quinto reducitur, si quis ordinatur ab Episcopo, qui renunciauit non solum loco, sed & dignitati Episcopali: & hoc etiam si de licetia sui Episcopi à tali ordine tur, vel Prælati, vt habetur. 19. dist. cap. quod quidam, & cap. secundum: sed tales ordines recepti veri ordines sunt: quia & si quis non solum celsit loco, siue sedi, vbi Episcopus erat verbi gratia, Toletanæ, vel Siguntina, sed etiam dignitati, siue officio Episcopali, tamen Episcopus manet: quia quamuis Episcopatus non imprimat Characterem de se, vt optima & vera docet Theologia, neque ordo fit: tamen est quedam Characteris sacerdotalis extensio, sic indelebilis sicuti & ipse sacerdotalis Character.

§. XXIX.

SEXTO, aliqui ad hanc speciẽ reducunt ordinari ante legitimam ætatem, sed hæc transgressio irregularem non facit: neque vltra culpam inobediencie aliquam inducit censuram, aut pœnam ecclesiasticam: nisi forte suspensionem, quæ lata est à Iulio. I. I. quam neque in corpore iuris inuenimus: imò neque prælo cassam, neque citatam à Conc. Trid. ses. 23. cap. 12. Neque per Clem. general. de ætat. & qualit. aliqua ponitur pœna: lege quæ diximus sup. cap. 11. §. 12.

Septimo, irregularis huius speciẽ est, qui per saltum ordines suscepit, id est, Diaconatum, absque Subdiaconatu, & sacerdotium, absque diaconatu: sed antequam actus superioris ordinis per saltum recepti exerceat, potest dispensari hæc irregularitas ab Episcopo,

P

cupo,

copo, vt quem omisit ordinem recipiat, & in illo ministret, vt patet cap. i. de clerico per saltum pro moto. Secus si ante dispensationem in suscepto per saltum ministravit, solus Papa iure communi dispensat, tam ad suscipiendum ordinem per saltum relictum, quàm ad ministrandum in suscepto per saltum: si tamen relicta tonsura prima, vel aliquo, vel aliquibus, vel omnibus quatuor minoribus, subdiaconatum quis susceperit, mort. peccat, & venit grauissime puniendus, tamè irregularitatem non incurrit: quia sacramenta non sunt, sed quædam sacramentalia, neque essentialiter necessario subordinata maioribus, & sacris ordinibus.

§. XXX.

OCTAVO, est huius speciei irregularis, quicumq; solenniter exercens actum alicui sacro ordini annexum, quem ipse exercens non suscepit, vt qui sine diaconatu, cum stola solenniter Euangelium cantaret: nam concionari & sacrum Euangelium interpretari, dummodo facultas sanctorumque lectio. & Dei donum adsit, non est annexum alicui sacro ordini, nisi ex vulgi acceptione. Similiter missam falsam dicens non sacerdos, qui ultra irregularitatis poenam, punitur à sancto Inquisitionis tribunali iustissimè, vt in fide nimis suspectus. De cantante autem Epistolam, etiam cum manipulo in brachio, vbi consuetudo hoc introduxit, dummodo non id præsumat facere vt subdiaconus, etiam si ordinem subdiaconatus non habeat, non est iudicandus irregularis, vt docet sanctus Thom. in. 4. dist. 24. & S. Anton. 1. part. titul. 28. capit. 1. §. 3. & Nauarrus. Manual. capit. 27. numer. 242. Ob quorum auctori-

authoritatem hoc tenemus, & tenendum intrepide dicimus.

§. XXXI.

NONO, est & huius speciei irregularis omnis ecclesiasticus violans interdictum ecclesiasticum à iure, vel ab homine, id est, faciens, & celebrans tempore interdicti, vel loco interdicto, aliquem actum, ex prohibitis à iure, circa diuina: & idè (quidquid Nauarr. immerito contra nitatur) dicendum est de violante cessationem à diuinis, cum sit interdictum quodam strictius. Similiter est irregularis hac irregularitate, ecclesiasticus qui authoritatiuè cogit alium, vt modo dicto violet interdictum, vel qui excommunicatum, suspensum, vel interdictum facit celebrare actum alicuius ordinis sacri, vel cogit non excommunicatum, coram se excommunicato vel interdicto celebrare actum alicuius sacri ordinis: si autem qui hoc cogit est secularis, peccat grauiter: non tamen fit irregularis, & in fide examinari debet potestatis ecclesiasticæ, vt supradiximus, tractantes de interdicto, capit. ii. huius primæ part. Ecclesiasticus autem ad supradicta cogens, vel illa iubens authoritatiuè, nequit ascendere ad ordines, quos non habet, sine Papæ dispensatione: tamen ministrare in his quos habet potest, cum dispensatione Episcopi, vel sui immediati Prælati, religiosus si sit exemptus, & habetur Concil. Trident. sess. 25. cap. 14. & etiam glossa Clement. secundæ. de priuilegijs, super verbo, celebrare: communiter ab omnibus, & recepta Canonistis defectu textus.

§. XXXII.

INSUPER decimo, ad quartam speciem irregularitatis reducitur criminis notorietas, siue publicitas, & sic irregularis iudicandus est clericus de quo notorium est, perpetrasse aliquod magnum crimen, quod iure est depositione ab officio dignum, ceu blasphemia, periurium solenne, furtum magnū, sacrilegium graue, homicidium, adulterium, strupum, & alia similia grauisima: per notorium autē, non debet hic intelligi, quod potest probari duobus, tribus, quatuor, quinqueve testibus, vel quod ipse dixit se commississe, extra iudiciū, vel quod a pluribus scitur, sed illud quoad hanc, & alias iuris pœnas notoriū dicitur, & præsupponi debet, quod in iudicio fuerit de taliam aliquo, vel aliquibus cōuictus, vel quod ab omnibus ferē, vel saltem a pluribus oppidi, vbi degit sciatur pro certo: illud fecisse: & quod sciūt octo, aut decem, si sunt maior pars oppidi, aut collegij vbi de degit, hoc notorium est, & si in magna ciuitate viuit, quod sciuerit maior pars vicinī, vel vici, vel parēsię, siue collationis, in qua degit (nam diuersis nominibus appellantur vicinia a diuersis) illud est notoriū, quidquid in hoc Syluester repugnet: & notorium in iure est, videre clericum, sic cohabitare mulieri sicuti vir cū vxore: & quod eius filios nutrit, vestit, & alit, vt proprios, vt iudicetur concubinarius, vt liquet capit. vestra. de cōhabitatione cleric. & mulie. sed in hac irregularitate dispensat Episcopus, & quilibet immediatus Prælatus, tam in ordine ad ascendendum ad ordines quos non habet, quàm administrandum in susceptis, & sufficit ad hanc dispensationē, quod talem

talem ordinet Episcopus, vel iubeat in susceptis ministrare, vel suus Prælatus mittat illum ad suscipiendos ordines, & iubeat in susceptis ministrare, quidquid Nauar. in hoc contradicat. cap. 27. sui Manu. num. 74. Nam in omni potestate dispensandi, prærequiritur causa ad iustificandam dispensationem, etiam illam supremam interris summi Pont. sed tamen dispensatio cuiuscumque facta tenet pro irregularitatibus: & vt ipse D. Nauar. & omnes concedunt, non esse determinata verba ad dispensationē: ergo sat erit ad dispensationem, quod sciens Episcopus illum ordinet, vel Prælatus mittat ad ordines suscipiendos, quod maius signum exterioris dispensationis? Excepto homicidio volūtario, de quo expresse iura statuunt. Nullum occultum crimen, etiā omnium grauisimum hæresis, odij Dei, irregularitatem inducit, neque Simonia, Sodomia, vel bestialitas occulta: vnde S. Anton. Syluest. & Angel. de Clauas. inextricabiles scrupulos iniecerunt, in hac materia in conscientijs, & Couar. super Clement. 1. de homicidio. par. 1. num. 6. Et si ipse confessus fuerit nullam irregularitatem esse affirmandam, neque ponendam, nisi expressa fuerit in iure: & insuper fateatur ibi in iure Sodomitam irregularitatis pœnā non incurrere: sic tamen his concessis exferbescēs contra hoc immane scelus, affirmat Sodomitā occultum irregularem esse: quod mirādum in doctissimo iuris Canonici perito, verum est exisse duas Extrauag. siue vulgo motus propriij dicti sanctissimi. D. nostri Papæ Pij. V. Vna quæ incipit, Cum primū Apostolat. expedita anno. 1566. Pontificatus sui anno. 1. Et altera, quæ incipit, Horrendum, illud

expedita anno. 1568. anno tertio sui Pontific. tertio Chalendas Septemb. contra Sodomiticum scelus exercentes immane, & priuat Ecclesiasticos, & regulares omni officio & dignitate, sed debet intelligi dum per iudicem conuicti fuerint & sententia-ti, cum hic summus Pontific. nollit aliquid nouum contra ratione legis pœnalis quæ nullatenus obligat ad pœnam, ante iudicis externam cõdemnationem, & hæc etiam nequit fieri in eum Ecclesiasticum, qui semel aut iterum hoc scelus perpetravit: ex rigore harum constitutionum, sed qui scelus tale exercuerit, id est, multoties quasi pro officio habens, vt optime Nauar. quoad hoc intelligit, secundam harum Extrauag. adducens & declarans, ex consultatione cum sanctissimo. D. nostro Papa Greg. XIII. sed q̄ adducit idem Nauar. nu. 249. cap. 27. quod intelligatur hæc pœna ipso facto incurri nõ est certum iuxta doctrinam supra tactam, & ab omnibus Theologis receptissimam, tractatibus de lege pœnali: imò huius dicti oppositum verisimum iudicamus debere per sententiam iudicis priuari: & per Sodomix crimen, non debet hic intelligi quæcumq; sc̄da turpitudine, qua duo mares se mutuo polluunt, vel mas fœminam contra naturã, sed illa pollutio actualis, quæ fit per infamem viam excrementorum, seu stercoreum ventris purgationis, ignoscant piæ & mundæ aures, quia excussari istec non possunt, & nos satis horremus: & mortificamur scribentes, sed mundis munda sunt, omnia & resoluimus demum, eum Nauarro, ob criminis enormitatem dummodo notorium non sit, non incurri irregularitatem.

AD

§. XXXIII.

AD hanc speciem irregularitatis reducitur rebaptizationis pœna, est enim ipso facto irregularis, qui baptizatum rebaptizat, & qui seipsum permisit rebaptizari, vt habetur capit. eos. de consec. distinct. 4. & capit. 2. de Aposta. Neque subdubio factum hoc temerarium fugit hanc pœnam, ni esset iusta ratio dubitandi: nam nulla ratio dubij est non scire an sit baptizatus, de puero qui inter Christianos natus est, & apparet in eo ætas anni, vel aliquid minus, quia si aliunde hoc dubium non oritur, solent Christiani quicumque intra octo dies, vel paulò post, suos baptizare infantes: sed si quis inueniat infantem (vt contingere solet) ad portam domus Ecclesiæ, vel monasterij expositum, & sine scriptura (vt fieri solet) quæ dicat an baptizatus sit, tunc nisi infans sit vel appareat dicti anni ætatis, iusta est dubitandi ratio, cum deficiat scriptura consueta, & cum tales sint ordinarij furtiue geniti, & in lucem æditi, & forte mater eius ne sciatur, non est ausa talem filium facere baptizare, & tunc sub dubio & conditione præ concepta debet talis baptizari, non quod hæc conditio exprimatur verbis informa proferenda, quia hoc stultum est: nam quamuis non exprimatur, cum conditio sit ab intrinseco, absque eo quod exprimat, reddit actum conditionalem, cum actus agentium non operentur vltra intentionem. l. nam si omnis. ff. de rebus creditis. sicuti stultum esset, cum adoro hostiam quæ proponitur adoranda, apponere conditionem, si es consecrata verè te adoro, & si non, non te adoro: sed sine vlla conditione debeo

P 4

adorare:

adorare: nam conditio illa de se apposita est, si error contingat cum practius non sit, in me non est error mei actus, vt cum Theologis diximus super primâ quæstionem. 2. 2. S. Tho. & est regula hæc. expressa capit. solennitates. 1. de consecrat. distinct. 1. non monstratur iteratum, quod nescitur iteratum, quod nescitur esse factum de eo autem, qui se aut alium fecit confirmationem iterare, licet sit magnum sacrilegij peccatum, iuxta illud cap. dictum. de consecrat. distinct. 5. non tamen incurrit talis irregularitatem, iuxta Scotum, communiter receptum in. 4. distinct. 47. quia (vti sepe reptentes in hac materia diximus) talis irregularitas non est in iure, vt liquet, quia si alicubi in citato cap. dictum, vbi tale sacrilegium interdicitur, & ibi non, ergo: & non habet vim quod Nauarr. cõtendit de facto, quod Episcopi tales non ordinât, quia si hoc non faciunt non constat: & si constaret, non est argumentum, cum id faciant ad libitum, ob grauitatem sacrilegij, sed facere possunt sine dubio.

§. XXXIII.

PRO fine huius prolixi nimis capituli & materiæ restât aliqua generalia scitu digna: primum est, quod nulla irregularitas impedit quin pœnitens absoluaetur ab omnibus peccatis, quia pœna est, & non annexa necessario contumaciæ, & nisi ob aliquam reseruatiõem à culpæ absolutione, vel ob impedimentum defectus pœnitentis, non impeditur absolutio. Secundò, quod excepta illa irregularitate, quæ ex homicidio voluntario oritur in omni ex delicto occulto nascete, potest Episcopus iure iam communi dispensare per Conc. Trident. ses.

24. cap. 6. liceat. Possunt & nostri Abbates obseruatiæ sancti Bernardi, idem ex priuileg. Gregorij XIII. Dicitur autem orta irregularitas ex occulto peccato, quia & si ego celebrem in publico, tamen occultum sit quod celebrem ligatus maiori excommunicatione, vel interdicto, talem dispensare potest. Tertiò, quod nulla irregularitas, eo ipso priuat cum qui illam incurrit dignitate, vel beneficio, vel officio Ecclesiastico, quod ante illam habebat, vt docet Innocent. super cap. cum nostris. de concessio. præben. & colligitur liquido, ex cap. clericis, ne clerici, vel monachi. cum dicat talem priuandum: tamen collatio facta irregulari, eo iure ipso nulla est, & nullius momenti in foro exteriori, vt concedunt communiter Canonistæ, & Theologi, iuxta decisionem cap. secundi. de rescriptis: & est argumentum iuris euidens: nam qui est inhabilis ad vnũ quod est primum, consequenter est inhabilis ad alia quæ ex illo primo consecuntur. Irregularis autem est inhabilis ad officium, scilicet, ad suscipiendos ordines, vel ad ministrandum in susceptis, per quæ constituit in officio Ecclesiastico: ergo similiter est eo ipso inhabilis ad beneficium, quod confertur iure propter officium: sed certe si quis esset irregularis occultus irregularitate contracta ex delicto occulto, cui confertur tunc in foro exteriori beneficium, non auderem in conscientia condemnare, vt beneficium collatum dimitteret: neque in tali secreta ex crimine occulto currit regula cap. translatio. de constitutionibus. neque cap. final. de rescriptis in. 6. nam propter occultam irregularitatem, seu impedimentum, non tollitur vsus ordinis

publicus, vbi officium obligaret, & scandalum sequeretur, vti diximus supra capit. 9. de communication. summus Pontifex in Bullis gratiæ & iustitiæ, vt tollat hoc periculum & dubium ante omnia absoluit à censuris, & dispensat quoad effectum consecutionis illius gratiæ, illum in cuius fauorem expediuntur, ab omnibus inhabilitatibus, & c. legatur de hoc Nauar. qui aliquantulum, siue virtualiter hoc docet Manual. cap. 7. num. 2. & cap. 27. num. 259. Neque amittit beneficium habitum qui casu fortuito brachium, vel manum amisit, quo inhabilis redditus est ad vsum sacerdotij, neque ad acquirendum simplex beneficiū, vel diaconatus, vel subdiaconatus beneficia, qualia sunt in Episcopatu Palætino, quia ad tales non est inhabilis redditus.

Regularitas non multiplicatur ex actibus. §. XXXV.

I N S V P E R quinto, quod irregularitas non iteratur neque multiplicatur, per iterationem actuum in irregularitate, ita quod celebrans irregularis, vltra mortale peccatum in obedientiæ non addit aliam irregularitatem, sed vna tantum est, & si millies celebret: & hic iterum pro calce monemus, quod per nullam bullam, neque iubileum que de dispensatione irregularitatis non fecerit mentionem specialem, non potest dispensari in illa, & si sit orta ex quocumque occulto peccato, tū quia censura non est, tum quia poena quædam inhabilitatis est, quæ quoad confessionem, vel statum gratiæ: neque ponit, neque tollit, cum sine peccato sit multoties, & possit semper sine illo remanere, quid

quid Neotherici quidam dixerint, sine fundamento: hoc vnum scimus, quod in curia Romana (vltra sanctis. D. nostrum Gregorium. XIII. magnum iuris peritum vtriusque) riserunt, & irriserunt opinionem, doctissimi Curiales calentes concedentium mentem & stylum. Hæc de hac prima parte: neque mirum si difusi & prolixi apparuerimus, animus est, vt nil necessarium ignoretur, & satis difusæ sunt materiæ quas in compendium summæ redigimus, Gratias omnipot.

Deo.

SECUNDA

S E C V N D A

P A R S , D E P E R T I -
nentibus ad dispositionem
pœnitentis.*Caput primum, de conscientia exami-
natione. §. I.*

AM quod adiutorio diuino ad secundam huius Summæ partem accessimus, faciliorem methodū sequentes, de actibus pœnitentis tractaturis: primo se offert de discussione cōsciētīæ, siue reuocatione ad memoriam peccatorum, quæ vulgo examen conscientia dicitur: nam cum diuino iure confessio omnium peccatorum mortalium à Christo Redemptore nostro, sit instituta, & ab Ecclesia eius sponsa, quod saltim semel in anno, id fiat, per consequens, utroq; iure, quoad memoriam peccata reuocentur omnia, est institutum implicite & ordinatum: nam memoria præteritos actus referuat: ergo qui iubet confiteri actus præteritos, qui aliter quam memoria retineri non possunt, & memoria discussionē & recogitationē vitæ ante actū iniungit: & sic defectu huius recogitationis & discussionis cōscientiæ, redditur confessio defectuosa & mæca, & per consequens inualida & nulla, cum per cōsequens virtualiter, sit non integra. Vnde primo colligi-

colligimus, non æqualem memoriæ recogitationem, in diuersis esse requisitam: nam minor in timoratis, & conscientia bonæ studiosis, quàm in defectuosis, & non multum timoratis, neq; verentibus actus suos: & minor etiam in his, quàm in nimis ruptis conscientijs, & inuerecundis, quæ uti aquam biberunt peccata, & quibus facta est frons meretricis, quæ nullam amittunt occasionem peccandi: & insuper pensanda est hæc memoriæ examinatio, siue recolectio libri conscientia, secundum frequentationē, vel non frequentationem cōfessionis sacramentalis, minori enim eget bis in hebdomada, quàm qui semel, & hic, quam qui semel in mense, & hic multo minori, quam qui semel in anno consuevit confiteri: minorq; generaliter in hominibus sanioris & tenacioris memoriæ, quam in memoriæ labilis, & infirmioris hominibus, qui quoad actum reminiscendi, indigent quibusdam, quasi discursibus singularibus, temporis, loci, personarum, & aliarum circumstantiarum, ad sui adiutorium, in quo hominum à brutorum memoria discernitur.

§. II.

SED tempus, & diligentiam necessariam ad hanc memoriam quantificare, non est negotium Mathematicum, & in indiuisibili consistens, sed morale; & sic relinquendum ad boni, & æqui viri moderamen, sicuti cætera moralia hanc solum patiuntur mensuram: & sic relinquentes iudicio prudentis confessarij, solum possibilem statueram ex simili stantes, in hac summa: quod sicuti viri cordati, in rebus magni momenti, & ponderis præteritis narrandis, vel rationem de illis reddenda, non præcepti-

tes, aut repente, illud aggrediuntur, sed bene memoria discussa: imo & inclusi per aliquod spacium in secretiori conclavi suæ domus, ne alijs curis distraheretur memoria, vel impediretur negotijs: igitur cum salus animæ, & eius medicina post peccata, sit maximi ponderis super omnia temporalia & spiritualia, & consistat in sacramenti pœnitentiæ debita applicatione: cuius vna pars est confessio omnium mortalium peccatorum, ne villo relicto, secundum nostrum morale possibile per obliuionem, necessaria est memoriæ discussio, & præteritorum recogitatio sufficiens, vt nihil memoria excidat: & certe adhuc donarem gratis minui aliquid de memoriæ discussione, quæ ad reddendam rationem temporalium magni ponderis infumitur: solum argumentum à minori proponimus, ex quo aliqualis regula desumatur: & adeo est necessaria hæc recogitatio sufficiens, vt sine illa nequeat confessio integra esse, & sic obligat sub peccato mortali. Vnde sub incurSIONe eiusdem mortalis, tenetur confessarius cum qui, vel nullum fecisse conscientia examina, vel tam exiguum, quod non sufficiat à se expellere, & non audire, sed monere, vt recogitet dies suos in amaritudine animæ suæ, nisi forte esset laborans periculo mortis, vel alienationis mentis, vel nisi ingrueret instans bellum, vel nauigatio, quæ differri non posset: tunc enim qualiscunque discussio, etiam aliàs non sufficiens, cum sit illa quæ in tali statu est possibilis, sufficientissima iudicanda est: vel si sequeretur scandalum ex dilatione: doctrina est Adriani in quarto. de confessione. & omnium Theologorum, & iuris

Canonici

Canonici peritorum: & certe re (vt par est) maturissimè perpensa, sunt homines adeo rudes & Barbari, quos multos vidimus in Montanis nostræ Hispaniæ, Cantabriæ, & Legionis, & Galetia: ex quibus si discussionem conscientia requiramus, nunquam illos in tota vita sufficienter dispositos inueniemus, quos ad hoc examen supra moderatum rigurosam non teneri existimamus: imo supposita eorum aliquorum ruditate, moraliter impossibile, & certe aliquos de hoc docuimus, & eligeremus, vt facilius (quatum ex parte nostri laboris est requisitum) aliquem ex Sinarum, vel Iaponis, vel Philippinarum insularum, vel terræ Florida, vel America, catechizare, quam hos ex patribus Christianis, & auis, & proavis, exortos docere. Si igitur hos relinquant, vt conscientiam discutiant, & vt ipsi sua peccata narrent, sine interrogatione, per mille annos non audies ab illis, neque vnum veniale, sed solum: Pater feci male, & dico male, & ab his duobus non exient: & certe si qui Summas conscientiarum doctissimi, hucusque scripserunt ante nos, hisce in partibus Legionis, Montanarum, Asturiarum ambarum, Cantabriæ, & Galetia, confessiones in praxi (sicuti & nos) audissent, & Barbariem in hoc experti fuissent, scimus docerent, & loquerentur aliter, & rigorem circa hoc & alia per exceptionem temperarent, vt & nos coacti sumus: sunt enim hisce in partibus, fundata ab hinc. 700. annis nostra maiora & insignissima monasteria, sanctissimi Benedicti, & Bernardi magisterij, diuina prouidentia: secus perijissent multi Christi sanguine redempti, panis

tum.

tum spiritualis, tum & temporalis famæ, siue corporalis. Vnde in talibus sufficere iudicanda est, suo modo aliqualis & confusa examinatio conscientie, cum omnimoda voluntate respondendi verum ad omnia à confessore interrogata: nam si in hisce partibus non interroget cōfessarius (vti diximus) nihil se auditorum in speciali speret. Pro illis autē qui confessiones Generales facere cupiunt, aduertimus, quod si scrupulis vexantur, communiterq; laborant, non fiendas, cum sit quietem animæ de nouo turbare: qui autem hanc infirmitatem (digne enim illam sic vocamus) non sustinent facere vtilissimum est, dummodo non sit nimis sollicitus, & anxius super excusatione conscientie super peccatis iam rite confessis, & de quibus specialis timor non est: cætera vero, ea diligentia memorari procuret, quæ fatigationem nimiam nō causet, præcipue si debilis sit, & laboret capite: neq; id, quod ad quietem spiritus, voluntarie reiterat, turbationis maioris sit causa: & post factam confessionem Generalē, si aliquorum peccatorum postea recordetur, specialibus confessionibus confessorum, sed in generali illa obliuorū, nō sit sollicitus illa confiteri, nisi in aliquo noua illi sit iusta ratio timendi, & consulat cōfessarium doctum, & spiritualem magistrum.

Capitulum secundum, de contritione essentiali, parte pœnitentiæ Sacramenti.

§. I.

SCIMVS in hac materia, non posse omnino fugere nos labyrinthos, & diffinitionum contritionis

tritionis multitudinē, & expōtionum earū adductarum non solum à Doctōribus sententarijs, sed & à Sūmistis, à primis in quarto dist. 17. à secundis in suis summis, hoc titulo, obliuissimarū nomenclaturę. Et nescio an hæc multitudo diffinitionum, eum fructum intentum peperit: cum certo nouerim, confusionem non paruam caussasse. Omisissis ergo alijs (quæ nos supra citatos locos non omitimus) contritionem (modo ad præsens faciliore, definiens, quam rigore logico) dicimus, esse odiū peccatorū propter Deum, breuissimam definitionem sane, sed exactior & ab omnibus vellint nollint, & tradita & admissa, licet mille lacerata modis, quam primo exemplo communi, vt lucidius pateat, explicamus sic: Qui offendit Regē, se associans ei, qui de regno contendit, & regnū debellare molitur: si è contrario inimicum Regis, regni debellatorem odiat, vt iterum Regi sub datur, hic veniam prioris delicti impetrabit à Rege, & ei reconciliabitur: sic qui consentit delectationi, & actui lege Dei, & rationis vetito, si postea eandem delectationem & actum odit, propter Deum offensum, talis est contritus & Deo reconciliabitur: ex qua breuissimam descriptionem, & colliguntur eandemq; ex alijs longissimis, & infinitis penè, ab alijs allatis. Primò, quod cum contritio sit odium peccati, quod iam est præteritum, & transijt & non est reuocabile. Secundum actum, idem est odium peccati, atque velle non peccasse, vel vt alij magis verè, quam rigurose explicant, per nolle peccasse: vt Scotus dicit in. 4. dist. 14. in fine, & Caiet. opusc. 2. tom. q. 1. de contri. sed apertius & rigurosius, per hunc modum exponi-

exponitur, vt quis intra se dicat, verissimè vellem modo si in potestate mea esset, factum non factum, vel infectum facere & reddere, propter Deum meum, quem in tali facto offendi: & talem actum esse veræ contritionis: ex eo liquebit, quod cum (vt Scot. Doctores, & nos in materia de peccatis diximus) peccare est voluntate deficere à lege Dei, ad amorem creaturæ illicitè amatæ: igitur (cum contrariorum idem sit sensus) voluntariè deficere ab amore illicito creaturæ ob Deum, erit contritio: quæ ex Metaphora sonat, quod sicuti triticum & alia grana vel sal, molateruntur & cõminuuntur, & quodammodo desinunt in minutissimum puluerem, sic illud factum malum quatenus fuit voluntarium, à nobis per voluntatem eandem nostram debet ateri, & coneri, ita vt quod iniuste amauit, & voluit propter delectationem contra legem Dei, & per consequens contra eius voluntatem (quam Theologi vocant signi) nunc abhorreat & nollit propter amorem Dei, & eius voluntatem. Vnde ex eadem similitudine Doctores educunt, quod sicuti grana quæ à mola semi integra exeunt, & non perfecte comminuta, attrita vocantur & non contrita: sic eum qui actum peccati deformem, odit non primo propter amorè Dei & legis eius, sed propter alios respectus primarios sibi, iste talis attritus ab illis dicitur, & non contritus, cum odium peccati quod habet, non sit verè contrarium amori, seu voluntati qua malum admisit contra Deum, id est, lege Dei postposita: cum solum vel primo odit illud malum ob alios respectus creatos, sed debet solum,

vel

vel primò & principaliter propter Deum spre-
tum peccati actum odire, tunc enim contritio per-
fectum amorè Dei inuoluit. Et nobis semper sermo
est de odio peccati, non quod habent iam beati in
patria, vel miseri damnati in inferno, sed de homi-
nis viatoris odio, quo nollet fecisse, vel vellet actu
non fecisse præteritum, & quo futurum si se offerat
imaginatiuæ vellit non facere, vel si non se offerat
actu, virtualiter debeo velle non reiterare pecca-
tum, quod me fecisse verè pœnitet: secus impossi-
bile est, quod secūdum se verè odiam factum, quod
amo faciendum, qua doctrina resoluitur illa magis
acuta, quam moribus proficua quæstio, ab Scoto
& suis controuersa, ab eo in. 4. quæstione. 14. artic.
secundo, & ab Andre. Vega Franciscano, libro. 14.
de iustificatione cap. quinto. & cap. decimo octauo,
& ab Adrian. in quarto de pœnitentia, quæ-
stion. 1. propè medium: num scilicet, si detur odium
peccati propter Deum absque dolore aliquo, ef-
fet ne contritio sufficiens ad remissionem culpæ?
Respondent supracitati, quod verè esset contri-
tio sufficiens. Quod in nobis admirationem cau-
sat non modicam in viris adeò doctis est, quod
cum sermo in quæstione non sit de dolore sen-
suali, de quo ipsi cum stulti non sint: imò gra-
uissimi & doctissimi, cum turba Doctorum con-
cedere teneantur, & si vtilem esse & fructum do-
loris, partis superioris & interni, nullo modo ta-
men necessarium, imò est fructus, & quid poste-
rius, & procedens à dolore, siue pœnitentia,
siue contritione: at contritio actus superioris

Q 2 portio-

portionis, siue partis intellectiuæ est: vnde implicat omnimodam contradictionem, contritionem sine dolore superioris partis esse, scilicet appetitus rationalis, siue voluntatis. Imo quod actus quo vere vellemus non peccasse propter Deum, implicat non esse realiter imo vere ipsum dolorem: aduoco Theologos, & morum Philosophos: & res seipsam manifestat, quod ipsum velle non peccasse: est dolere dolore volütatis, peccasse: nam sicuti amor est effectus actus dilectionis: sic odium effectus est actus contrarij, quem per nollitionem commodius explicamus: est tamen actus quo vellemus si possibile esset, non factum, quod contra Deum fecimus.

De quantitate, siue inensione doloris.

§. II.

DE Magnitudine huius doloris siue odij, est non parua controuersia apud Theologos, quæ locum crediderim apud aliquos habuit, ex indebita & non sufficienti consideratione partium diffinitionis contritionis supra positæ & declaratæ: nam illis bene intellectis, locus difficultatis non remanet: nam si dicitur quod debet esse odium, id est, actus contrarius eiusdem voluntatis actui, illi quo volluimus peccare: & additur propter Deum, ex quo liquet eius quantitas, quod nullus dolor primo, vel qui æque dolet de peccato, ob aliquos respectus temporarios, vel ob alia mala quæ acciderunt: tunc enim propter hæc dolere videbitur, & non propter Deum: & quia nollet hæc incommoda accidisse, & si peccatum ab illis respectibus & malis tempo-

temporarijs & caducis daretur abstractum, illud non odiret, imò amaret: odium enim peccati verum, quod contritionem dicimus, vel non sine illo, habet necessariò inclusum Dei amorem, & sicuti Theologi definiunt & nos cum illis, materia de Gratia, & materia de Charitate: amor Dei, vt talis sit formaliter, non requiritur, vt sit summus quoad intensiõnem siue vehementiam, cum secundum hanc magis amemus patres filij, & filios patres, & forte amici amicos, sed debet esse maximus quoad firmitatem, id est, quod ita illi inhæreamus, quod nullus alius terrenorum amor à Dei amore separet, & nullo alterius rei amore etiã vitæ propriè amorem Dei relinquamus. Quod mirè Paul. expressit. 1. Corint. 13. illis verbis: Quis nos separauit à charitate Dei, tribulatio, angustia? &c. Similiter odium de peccato, cui talis amor nequit, non esse coniunctus, debet esse non secundum intensiõnem maximam, sed secundum firmitatè: hoc est, quod propter nullum propriũ, vel alienũ cõmodum humanũ, voluissẽ peccasse, vel modo peccasse delectet, vel cõplaceat, vel propter supradicta creata cõmoda, vel vitatiõnẽ incommodorũ, peccati actum ratificem, & quod modo cum doleo, propter similia, & alia quæcumq; incommoda eligerem Deum non offendisse, vel non offendere: secus si hoc modo firmitatem non habet, sicuti non est inclusus verus Dei amor, sic neque est tale verum odium peccati, quod est contritio, sed odium aliorum respectuum & incommodorum: vnde ridiculum & magnæ dementiæ esset, dolorem contritionis velle comparare dolori miserorum damnatorum, vel illo exi-

Q 3

mio

mio I E S V reparatoris nostri in sua Passione, qui fuit omnium viæ maximus, saltem secundum genus (vt locuntur Theologi) & acerbissimus secundum speciem, & circumstantias (vt cum S. Thom. diximus. tertia part. quæstio. quadragesima sexta, artic. sexto) imò neque debet esse secundum sensitiuam partem, intensior quam ille quem habemus de patris, aut filij, aut fratris charissimi morte, aut de amissione honoris, vel dignitatis: nam cum sensuales simus, naturale nobis est & absque culpa, quod à præsentibus & sensualibus obiectis, magis immutemur & fortius moueamur: & per consequens, magis affligamur, & doleamus talibus priuari per mortem, vel aliam ablationem, quam Deo per peccatum, vt S. Thom. & nos cum eo. 1. 2. quæst. 109. artic. 3. sed sufficit & necessarium est ad contritionem modo dicto, quod propter nullum supradictorum damnorum vitandum, vellim & complacem peccasse, vel vellim peccare, & hic est magnus appetitiuè dolor, & verus intellectus & sanus appretiationis S. Thom. quodlib. 1. artic. 9. nam alij modi exaggerandi, non solum Theologiam & suauitatem Christianam non redolent, sed & desperationem prouocant.

Quando actualis dolor in individuo requiratur?

§. III.

SECUNDO Aduertimus, quod non semper est necessaria actualis, & expressa de peccatis contritio, nisi in casibus, in quibus pœnitentia obli-

obligat, & non adest impedimentum: nam aliàs virtualis contritio sufficit ad peccatorum remissionem: vt cum quis subito in mortali existens ad martyrium rapitur, & si in actu non datur locus dolendi, siue contritionis peccatorum in quibus est, tamen in illo excellentissimo fortitudinis actu ab eximia Charitate imperato (qua nulla alia maior teste CHRISTO datur, quam vt animam siue vitam, quis pro amico ponat CHRISTO) virtualiter includitur peccatorum & offensarum dolor, quo remittuntur illa, & sic tunc contritio virtualis peccata remittit, cum qui in tantum diligit Deum, impossibile sit peccata non odiat: similiter qui in vltimo agone, vel extremo periculo constitutus produceret actum amoris, quo Deum supra omnia diligeret, & quo proponeret se omnia (etiam propriam vitam) pro illo desiderare exponere, si occasio daretur (de quo actu an sit via ordinaria possibilis, existenti in mortali peccato, modo non disputo) illa talis esset virtualis contritio, qua peccatum remitteretur. Vnde vera doctrina est illa quam Doct. Ioann. Medina Complut. Codice. de pœnitentiâ. quæst. prima, & Gabri. dist. decimaquarta quæstione prima, quam secuti fuere recentiores ferè omnes, imò quæ fuit S. Thom. prima secundæ, quæstione. 109. vt nos supra illum articulis tertio, quarto & quinto, illius quæstionis docuimus, dari in talibus actibus contritionem non actualem, sed virtuaalem, quæ ad deletionem culpæ sufficiat: cum talis actus procedat ex Dei auxilio supernaturali, & quantum est de se, diu duraturus si vita durasset: & credimus

Q 4 certè

certè Magistrum Soto, qui totis viribus oppositum eius videtur defendere, quod doctus & pius Theologus aliàs, in hoc sensu non negaret illam libr. 1. naturæ & gratiæ. cap. 18. Idem dicimus de proposito non peccandi, quod ibi in talibus actibus continetur virtualiter: secus non esset dilectio Dei super omnia, quod est contra hypothèsim siue suppositionem: & secundum hanc doctrinã debet intelligi Syluest. verbo, cõtritio. 1. §. cum dicat, hunc actum quo quis malet mori, quàm Deum offendisse, esse contritionem virtuales sufficientem, si aliud tempus, seu spatium vitæ non datur.

§. III.

NON Tamen probamus, imò fatemur expertos nos, aliquantulum perniciosum, illud quod docet Palud. in 4. dif. 17. quæstione. 1. & placuit pio Nauarro, Manual. cap. 1. nume. 10. & cap. 18. numer. 4. quod qui dolet eò quod non habet veram & actuales contritionem, & perfectum de peccatis dolorem, sit verè contritus, doctrina sanè tam doctis & pijs viris indigna. Et sic Nauarrus vi veritatis pressus, respondens obiectioni à se ipso sibi positæ, contradicit sibi, dicens, quod saltim esset talis attritus, vt absolui posset, & vt vi Sacramenti ex attrito contritus reddatur, & admittit, quod negarat num. 11. scilicet, attritum etiam si se attritum cognoscat, fieri vi Sacramenti contritum, & sic qui dolet eò quod non habet dolorem verum, & veram contritionem, tantum attritus est, & non contritus neque virtualiter, concedente vellit nollit ipso Nauarro. Nam qui ad aliquid faciendum obligatione tene-

tur

tur præcisa vel præcepto, si illud non faciat vel prætet, quis sanè mentis dicet quod satisfaciet dolens quod non faciat vel prætet, vel soluat quod tenetur & potest? & quod sit talis dolor verus? &posito repugnat, suppositis autem auxilijs Dei, quæ Deus paratus est omnibus dare, quicumque tenetur & potest, verè dolere de peccatis imò talibus auxilijs dicere in rigore (vt: & peccatores: perditionem dicunt) non posse dolorem & contritionem de peccatis habere, est hæresis Lutherana manifesta: imò dixerim cum, qui solum dicit se dolere quia non dolet, nullatenus esse cum hoc solo dolore absolendum: cum non faciat quod debet & potest, vt si quis missus ad studium Theologiæ quam adiscere potest, si vult studio & lectionibus insistere, non excusabitur eò quod doleat se non scire quod potest & debet, imò accusabitur: & sic per IESV CHRISTI Domini nostri amorem rogo confessarios, vt contrariam opinionem (si tamen opinio est) non sequantur, ne indignos & omnino indispositos admittant, quos Deus non admittit, ne se & illos magis ligent quàm absoluat: secus feci quod meum est, veritatem Theologicam, ex visceribus diuinarum Scripturarum, & doctrina Sanctorum depromptam proponens, & simpliciores docens, Deus tales animas de manu mea non requiret. Alia tamen ratio esset de illo, qui videns se grauitè peccasse, diuque in peccatis perseuerat, & discruciat, quia non sentit, & quasi experitur illum dolorem, quem ipse vellet, quia iste talis examinandus, consolandus, adiuuandusque est, & absolendus, nisi sit aliud impedimentum: quia

scilicet

Q5

talis

talis quasi diffidentia humilis: quidam timor est, ex magnitudinis peccati & malitiæ consideratione, & desiderio habendæ gratiæ & amicitia Dei ortus: vnde adiuuandus est, vt in dolore crescat: examinandus, vt dictæ radices diffidentia doloris cognoscantur: consolandus, ne desperatione retrocedat: absolvendus, quia quantum conijcidatur dolor est pro offensa propter Deum.

§. V.

ET Quia longè explicantes diffinitionē contritionis digressi sumus, vt circa illam quæ patitur angustia summæ colligamus, dicimus, quod nostra tradita supra definitione, includuntur omnia quæ alijs infinitis ferè verbis, ab alijs prænotantur, suis caudatis descriptionibus: nam si contritio est peccatorum odium propter Deum, cùm Deus non solum offendatur, & quasi prosequatur odio peccata præterita, sed & futura, & quæ fieri possunt, sequitur sine dubio, quod qui propter Deum odit peccati quod fecit malitiam, quod & proponit illam non iterare, & sic intrinsecè in odio peccati præteriti, vt offensiui Dei est, includitur propositum cauendi in futurum: secus quod facere iterum proponerem, quomodo odirem. Insuper & est in odio peccati propter Deum intrinsecè inclusum propositum satisfaciendi ei, cui damnum intulit suo peccato, aliàs non odiret propter Deum peccatum, quia Deus summè iustus, imò summa ipsa iustitia est, iubens & volens reddi vnicuique quod suum est, sicuti qui maximè offensusset Regem offensa capitali punitione digna, frustra

stra veniam peteret à Rege, si complaceret facti: & insuper nisi esset paratus si Rex iuberet, vt in satisfactionem damni duos annos, vel tres ire in defensionem præsidij alicuius (vt quoad nostros Hispanos: est illud Oranicum Africa) obedire & acceptare: secus in iustitiam non odiret, propter Deum summam iustitiam ipsam. Imò & in hoc odio peccati propter Deum, est inclusum votum & propositum confitendi peccata intrinsecè suo tempore, & quando occasio & tempus detur: patet, quia odire peccata propter Deum, est velle amicitiam Dei, & reconciliari Deo medijs ab ipso Deo ordinatis & statutis: at Deus ordinauit per confessionem peccatorum, omnium mortiferorū hoc fieri, igitur illam proponit, & sibi in voto statuit, vt bene Caiet. de contritione. tom. secundo, cap. 1. Vnde nostra diffinitio conformis nimis est Concil. Florent. & Trident. Decret. sessione decima quarta, cap. quarto, & quod Concilia dicta pro genere dolorem, nos odium conuertimus, ad tollendam equiuocationem doloris sensualis, in qua Nauarro laborat & Sūmistæ alij, vti supra tetigimus: qui dolor & si aliquando contingat, & quasi resultet ex interno voluntatis, non tamen est necessarius.

Qui dolor vitiosus ex amore proprio natus, à quo Deus excluditur. §. VI.

EX Quibus primo colligimus, quod qui odit peccatum non quia est contra Deum, sed quia ha-

bet

bet infamiam coniunctam, vel quia illo amittit aliquod commodum temporale, vel quia propter illud potest iustè miti in infernum, principalius quam propter Deum, vel æquè principaliter, atque propter Deum: tale odium non solum attritio non est, verum malum & de se mort. peccatum: nam est præponere comoda propria, siuè est odium non peccati vt Dei offensa est, sed propriorum incommodorum; ortus ex vitioso amore sui ipsius: odire autem peccatum propter supradicta damna, vel propter amorem gloriæ, nulla facta collatione ad Deum, sed absolute attritio est & de se bonum odium, licet imperfectum, vt pote quodam modo proprio amori per mixtum: & tale odium malum affirmare esse, est hæreticum Concilio Trident. damnatum sessione. 14. cap. quarto, & canone quintò: & hoc maximè aduerte, quia nõ est minor differentia, quam inter bonum & malum.

COLLIGITVR Secundò, quod quamuis attritio secundum veram Philosophiam & Theologiam, nequeat fieri contritio, cum sint dolores specie diuersi, sicut homo nequit equus fieri: tamen virtute Sacramenti, attritus homo fit contritus, ad quod parum facit aut nihil, quod attritus sciat, vel cognoscat, vel suspicetur, se attritum, vel non cognoscat: quia illius scientia vel cognitio, non variat efficaciam & virtutem Sacramenti, qua attritus redditur contritus, siuè sciat siue ignoret: hoc enim de per accidens est (vt barbaro modo Scholasticorum dicendi vtar) & me contritum esse nequeo scire, nisi
ex

Dolor qui est attritio

ex coniectura humana, quæ fallacissima esse solet, vel si certo ex diuino priuilegio reuelationis, aliàs sine illo scire, quis posset se esse in gratia, quod hæreticum est, damnatum Concil. Trident. scf. 6. cap. 9. & Cano. 16. & diximus nos supra sanctum Tho. 1. 2. quæst. 112. artic. 5. Cum ergo in Sacramento suppleat Deus hominis dispositionis insufficientiam, cum timens illam homo de illa confitetur defectum: facit Sacramenti vis ex valore & igne passionis Christi, qui vera charitas est, vt ille homo sic tepidus incalcescat, & contritus fiat.

Colliges tertiò, quod dolor qui ex actu peccati consurgit in homine, solum vel præcipue ob amissam salutem, vel bona temporalia, potius est offensa noua quam attritio: si tamen sit dolor propter amissa supradicta in quantum media ad seruiendum Deo esse poterant non amissa, est attritio, sicuti dolor ob promeritum infernum, vel amissam gloriam: & vt sic donum Dei est, licet imperfectum ex parte dolentis, vt diximus supra.

Indicandi de dolore manu ductio.

§. VII.

SED Libet indicia ostendere confessarijs non adeò doctis, quibus iudicent de dolore pœnitentis. Qui dixerit se male mortem pertulisse, quam mortaliter peccasse, iudicandus est esse contritus, & absoluendus, quia si sic appetiando dolorem suum mentitur, confessario non imputabitur sed sibi, qui in caput suum mentitur: qui autem dicat se male vitam corporis amittere, quam peccare mortaliter,
dolet,

dolet, & quod nollet mori magis quàm peccasse, & quod nollet aliquod magnum temporale damnum pertulisse, quam mortaliter peccasse, iste talis contritus non est, & forte neque attritus iudicandus, & talis dum in hac in dispositione perseverauerit, non est absoluendus, imò reprehendendus, & monendus, excludendus tamen, tanquam perseverans in peccato.

§. VIII.

SE D obseruandum, quod licet contritio debeat esse dolor perfectus de peccatis propter Deum, & maior omni dolore temporali, hoc est intelligendum in genere, siue ut dicunt Theologi appreciativè, non tamen in specie, scilicet, quod poeniteat me peccasse super omne dolore dignum: stultum tamè esset in confessario, interrogare poenitentem, males comburi quam peccasse? quia non debet dolor peccatorum quæri maximus in specie, vel in particulari. Similiter neque comparari debet dolori de morte filij, vel patris, vel vxoris, vel mariti (qui ut diximus) dolor sensualis non requiritur, neque est necessarius, & sic tales comparationes sunt stultæ, & desperationem causantes, & solum in hominibus perfectis in amore Dei & odio peccati, istæ comparationes locum habent: qui iam non ipsi viuunt, sed viuit in illis Christus, & mortem lucrum existimant.

§. IX.

INSVPER non est necessariû ad verã contritionem, quod certitudinem habeat peccator, se in posterum non peccaturû, vel credat certo & indubitate, quia talis certitudo esset quædam inanis:
imò

imò superba confidentia, imò cum dolore contritionis, qui vltima dispositio est ad gratiam, coniuncta esse debet quædam humilis diffidentia suarum virium, & suæ imbecilitatis, & sanctus timor, quod si occasio se offerat peccabit, sed tantum est necessarium: imò necessario inclusum in dolore perfecto contritionis, firmum propositum voluntatis non peccandi in futurum, imò & attritio tale propositum debet habere concomitans: secus neque attritio esse potest, & imperfectum odium peccati, cum actuali, vel virtuali proposito peccandi, non enim placet distinctio Nauarr. Manual. cap. 1. nume. 36. neque est conformis veritati & rigori Theologico: dolor enim actus præteriti peccati cum proposito iterum peccandi, non solum attritio non est, sed nouum peccatum, & in Sacramento poenitentia, est sacrilegium cum tali dispositione gratiam illius Sacramenti quærere. Vnde confessarij nimis solliciti sint erga mundanos peccatores, concubinarios præcipuè, vfurarios, & vindictas prætendentes: in perquirendo hoc firmo proposito cauendi futura peccata, nam talium dolor ex hoc pede claudicat semper: nam in hoc firmo proposito totavis in talibus ponenda est, neq; credendum faciliè illis, imò nullatenus eis, qui occasiones proximas non fugant, ut concubinam è domo, quia tales necessario cum occasionibus nõ fugatis, habent imbibitum propositum iterum peccandi, & redeundi ad vomitum, & sic tales mentiuntur sibi ipsis, dicentes dolere de peccato præterito, sed solum dolorem simulant.

Quomodo

Quomodo constitutione remittuntur peccato?

§. X.

EX Quibus colliges primò per cōtritionem, siue dolorem peccatorum propter Deum, modo expofito, remitti peccata & gratiam infundi, in ordine ad confeffionem suo tempore faciendam, quam (vti diximus) virtualiter includit necessario, neq; enim dari potest contritio informis, vt Caiet. perperam imaginatur. 2. tom. confeff. quæst. 4. fecutus in hoc Scotum in. 4. d. 14. quæst. 2. art. 2. qui enim contritus est modo dicto, fecit quod in se est: igitur tali Deus non denegauit gratiam, iuxta Theologicum axioma, imò neq; factibile est, ex potètia quam ordinariã vocant: imò fecūdam nullam etiã absolutã, fupposito diuino compacto, imò & si gratia in genere causæ dispositiue siue materialis, sequatur contritionem in genere tamen causæ formalis siue finalis, illam præcedit quodammodo, vt & nos cum S. Tho. vt propriori loco diximus, supra primam 2. quæst. 113. art. 8. sed hæc non sunt huius loci, neq; summam decent moralem & planiorem, sed ne integra legentibus doctis & intacta relinquamus, ea quæ à dictis Doctor. adiecta magis acumen ingeniorum ostentant, quam vtilitatem afferant: & sic remitti in casu posito dicimus peccata, per pœnitentiam virtutem in re habitam de peccatis in contritione: & per pœnitentiam Sacramētū perfectum in voto, quo includuntur aliæ partes Sacramenti, seu actus in vera contritione, modo à nobis satis large expofito: & pœna æterna illis debita, si sufficiens, & maximè intensa fuerit contritio totaliter remit-

remittitur, aut saltem si non sit adeò intensa, reditur ex applicato per dolorem valore Christi Passionis (temporalis) & certè hanc doctrinam negare absq; temeritate nemo potest, cum dentur innumeræ occasiones, & casus extremi, in quibus quis teneatur conteri & dolere de peccatis propter Deum, & in quibus confeffio nō est possibilis, neque alia satisfactio: dicere autem clausa esse remedij viscera, & remissionis, est plusquàm crudelis hæresis, & immanis blasphemia, & desperationis anfa, si talibus ex contritione gratia denegaretur; quod in se est, pro tunc facientibus: igitur, si talibus gratia datur, vt Catholica docet fides, per consequens, ius ad vitam æternam. Etsi de serò pœnitentibus dubitare Augustinum refertur, communi proloquio, ex eiusdē sanctissimi Doctoris, tractatu de Pœnitentia, & habetur commemoratū cap. Nullus. de Pœnit. distin. 7. non est, quia dubitet ecclesiæ iubar, quod qui etiam in extremis, & vltimo halitu de peccatis dolet propter Deum, quòd remittatur illi: hoc enim impia est blasphemia, sed dubitat de pœnitentia tã fera, quòd contingat, & quòd dolor in illum extremum terminum referuatus verus sit, & quòd propter Deum sit, & quòd vt debetur: de quo etiam ego Hieronymus, imò tota ecclesia dubitat, & dubito propter infirmitatis, & talis articuli impedimenta, & alia maximè impeditiua tunc occurrentia.

Colliges secundo, nō esse certa signa contritionis veræ, lacrymas externas, & singultus, quia multi verè dolentes illas non producant, neq; possunt, cū non cadant sub imperio voluntatis, quem despoticum morales vocant, siue absolutum, & cū in mul-

R tis

tis non verè dolentibus, imò non dolentibus, facillimè producantur, vt in quibusdam mulierculis & hominibus.

Quæ contritio requiratur? §. XI.

COLLIGES Tertio, & præcipuè, nõ esse necessariam sigillatim contritionem distinctã singulorũ actuum peccatorum, sic quod de quocũq; actu peccati habeatur actus vnus singularis doloris, sed fat est, quòd omnium quorum secundùm moralem diligentiam sufficientè recordatur, vnus actus formæ generalis doloris propter Deũ, qui sit omniũ singulorumq; simul sub generali contentorum, sicut vnico actu nollet illa omnia mortalia, vel illorum quodlibet, cõmississe propter vllum temporale commodum, & quod illa omnia & illorum quodlibet displiceat, & melius est, quòd antequam confiteatur cùm peccatorum memoriam fecit, ex Dei auxilio speciali (sine quo nihil talè contingit conducès ad vitam æternam) talem actũ generalem procuret habere displicentiæ & doloris: fecus, quando illa confitetur, & sigillatim potest singula cū enarrat detestari, vel simul omnia enarrata generali dolore & vniuersali, quo omnia simul odiat, & displicent mala, & de omnibus dolet, nullũ singulare placet, & de nullo est, de quo non doleat: nã aliàs, si de quocũq; actu peccati mortali obligaremus peccatorem, vt produceret actũ sigillatim odij, & doloris (vt quidã nimis duri & insuaues voluerunt) deficeret vitæ tempus, etiã si illa Matusaleni concederetur, quis enim centũ mille actũ peccatorũ, cõtũ mille sigillatim dolores & actus odij, distinctos dicet habendos? cū neq; moraliter possibilis sit recordatio singulo-

golorũ, & per cõsequens & cõfessio ipsa sigillata, quoad numerũ, cū in tali casu cõueniãt omnes Theologi, sufficere dicere: Peccauit multoties per annum in hoc peccati genere, cū numerum non possim perstringere: ergo à fortiori de dolore cum vnus actus odij innumeros actus peccati equè comprehendere possit: neq; contrarium huius doctrinæ voluit sanctus Thom. 3. part. quæst. 87. artic. 1. & in. 4. distinct. 17. quæst. 2. arti. 3. nam potius dicens sanct. Thom. necessarium dolorem cuiuscũq; actus mor. peccati, concedit hunc actum doloris generalem: secundum, quòd singula continentur sub illo, quia qui odit omnia, odit singula, idest, nullus sit actus peccati, de quo complacet, huius sententiæ est Ioã. Maior. in. 4. dist. 17. q. 5. Caieta. super. S. Thomam. 3. par. vbi supra, & in quarto quodlib. de contrition. quæstio. 2. Nauarr. Manual. Latini. cap. 1. num. 25. imò credimus sic modò supra explicato, interpretãdos eos qui contrarium sonare videntur, & quamuis iuxta grauitatem delictorum, maior dolor & intensior requiratur, hoc non est de necessitate, sed fat est ad remissionem cuiuscumq; etiam grauissimi, odium & dolor, qui contritionem attingat modo exposito & diffinito: qui quicumq; est dolor propter Deum quandam obiectiuam, secundũ quid infinitatè habet sicuti, & Theologi peccatũ quodcumq; mortale ratione offensi infiniti boni, quantum est de se, dicũt habere infinitã malitiam quodã modo. Vndè tam intensa & feruorosa esse potest cõtritio de peccatis & dolor, vt non solũ culpam, sed & totam delet poenam: imo & quod supersit satisfactio, Sed quis est hic, & laudabimus eum?

Contritio non obligat pro semper. §. XII.

COLLIGES Quarto, quòd cū præceptū contritionis sit affirmatiuū, nō pro semper obligat, sed illis tantū tēporibus quib⁹ cōfessio obligat, cū adest copia confessoris, & sic ecclesia tempus limitate & declarante, quamuis obligatio sit iuris diuini: & sic semel in anno tenetur fidelis cōteri de peccato mortali commissio anno illo, etiam si non adest confessoris copia toto anno illo, vt cōtingit nauigantibus & captiuis, & hoc eadem certitudine certū est, quia & quod obliget ecclesia, & determinet ius diuinū ad semel in anno confitendum: quia illo præcepto non ad solam partem Sacramenti Pœnitentiæ obligat, quod stultum esset imaginari, sed ad vsum Sacramenti Pœnitentiæ, cuius præcipua pars est contritio cordis, sed cū pœnæ ecclesiasticæ per se non ponatur nisi supra culpas, & defectus exteriores: hinc est, quòd sub pœnis solam præcipit confessionem, quæ est actus exterior: idem de satisfactione, quia ecclesia veram, validam, & non fictam confessionem iniungit: similiter obligatur quis ad contritionem, si sumere vult sacram Eucharistiam, quando non adest confessoris copia: nam si adsit vltra contritionem, obligat ius diuinū ad confessionem & probationem suæ conscientie per sacerdotē iudicem, secundū illud Pauli. 1. Cor. 11. Probet seipsum homo: quod de probatione per cōfessionem, infallibiliter decernens interpretatur Concilium Trid. ses. 13. c. 7. & Canon. 11. si copia adsit confessoris: tamen ad alia administranda Sacramenta, imò & Eucharistiā sacram alijs dandam, non credimus obligare præceptum contritionis, quicquid Nauarro (vti. 1. p. huius

ius summæ. cap. 1. §. 5. diximus) affirmari, absq; vero fundamento: quia qui Sacramentum administrat in mortali, non ponit obicem gratiæ quæ Sacramentum ex opere operato confert in recipiente digne: ergo non est noua culpa, cū dans Sacramenta nō sit recipiens, & si operatur sine fructu opus administrationis Sacramenti, idem de quocumq; opere bono secundum se, esset diceret, quod faciens illud in mortali, est nouum mortale quod esset error manifestus in fide damnatus contra Lutherum, Concil. Trid. ses. 6. cap. 11. & Can. 25. & vti loco supra citato diximus, doctrina est S. Thom. & communis: sed quia Summistæ ferè omnes satis inuoluntate dicunt teneri Christianū ad contritionem quotiēs actus peccati mort. se offert memoriæ practicæ: oportet hoc apertius dicamus, ne remaneat ansa erroris, & abstinemus à terminis & modo loquendi scholarum, quia in summa opus est modo loquēdi magis cōmuni & trito: dicimus ergo, q̄ quotiēs memoria offert peccatū, verbi gratia, homicidiū, aut furtū, vt à me perpetrata vel perpetrabilia: tūc detestari teneor factum, & non debet placere cōmittere, quod dicitur practicè recordari, vel memoriæ se offerre: at quando furta vel homicidia se offerunt memoriæ, vt reliqua trāfacta, vel lecta, vel audita, tūc non teneor detestari, quia solū memoriæ se offerūt speculatiuè, id est, sine ordine ad operandum ea, vel nō operandū. Vnde consilia data ab aliquibus sanctis, & iuris spiritualibus, quod recogitet quis peccata præterita, & si suspicetur per sanctas cōiecturas dimissa, vt de nouo illa ploret & detestetur, foeditatem considerans, & ex hoc misericordiam Dei propiciati ex-

tollens: debet intelligi de illis peccatis, quorum refrenatio memoriae non fit nociua: secus fugienda est, & illa obliuio ne perpetua sunt sepelienda, vt sunt carnalia. Et consilium optimum est, statim ad quæ quis mortaliter peccauit, quantum in se est, contritionem & dolorem procurare, tum, vel primò ne in inimicitia Dei duret quis, quæ eximiè tremèda est, & insuper ne labatur in aliud peccatum, quod diuicius differri nequit, & dæmum ne amittatur bonorum operum, & meritum, & valor quoad vitæ æternam. De venialibus nihil diximus, quia ad eorū remissionem non est necessaria cōtritio, sed sat est minor dolor & displicentia, cum & absque dolore & displicentia (dummodo complacentia nō adsit) quibusdam Sacramentalibus, vt aqua benedicta, & oratione Dominica, & Episcopali benedictione delentur, vt cum S. Thom. diximus. 1. 2. quæst. 87. Addimus hic, quòd peccatorum etiam mort. ante Baptisma commissorum, non est necessarius dolor, qui sit contritio formalis, sed delentur simul cum originali per Baptismum, in quo Christo confepelitur homo, dummodo tantum illorum non complacent, neque illa in futurū intendat perpetrare: tūc enim poteretur obex gratiæ, in quo bene Soto, & nescimus qua ratione hoc Nauar. nouū videatur, cū sit scabie vetustius (vt adagio vulgari vtar) & tritissimū apud Doctores, etsi Nauar. simul cū Baptismate cōtritione petit præteritorū peccatorū, iā admittat necesse est Baptismū, nō esse absolutionē omniū peccatorū, neq; primā ianuam gratiæ in re vel in voto, sed pœnitentiā quæ in contritione est: etsi dolorem petit Nauar. qui nō sit cōtritio, hoc est, pingere ad placitū,

atque

atq; calculare, vt libet, quia ille dicet requiri, vt quatuor dolorē, alius dicet vt tria, ego, dicā vt vnū, alius dicet sufficere nullū, dūmodo actu nō sit cōplacentia, vel virtute, vt & nos cū Soto affirmauimus: imò cū cōmuni, nā si ad hoc, vt efficax medicina suū sortiatur effectū, satis est, q̄ infirmus illā recipiat, & nō admittat simul contrariū venenū illi. Igitur cū Baptismus maxima sit legis gratiæ virtute Christi medicina, cur nō suū habebit remissionis peccatorum omniū effectū, in eo qui volūtate eā recipit, dūmodo non actu vel virtute cōplacent malorū factorū? quæ illi cōtrariantur admissa & cōplacentia? & hoc Cōcil. Trid. ses. 6. c. 6. intelligētibus Latinā linguā expressè decernit, cū dicat, ac propterea mouentur aduersus peccatū per odiū aliquot, & detestationē, id est, per eā displicentiā, siue pœnitentiā, quā ante Baptismū haberi oporteri diximus: & ses. 14. cap. 2. cū inter Baptismum, & pœnitentiā Sacramēta differentiam ponit, hāc doctrinā expressè definit.

Supposito autē iuxta fidem & verā Theologiam, quòd cōtritionis Deus est prima & præcipua causa, & nos causa secunda, & cooperās Deo acceptādo & nō repugnādo, siue nō cōtradicens; Doctores ponūt aliqua motiua (nā causæ nō rectè dicētur, neq; rigurose) ad illā habendā, talis est, cōsideratio fœditatis peccati, & eius vtilitatis, seu dulcedinis fucate aduertētia, scilicet, quā breuissima sit & vana, & q̄ ob illā momētaneā, acquiratur perpetua dānatio, & amicitie Dei amissio: quis vel diamantinus nō crepet medius, propter illud tā vanū, vidēs & cōsiderās se inimicū Dei constitui, gehenna & æternis tormētis dignū, & societate dæmonū, dū De⁹ fuerit Deus

R 4

glo-

gloria ad quam fuerat conditus, iuste priuatum: quo fugiet à facie æterni Regis traditor, in cuius manu est? vndiq; cõtra illum pendent euaginati gladij, imò omnis Dei creatura Dei offensæ vltrix pendet, tectorũ tegulæ, ligna, lapides, vt supra talem cadant, nõne Ioan. 21. Põti. noster Hispanus, obrutus à tecto camerę oppressus cõtra sibivanè promissam lõgam vitam, breuissimè obiit? & Ludouicus Secundus Imperator repente ab equo cadens, & Alfonso Primus, & Ioannes Primus Aragoniæ Reges, nonne similiter ab equis cadentes, repente obierunt? Henricus Primus Castellæ Rex, casu tegulæ fragmenti percussus, & Albertus Imperator, ex eo quod peponem comedit, obiit, numquid peccatori tali deficiet mors, aut infirmitas? an solus effugiet, quam Imperatores, Pontifices, & Reges, non effugerunt? Præcipue consideret peccator amicum eius dæmonem, nihil magis desiderare quam eius mortem in tali statu, imo illam omnibus vijs procurare: si ergo fugæ locus non est, confugiat ad patrem suum, & reuertatur in domum eius, & si offensum, & sicuti ille prodigus dicat: Pater peccaui in te, & lassatus sum in via iniquitatis, fac me sicuti vnum de mercenarijs tuis. Consideret non ad hoc Deum, illum de nihilo fecisse, vt illum offenderet, & quæ bona (omnia scilicet) de manu Dei acceperit, & quomodo reddiderit mala: & de quantis eum Deus periculis eruit, hæc reuoluat, & hæc soliloquia, & considerationes habere quę eximiè profunt, doceat Curatus, vel qui docere tenetur: est enim eximium opus, mouere peccatorem ad flectum verum.

Cap.

*Capitulum tertium, de confessione in
communi.*

§. I.

EST Secundus actus pœnitentis oris cõfessio, vt habetur de fide Cõc. Lather. sub Inno. III. relato cap. omnis. de pœnitent. & remissio. & Florent. & Trident. ses. 14. cap. 3. 5. & 7. & Can. 6. quæ iure diuino, fuit in lege gratiæ à Christo. R. nostro instituta, vt decernit idem Conc. vbi supra, estque accusatio priorũ delictorũ corã proprio sacerdote, vt ab illis absoluator & iudicetur facta. Vnde cū accusatio sit reiiciendæ, sunt omnino excusationes, & dictũ est priorũ delictorũ, vt intelligas aliena delicta nullatenus esse narrãda, dicitur coram proprio sacerdote, vt innuatur quod aliæ confessiones nõ corã proprio factæ, vel in foro iudiciali exteriori, nõ sunt sacramentales: & etiã illę quę corã nõ sacerdotibus fiũt in mortis articulo, & cū additur, vt ab illis absoluator, siue iudicetur, causa finalis ostenditur, ita vt qui alio sine sacerdote confiteretur proprio, scilicet, ad alliciendũ illũ ad peccandum, vel vt hæresim admittat, vel etiã vt confitentẽ pro sancto, habeat nõ facere sacramentalẽ cõfessionem, sed fictã & paliatã insinuationẽ sui mali: secus autẽ, si pro fine primario habeat peccatorũ suorum veniam, & pro secundo vanã gloriam, vel alium finem nõ bonum: quia tunc sacramentalis esset cõfessio, & secundum secundi finis malitiam, peccatũ committitur: & hæc est doctrina communis omnium in. 4. distinctio. 17. & Summistarum, verbo,

con-

*Confessio
actus pœni
tentis.*

confessio: excepto quodam in aliquo dictorum varie oppinante: de quo nihil modo.

Quibus verbis confessio fiet? §. II.

TENENTVR Omnes verbis confiteri significatiuis (vnde & confessio oris dicitur) nisi Deus loquelam abstulerit: fecus autem, illa deficiente, per nuntus & signa, quia cum talibus medijs conscientiae status iudici possi manifestari, absq; sigilli secreti detrimento, quod est iuris naturalis & diuini, confessio sit possibilis, obligat: per nuntium autem, scripturam vel per interpretem, non obligat confessio, & etiam si quis timeat memoriae lapsus, & si contra obliuionem, & vt omnium recordetur, teneatur omnem adhibere moralem diligentiam, non tamen peccata scribere, quicquid dicat Maior. in. 4. dist. 17. q. 2. & aliqui magis timentes male, quam docti, cum illo. Imò dicimus non teneri scribere peccata, etiam characteribus à se confectis ad placitum, & sibi soli noctis, (quod scribendi genus nostri *Cifram* vocant) quia omne signum exterius de se publicum est ante iudicium, & ex solo accidente secretum, & homines cognouimus qui quibusdam numeris, coniecturis, & proportionibus, cifras, fere omnes legunt, & de nobis experientiam offerimus, non fidem, quod paucissimè sunt quas viderimus & non legerimus, etsi labore. Christus autem reparator noster confessionem instituit secretam, quoad obligationis vim, relinquens poenitentiam liberum illam publicam facere, in casibus conuenientiae. Vnde errauit Caiet. super Ioã. c. 20. pessimè, tum dicens, confessionem institutam à Christo R. nostro, vo-

lun-

luntaria, tum etiam dicens, sigillum secreti confessio nis institutum esse ecclesiae, non Christi, iurisq; ecclesiastici, non diuini: in quo virum accutum & piū maximè miramur: nam etsi confiteri publicè permillum & conueniens fuit in aliquibus casibus in ecclesia-Primitiua, & fortè aliquibus iniunctum ad ecclesiae aedificationem, sed de se non sic fuit instituta confessio, neque obligat modis dictis, cum de se omnes sint in publicum deducibiles.

Quae confiteri teneantur omnes? §. III.

TENENTVR Et omnes, omnia mortalia proprio sacerdoti semel in anno confiteri, de quo quæsat sint, diximus supra, part. 1. huius summæ, in explicatione cap. Omnis. de poenitentia & remis. & sic hic de hoc nil noui. Tenentur & omnes quotquot Eucharistiam sumere voluerint, habentes mortal. peccati conscientiam, & confessoris copiam, ad confessionem sub mort. & contrarium affirmare hæresi proximum, & scandalosum est: maximè post Conc. Trident. decretum, ses. 13. cap. 11. Tenentur & fideles ad confessionem, quotiens mortis instat periculum moraliter euidens, id est, tale in quo multi homines communiter periclitantur, vt imminente naufragio, vel quando iudicio peritorum timetur mors, vel naufragium, vt in omnibus prælijs periculosis, nisi repente irruant, & locus non detur: & in omnibus periculosis ægritudinibus, postquam cognoscitur periculum, quia cum poenitentia medicina sit certissima lapsus, à Christo Redemptore nostro ad salutem instituta animorum, sicuti ergo quis

sub

sub mort. ad tuitionem & salutem sui corporis, tenetur ex charitate: à fortiori ad salutem animæ: idè de muliere prægnante dicimus cū partus instat, præcipue primus, & ante omnes, si partus sentit difficiles & periculosos.

Monachorum obligatio specialis, quæ? §. IIII.

ADDIMVS Insuper monachos teneri sub mort. si adest conscientia peccati mort. intra mensem confiteri illud, quod ab ecclesia illis iustum est, Clem. ne in agro domin. de statu monachorū. Vbi iudicio nostro Summus Pastor Clemens. V. obligare voluit religiosos (quorum vocatio & vita tēden-
tia ad perfectionem est charitatis, & spiritualis vitæ) ad confitendum mortale peccatum, si adfit intra mensem: sicuti seculares obligat ecclesia, & caput eius, Innocen. III. in Conc. Latheran. ad confessionem annualem: & quamuis dicta Clem. specialiter monachis nigris loquatur, vt apparet (quos vulgus Benedictinos vocat, generis nomen tribuens speciei) tamen etsi illud decretum quo ad quædam cæremonialia illos solos tangat, vt de colore, formaque externi habitus, tamen in re tam graui, & omnium religionum statum concernenti, tam intime, qualis est animæ munditia, omnes æque religiones, & religiosos ligat, vt Syluester in simili docet, verbo, religio. 7. §. 1. & Panorm. ibi dictam Clementi. explicans, & omnes iuris Canonici periti, contra Nauarrum, Manual. Latini, capit. 2. numero. 6. & contra Sotum, cum quibus, etsi aliàs doctissimis, nunquam sentire in hoc persuaderi potui, neque
parum

parum ad hoc asserendum nos compulit, quod sacrum nostrum Cystercent. institutum Obseruatiæ Hispaniæ, vt in omnibus alijs maximè iuris Pontificij obseruantissimum, instituit, vt monachi, non tantum semel in mense, sed & in hebdomada quacumque semel confiteantur, & quater ad minus singulis hebdomadibus sacerdotes sacrum faciāt, alio legitimo cessante impedimento, & nō sacerdotibus absque dispensatione semel in hebdomada quacumque confiteri, & Eucharistiam sumere, vno quoque Dominico die iniungit. Idem de monialibus omnibus professis sentimus, quoad mēsis cuiuslibet confessionem, quod & de nouo iussit Concilium Trid. Sess. 25. c. 10. de reforma. vbi in rectè & aduertenter excusis Concilij sacri transumptis, in margine citatur Clem. ne in agro. §. sane. de quo nobis supra sermo fuit, & in quo versamur intelligendo.

Quæ verè confessionis conditiones? §. V.

CONDITIONES Autem bonæ & veræ confessionis sacramentalis, proponuntur à S. Tho. & ab alijs Doctoribus in. 4. dist. 17. quibusdam barbaris versibus, tamen adiuuamē memoria: & adducuntur à Canonistis super dist. quintā & sextam, de pœnit. Primò, confessio debet esse simplex, scilicet, quod talibus nudis, simplicibus, & claris verbis peccata dicantur, vt absque in volucris & tegumentis à sacerdote intelligatur: quod & maximè sacerdos debet aduertere, quia quo communior defectus hic eo periculosior, vt qui inebriatus fuit, si dicat, Bibi aliquid vltra necessarium, quia hoc sic implicatè dictum,

Etum, veniale sonat, cum mort. sine dubio sit de se: similiter in alijs iudicandū, ex hoc, quia nimis dolendum est, quòd mille circumloquijs abscondere nitantur verum iudicium, & simplicem accusationem fugiant, & excusationem potius faciant, vtinā sic de se sacerdoti narrarent sua, in animarum salutem, sicut narrant corporali medico causas, & accidentia suarum infirmitatum corporis, in quorum narratione amplius & amplius se explicare, & si factis intellecti à medico, procurant molestè: & quod magis dolendum est, quòd vtinam sic sacerdoti sua delicta verè facta aperirent, sicut aliena ex suspitione sola, & fortè falsa narrant alijs vt certa, sine ambagibus, in suis confabulationibus.

Confessio humilis. §. VI.

SECUNDA Condicio est, quòd humilis sit, id est, cum cognitione sui mali & demeriti, & quod non fiat cum iactantia de malo, vt cum narrat alijs iocose, vel iactanter quæ fecit. Tertia est, quòd sit pura: quæ condicio magis eplexat primam, scilicet quòd sit simplex, hoc est, ne immisceatur impertinentibus, nam ad verum iudicium non solum simplicitas cognitionis causæ requiritur, sed & puritas, id est, quod non sit causæ admixtæ cum alijs, quæ sunt impertinentia, quæ & si iudicium totaliter non impediunt, turbant tamen sicuti gustus iudicio, non solum obest quòd vinum sit fictum, & non verum, sed etiam quod sit aqua mixtum. Quarta est, quod confessio sit fidelis, id est, absq; mēdacio vllò: vnde, si quis vel mortale quod fecit, negat, vel quod non

*Puritas cō
fessionis.*

*Fidelitas,
sive veritas
in confes-
sione.*

fecit

fecit mortale confitetur scienter, nouum mortale committit contra fidelitatem confessionis, & talis confessio sacrilega est, & reiteranda: si tamen veniale, quod non fecit confiteatur, vel quod commisit veniale, vel venialia neget, venialiter tantum peccat, & hoc etiam si materiam fecerit talis venialis peccati: quicquid Caietanus contra nitatur secunda secundæ. quæstio. 110. articulo. 4. & in summa, verbo, confessio. quamuis moderatius, ibi, nam quamuis mentiri in iudicio sacro, sacrilegium sit, tamen veniale, vt furari aciculam de altari, furtum sacrilegum est, veniale tantum, quia leuis fit iniuria sacro, sic leuis fit iniuria iudicio sacro, confessionis defectu veritatis circa veniale, vel venialia, quæ etsi materia sint sufficiens, non tamen necessaria Sacramenti: secus autem, si vnum tantum veniale confessionis materiam facere instituit, & circa illud mentitur, vel circa omnia si plura venialia pro materia confessionis decreuit: quia tunc sacrilegium mortale committeret, cum iudicio sacro grauem infidelitatis iniuriam imposuisset. Doctrina est Victorix, & aliorum de confession. dubium. 131. de qua materia nos latius super primam secundæ sanct. Thom. materia de vitijs & peccatis.

Quinta condicio est, quod sit integra, quia cognitionis causæ integritas, essentialiter necessaria est ad bonitatem & perfectionem iudicij: vnde, qui scienter vnum, aut plura mortalia omittit confiteri, vel aliquam circumstantiam mutantem speciem, vel omittit, vel circa illam mentitur, mortaliter peccat, & confessio est inualida, & reiteranda,

vt si

*Necessaria
conditio.*

*Integritas
cōditio ne-
cessaria cō-
fessionis.*

vt si fornicatus decies, scienter dicat nouies tantū, vel fornicatus taceat se furatum, cū furtum commiserit, & qui stuprum commisit virginis, tantū fornicatum se cum soluta dicat, sacrilegium contra integritatem confessionis commisit mort. secus autem, si ex declaratione alicuius mort. peccati, vel circumstantiæ specificæ coram tali confessore, dū alterius immineret vitæ corporalis vel spiritualis periculum verum & certum, quia tunc non fieret contra integritatem confessionis factæ in speciali, nūc, & hic, id est, cum tali confessore, de quo talia timetur mala, quæ omiſsa coram alio de quo talis nō est iustus timor, integritati confessionis iniuriam facerent mortalem.

Omissio circumſtantiarum, quæ mala? §. VII.

I D E M Dicimus de omiſsione circumſtantiarū speciem mutantium, circa quæ addimus modò duo: primum est, quòd qui timet certo confessariū venturum in cognitionem cōplicitis, sine dubio ex explicatione circumſtantiæ speciem mutantis, non solum non tenetur, imò neque debet, neque iustè potest illam explicare sub mortali, sed in casibus talibus licentiam à proprio petat, vel à superiore, vel modo sibi possibili alteri confiteatur: & si non datur, neque est locus euadendi supra dicta, & habedi alium in quo illa pericula non currant, taceat, quia non habet confessorem tali casu quoad illa, & præcipuè quoad circumſtantiam, ex qua in cognitionē cōplicitis certo veniet, vt si, verbi gratia, dicam me fornicatum cum virgine, vel cum consanguinea,

vbi

vbi vna tantum virgo, vel consanguinea pœnitentis sit curato vel confessario-notissima: vel si plures sint, tamen cum vna illarum notatus est, quod specialissimè tractat, & confessa circumſtantia statim confessarius in indiuiduo complicitis habebit notitiam: & fateor me nunquam (& si desiderauerim sæpè) in contrarium huius doctrinæ ire potuisse: & si cognouerim graues & doctos sectatores contrariæ, quorum vnus est Nauarro, & existimo, quod non perpensa radicali ratione morali, à vera sententia deuiauerint: nam cum duo præcepta simul concurrunt, quæ simul seruari nequeunt, pro illo tunc, omitti debet quod minus est, & à iure minori ortum, quia tunc non currit, neq; præceptum in tali casu est, & seruari maius & à maiore iure ortum, quod maximum est axioma in Philosophia & Theologia morum, & est receptissimū in iure Canonico, vt liquet ex argumento cap. Iulia. & cap. si Dominicus. ii. q. 3. & cap. sicut. de consecra. dist. i. cum sua glossa: at quamuis integritas confessionis, quo ad mortalia & circumſtantias speciem mutant, sit præceptum à Deo, & per consequens iuris diuini positiui, tamen seruare proximi famam, respectu alterius, qui eius delicti non habet notitiam, est iuris naturalis, & per cōsequens naturalis & diuini, cum Deus nature sit author ergo primum cessat: & hoc seruari debet vt maius, neque hoc irrefragabile argumentum fugit Nauarro dicens, non infamari complicitem tunc, quia solus cognoscit sacerdos, & sub sigillo cōfessionis, quia istæ sunt ex accidenti, & ex quo complex iure, bonum nomen & famam habet apud illum confessarium, iniuria

S

fit

fit illi quomodo amittat nomen bonum respectu eius, neq; alius præter ipsummet ius acquisiuit, nisi cõtra naturam, vt illud manifestet, etiam solo confessario.

An declarare complicem liceat? §. VIII.

SECUNDVM Quod addimus est, quod nunquam licet neque licuit in confessione Sacramentali, ob aliquem finem personam alterius, qui peccauit declarare, etiam vt à quibusdã dicitur in bonũ & vtilitatẽ eius qui nominatur: absit sicuti à me abest, misericordia Dei, neuis inuidiæ & zeli amaritudinis: omnes qui scripserũt vtiliter & cordate, veneror eximię, sed dum aliquid reperio quod solam redolet nouitatem, à cutie subtectam, incandesco nimis. Fatemur autẽ licere alicui, alteri docto, bono, graui, & securo homini, manifestare peccatum alterius vt profit illi, non vt obsit extra confessionem, quia & si secretum sit iuris naturalis, est quando secretũ est vtile proximo, cuius peccatum scio ob boni nominis conseruationẽ, & sic eius peccatum reuelare ei, qui profit certò eidem, & non obsit, vt supra tot conditionibus depinximus, non est contra tale ius: imò in fauorẽ eius cuius secretũ est, ad hæc verissima extra confessionẽ doctrina, non currit in cõfessione Sacramentali, quæ instituta est à Christo Red. nostro pars Sacramenti pœnitentiæ, in medicinã pœnitentis, non alterius tertij, & illud tribunal Sanctũ est, in quo pœnitẽs se accusare tantum debet, & nõ alterum: & mediũ instituta fuit à Christo Red. nostro confessio Sacramentalis, vt peccator pœnitens animã suam lucretur, nõ alterius, &

scire

scire medio confessionis arcanissimę, & secretissimæ aliquid extra tractandũ, tum pœnitentis, tum tertij, iniuriã sonat sigilli, & simplicibus metũ incutit, & sic esto esset verum posse fieri (quod non credimus) habet modus asserendi: nescio quid, in destructionem & non edificationem, quare adhuc in tali casu doctrina talis, foret de veritatibus referuandis discretẽ, intra scientium & Doctorum peccata, & si quis vult proximo proficere per mediũ admonitionis docti & timorati, & sancti viri, & discreti, extra confessionem absq; irreuerentia, & periculo id faciet fractionis sigilli, quia enixẽ tenemus, quod, & si pœnitens possit cedere iuri secreti confessionis, in bonũ finem, cum in eius fauorem à Christo Red. nostro sit institutũ, & ab Ecclesia Catholica obseruatum, non tamen potest cedere, quis pœnitens iuri sigilli in peccato alterius sui cõplicitis, vel non cõplicitis, cuius peccatũ nouit. Et quãdo in bonum eius modo dicto (& vt volunt horũ nouorũ fructuum venditores) vult quis proximi peccatum dicere pio & proficuo, & docto confessario, quo ad talem actum confessio non esset, sed consultatio: & sic melius est, vt extra illum tribunalis iudiciarij actum fiat.

Cautela præuentionis confessarij. §. IX.

VNDE Aduertendũ, quod si cõfessarius præferit aliquem pœnitentẽ velle explicare cõplicitem, vel quomodocunq; alterius peccatum tertij, moneat eum, & præueniat, quia hoc non confessionis sanctæ, sed detractionis esset actus: & si iam fecit,

S 2 moneat,

moneat, vt iterum nõ faciat, sed caueat pro proximorũ nomine & honore, & quãuis hoc multoties contingat, ex radice ignorantia si forsan adfuit malitiæ species, vel ignorantia crassa appareat, vel supina (de quibus alias) moneat, vt se accuset de tali nouo peccato inter cõfiteadũ admissio, cum lacrymis cordis scribimus hoc, quod se immiscuit Sathã sub tegumento sacrorum, cum sint nonnulli, qui in cõfessionibus aliorum peccata detegunt, vt credãtur, & proximos a fauore & bono nomine apud confessarium, præcipuè quando Prælatus est, deturbent. O execrandum sacrilegium, & abominadum facinus!

Quæ damna sperata non sufficiunt ad tacendum circumstantias? §. X.

SED Aduertendum secundò, quod cum dicimus posse taceri, vel peccatum, vel circumstantiam speciem mutantem, quando quis cogitur confiteri tali confessario, de quo iure timet poenitens, quod illũ occidet, quia eius res furatus est, vel eius fororem, vel filiam deflorauit, vel tale quid simile habet, & etiam si iure timet quod confessionem reuelabit, nolumus dicere, quod sufficiat ad talem taciturnitatem, timor quod confessarius si sciat me perpetrasse hoc peccatum, non tanti me æstimabit, vel si Prælatus est meus, quod non adeò fidet de me, vel quod officia auferet & ministeria ordinis, quibus utebatur ad peccandum, vel si auunculus meus est confessarius secularis, & diues nõ me hæredem relinquet, quia (inquam) hæc non sunt sufficientia, nisi vt licentiam procurem alteri confitendi,

secus

secus non, vt si non obtineatur licentia peccata, vel circumstantias necessarias taceam: imò ideò, vt quis proprio sacerdoti confiteatur imstitutum est, vt pastores cognoscant vultus pecorum. Et conditio cõfessionis alia, ideò ponitur a Doctoribus multis, quod sit confessio fortis, id est, rumpens in casu posito similes difficultates & timores. Alias confessionis conditiones, quæ potius sunt congruitates, vel ad melius esse, vt quod sit deuota, &c. tractabimus suis locis.

Capitulum quartum, de sigillo & secreto Confessionis. §. I.



Vna cõditio confessionis, sit quod sit secreta, eius locum tam ex parte poenitentis, quàm confessarij huic cap. reseruauimus: de sigillo tractat S. Thom. & Doctores in. 4. d. 21. q. 3. art. 1. & Canonici iuris periti, super cap. Sacerdos. de poeniten. d. 6. & super celebre cap. omnis. de poenit. & rem. §. caueat. Vocarunt autem Theologi prisca secretum hoc sanctum, cõfessionis debitum, sigillum, metaphora desumpta à clausura literarum, quia sicuti sigillum quantum de se est conseruat literas clausas, vt habetur lege. 1. §. final. & lege cum ab initio, & lege si quis signatoribus. ff. quemadmod. testa. apert. sic obligatio ad tacenda non solum, quæ in confessione sacramentali cognoscuntur, sed quæcumq; secreto scita sigilli nomine significatur strictè: & quamuis ad seruandum integrum quodcumq; secreto scitum, naturæ ipsius vis obli-

get, sic natura socialitatis hominum iubente (vt suo loco tractantes de secreti naturalis obligatione dicemus) tamen in secreto confessione scitorum Sacramentali, irrefragabilem vim, sacra Christi Redemptoris nostri instituta, & lex addere, addidit & Ecclesia Christi sponsa, Spiritus Sanctus suis declarationibus, & pœnis impositis grauissimus.

Si liceat casu aliquo confessione reuelare? §. II.

VNDE Colligitur primò, quod quamuis sint aliqui casus, in quibus possit, imò debeat reuelari secretum naturale, vt quando ex eius obseruantia & integritate aliquod notabile damnum animæ, vitæ, honorum, vel etiam bonorum temporalium iniusta iactura sequeretur, eius cuius est secretum, aut etiam tertij, vel quando iudex aut Prælati iuridicè cogunt reuelare, vt latius dicemus suo loco infra, & docent periti iuris, super cap. qui ambulat. §. quæst. 5. & Panormitanus, & Felinus super caput. Innitiauit. de testamen. & Innocentius super citatum caput. Omnis. de pœnitenti. & remissionibus. tamen nullus datur neque dabilis est casus, in quo Sacramentalis confessionis sigillum liceat rumpere: vnde si frangere secreta naturalia nisi in casibus dictarum necessitatum mortale peccatum est, confessionis sigillum violare à fortiori grauissimum sacrilegij piaculum est, contra naturalem, diuinam, & Ecclesiasticam prohibitionem.

An ex

An ex merito liceat aliqua reuelare? §. III.

hæc SECUNDO Colligitur, quod nullus metus etiam omnium tormentorum & atrocissimæ mortis, & nulla vtilitas aut etiam totius mundi liberatio, est sufficiens causa rptionis sigilli huius Sacramentalis confessionis ita vt directè, aut indirectè à confessario possit publicari aliquod mort. aut aliqua circumstantia mortalis, imò neq; aliquod etiam veniale peccatum, neque id quod in confessione cognouit, quod & si peccatum in pœnitente nō sit, communiter vel veniale esse solet, & quod communiter viri timorati confiteri solent, ex hoc timore pro peccato, & præcipuè quod fœditatem aliquam habet, verbi gratia, prioris exèplum, si quis accusauit, quod non ita attente Canonicas recita-uerit horas: secundi, vt si se accusauerit passum in somnis pollutionem, & similia.

Colligitur tertio, quod audiens ex confessione non vt confessarius, sed fortè transiens, vel malitia auscultans aliquod veniale, vel mort. vel si audiat laicus, laicum in extremis laborantem, si illorum aliquid reuelat vltra rptionem naturalis sigilli, grauius peccatum committit, speciem scilicet sacrilegij, siue rptionem sacri secreti, quantum est ex parte rumpentis: & idem de interprete, siue alio medio quo quis sua peccata confessus est, imò & de Doctore cum quo pœnitens confitenda, & confessarius confessa peccata communicat, & de remedio inquirat, quamuis omnes supradicti de pœnitentiario confessario Sacerdote, non incurrant æquè Ecclesiasticas pœnas.

Quibus modis reuelatur confessio. §. III.

COLLIGIT VR Quartò (descendendo ad peculiare locutiones) quod confessarius dicens, ille aut ille confessus est mihi vnum, duo, vel plura mort. vel aliquid siue aliqua graua, confessionem reuelauit sacrilegè, similiter si dicat hunc nolui absoluere, vel hic habet casum reseruatum, vel hunc mihi ad superiorem absoluendum, & qui publicè petenti Eucharistiam denegat, cum ex officio incumbat illi dare, vel locum gerat Curati, vel etiam si non ex officio teneatur dare: tamen dans alijs, denegat alicui vel aliquibus, dicens. Tibi non possum dare, vel fac poenitentiam: quia iam significat impedimenta, & confessionem reuelat. Similiter qui quodcumque veniale peccatum particularizat, dicens. Hic confessus est michi iocosum mendacium, vel aliud simile particularizans: non autem est reuelare dicere, confessus est mihi peccatum, vel peccata sua, quia liquet de se quod si confessus fuit sua peccata, & non aliorum confessus erit. Demum, vt vno verbo multa complectamur, quicumque tali modo loquens de auditis in confessione, vt ex illo deueniri possit in cognitionem poenitentis, & peccati est, reuelare sacrilege confessionem, vt si quis dicer, & primus què in confessione audiui in vita confessus fuit furtum. Ex hoc enim potest sequi (quod accidit iam) quod postea oblitus huius dicti, & ad alium propositum dicat eisdem, vel coram eorum aliquibus, vel aliquo, primus filius confessionis, quem habui in hac vita fuit Petrus: ecce de primo ad vltimum furtum Petri protulit.

protulit. Similiter reuelat confessionem Sacerdos, qui de suo poenitente interrogatus quomocumq; an sciat hoc, vel hoc crimè: respondet se nò posse dicere, vel respondere, vel se non scire via qua possit manifestare: hæc enim responsiones ferè directè assertiones sunt peccati interrogati: similiter, qui audiens plures, vel ferè vnius populi, communis, vel conuentus, si de crimine, de quo rumor est, vel fit inquisitio, confessionem frangit, si neget dicens, hoc crimen non fecit hic, neque hic, nominando eos, & derelinquendo vnum, duos, vel paucos, super què vel quos, suspicio cadere possit, quia ex tali exclusione in causa est, vt facili negotio in cognitionem poenitentis deueniatur.

Num in alia confessione liceat peccata audita reuelare?

§. V.

DEMVM Quotiens confessarius sua peccata alteri Sacerdoti, suorum poenitentium peccata etiam in sua Sacramentali confessione detegit, etiam solo confessario reuelat confessionem sacrilege, vt qui se accusat, quod malè absoluerit Prælatum suum à peccato simoniæ, coram confessario, qui Prælatum cognoscit: & similes casus ex hoc exemplo deduces, maximè enim aduertentes esse debent confessores, in accusando se à defectibus à se commissis in auditione confessionum, ne vt suas negligentias in officij administratione commissas, peccata sibi in confessione patefacta aperiant, vel quomocumque viam aperiant, ad cognoscendum peccatorem etiam Sacerdoti, cui ipsi confitentur: & sic tutius est, vt qui timet non benè, neque iustè se cum

S 5 poeni-

pœnitente gessisse, vt dicat se accusans, Fateor me in quodã mortali graui audiẽdo & absoluendo defectuose processisse, & nõ iudicasse vt debebam, & nõ negasse, vel distulisse absolutionẽ, vel nõ iussisse restituere, vbi restitutio necessaria erat, vel nõ confuluisse qđ debuerat, vel iussisse: hoc enim sufficit, vt sine periculo cognitionis tertij, cognoscat confessarius peccatum & defectũ confessarij, qui nũc pœnitens est, circa officium audiendi confessiones.

Pœna iuris contra reuelantes confessionem. §. VI.

POENA Autem reuelationis, siue fractionis sigilli cõfessionis vltra eternã, propter immane sacri legium, exterior & ab Ecclesia statuta est, depositio ab officio & beneficio, & peregrinatio ignominiosa, siue portando signũ aliquod, vel notam ignominia & sui sceleris, vt habebatur antiquiori iure, vt patet de pœnit. d. 6. cap. Sacerdos, quod est Gregor. Primi. Sed nouiori iure Concil. Lateran. sub Innoc. III. relato cap. illo celebri. Omnis. de pœnit. & rem. talis plectitur perpetua clausura monasterij, vbi vigeat magna monastica clausura, & hoc satis iuste & blãde cum tales reuelatores, directẽ cõtra Christi R. nostri institutũ faciant, fideles à confessione deterrendo: vnde & si irreuerenter contra libertatẽ Ecclesiæ processit famosissimus Iacobus, vel D. Iaymus Aragonum illustrissimus Rex dictus fortunatus, postea monachus Cystercienf. noster, cum ob reuelationẽ cõfessionis suæ, linguã absciderit Episcopi Gerundenfis, non tamẽ crudiliter neq; nimie.

Apparẽtes & non vera reuelationes confessionis. §. VII.

NEQVE reuelat confessionem, qui dicit hic mille

mille scrupulos cõfitetur impertinẽtes, & suis impertinẽtibus minutijs caput obtũdit, vel hic est timoratus & similia. Caueat autem Sacerdos ne inter suos pœnitẽtes collationẽ siue cõparationẽ faciat, quia ex quõ vnũ excedentẽ prædicat alterum indirectẽ deprimit, & decolorat: hoc enim habet vulgares cõparationes, & est quẽdam reuelatio indirecta: Prælati ex auditis in confessione subditorum, dum modo primo intra confessionẽ eos moneãt, vt ipsi petant exonerari ab officijs & administrationibus, quæ in confessione cognoscuntur occasiones proximæ peccandi, vel in peccatis perseuerandi, bono quẽsito colore, si ipsorum petitio discreta desit possunt imò debẽt, tales ab officijs amouere discretẽ & cautẽ: secus confessio instituta à CHRISTO Redemptore nostro, vt fiat proprio Sacerdoti, vt cognoscat sui pecoris vultum, perperam sic instituta fuisset, si Pastor & Prælatus ex cognitis in confessione non posset (dummodo secretum cum cautela seruetur) occasiones offendendi tollere, doctina communis modo, quamuis ab hinc centum annis, aliqualis fuerit de hoc controuersia. Similiter iudex si alia via exteriori cognoscat delictũ pœnitẽtis, quod ante vel post in foro cõfessionis interiori, audiuit ab eodẽ, punire sine scrupulo potest illud: poterit & sacerdos proximi & pœnitẽtis (qđ aliàs vidit suis oculis, vel à fidedignis audiuit extra cõfessionẽ) peccatũ illud narrare, & de illo loqui, si alia lex nõ vetet, dũmodo caueat ne illud magis certificet, quã si in cõfessione nõ audisset omnino, sed solã certitudinẽ narrati, vel auditi eo modo, & eam quam extra confessionem habet: de publicis etiã peccato-

peccatoribus, quos in cōfessione audiuit (dummodo confessionis mentionē nō faciat) potest confessarius loqui, vt cæteri & reprehēdere, & sanctā Eucharistia negare absq; sigilli fractione, cum peccata sint publica: & similiter nō frangit sigillum, qui de illis quæ certò in confessione nouit sub indicijs, & extra ostensis dicit alijs quibus nota sunt, talia indicia suspicor ex ijs indicijs, hunc commisisse hoc crimen, quia ad affirmandum sub suspitione talia publica sufficientia indicia sunt, & sigillum confessionis nō tollit ex vi sua id dici, quod alia via scitur, vel quod ex indicijs suspicari posset, ac si per confessionem nihil sciretur.

Confessarius qui de licentia pœnitētis possit circa secretum?
§. VIII.

OBSERVA Tamen, quod de licentia pœnitētis potest confessarius peccata audita referare, quia secreti sigillū est iuris pœnitētis, & potest quicumq; iuri suo renūtiare, dummodo nō emergat dānum alicuius terij, & si timetur quod etiā de licentia pœnitentis, si reueletur confessio confessarius, vel alij audientes veniēt in notitiam cōplicitis, vel in vehementē suspitionem, nec pœnitens talē poterit dare licentiam in terij dānum, neque confessarius illa vi, & iam supra §. 5. tetigimus, quomodo confessarij cautissimū esse debent in se accusando, coram alijs confessarijs, de negligentijs factis ab ipsis in audiendis confessionibus, quia hoc facere debent generaliter & sine narratione criminum, in confessione auditorū, venire enim potest hic secundus confessarius in notitiam peccatoris, sed si malè se

gessit

gessit dicat, Peccau quia excessi, vel diminutus fui cum quodam pœnitente, & libros siue doctiores non consului, vel quia non misi illum ad peritores animarum medicos.

Caueant etiam confessarij, ne etiam publicis peccatoribus in confessione imponant pœnitentias publicas, & publicè adimplendas, ita vt cognoscatur quod in confessione imposita sunt, quia confessarius ad sigillum omnium auditorum in confessione semper, & omnibus vijs tenetur, prout in confessione manifestata sunt: poterit tamen & tenetur dicere, Frater publicè peccasti, vt & tu fateris, & scandalizasti pusillos: videant igitur ijdem quod doles, & quod edificas quod ex parte tua est, animas quas destruxisti perniciosis exemplis, & sic vt intelligant quod motus à Deo hoc facis. Non tamen quod in confessione iniūctum est: & hic est optimus intellectus decreti Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. quod multos torfit doctos, neq; enim fas est suspicari etiam solū, voluisse sanctissimum Concil. vt saltim etiam indirectè audita in confessione publicarentur, vt ibi audita: & si aliās publica essent, quæ diximus sunt communia, iuxta S. Tho. in. 4. d. 21. & iuxta ferè omnes tum priscos, tum iuniores.

De auditis autem in confessione, peccatis vergentibus in dānum eximium Reipublice, vel cōmunitatis perniciem, dubitari solet an liceat reuelare, qualis est hēresis proditio Reipublice, vel conspiratio cōtra principem? Alex. Alen. 3. p. q. 18. art. 2. S. Bonauent. in. 4. dist. 21. q. 1. artic. 2. Panor. super cap. omnis vtriusq;. Syluest. verbo, confessio. i. §. 1. videntur

videntur tenere, confessionis sigillū non obligare, quando pœnitens nullam pœnitentiam agere intendit, neq; de talibus videtur emendationē velle, sed sic illa narrat, vt aut de illis gloriētur vanē, aut vt confessarium peruertat ipsum quod peius est, & sic Panor. & Syluest. in ore habent illud proloquiū hœresim, neq; confessio cellat. Nobis verò videtur dicendum, quod quodcumq; quis confitetur crimen hœresis, & proditionis contra totam etiam Christianam Rempublicam, etiam si pœnitens de illis dolorem non demonstret, neq; appareat, dummodo confessio sit, sub sigillo confessionis Sacramentalis, obligatorio cadit, dixi, & iterum addo, dummodo Sacramentalis sit confessio, in modo saltim, poterit tamen & tenebitur confessarius, in communi modo possibili, absque pœnitentis directā, vel indirectā declaratione Principem, siue rectores Reipublicæ admonere efficacissimē, & Prælaturum siue Prælatos, vt cautissimē inuigilent, ne errores pululunt, & vt caueant proditiones, & addere potest, se scire esse necessarium, & imminere periculum pro foribus, dummodo speciali verbo, vel signo, peccatorum in particulari non ostendat, doctrina est hęc S. Tho. in 4. dist. 21. quæst. tertiā, artic. primo, & sequenti, & additio ad tertiam partem quæst. 11. & Scoti ibidem quæst. 2. Dur. ibid. Caiet. quodlibe. 1. de confess. quæst. 2. & omnium ferè grauium, & ratio suffragatur optima, si iuxta Pauli doctrinam, non sunt faciēda mala, vt veniant inde bona: à fortiori minus sunt faciēda, vt impediatur aliud malum cuiuscumque qualitatis, & magnitudinis: reue-

lare

lare: igitur crimen cum criminoso cognita in confessione, semper est intrinsecè malum, & contra naturale & diuinum ius: reuelare verò crimen & urgentiam necessitatis remedij, absque reuelatione criminosi & pœnitentis directā vel indirectā, non est malum, imò bonum, necessariumque: ergo illud nunquam: hoc autem & licet & debitum est.

Dicimus secundò, quod si constet confessario, quod confitentis animus est non Sacramentaliter confiteri, sed illo inuoluerò siue palio, quasi confessionis Sacramentalis, suam persuadere hœresim Sacerdoti, etiam si alia simul declaret peccata, & sub confiteor Deo, & significatione Crucis, alijsq; cæremonijs, illa non est confessio Sacramentalis, sed immane sacrilegium, & personata prædicatio erroris: & sic in tali casu non tantum non obligat confessionis sigillum, sed sub censurarum Ecclesiæ, & tribunalis sanctæ Inquisitionis incurfione, talem tenetur declarare, & denunciare, Inquisitoribus sui districtus, modo ipso quo audiuit: cætera verò, quæ simul audiuit, quæ ad perniciem Reipublicæ sic non attinent, tenetur sub obligatione naturalis sigilli tacere: idem dicimus cum quis sub confessionis tegumento, confessarium persuadet, vt cum illo intret in perditionem Reipub. vel destructionem, vel mortem Principis, vel Prælati, quia talis confessio non est, sed sacrilega persuasio: ex quibus facile deducetur quando confessio non est, sed ad malum palia persuasio. Vnde colligitur, quod si confitetur, aliquis se cognoscere aliquem secreto hæreti-

hæreticum, & Reipub. proditorem, tenetur confessarius illum talem obligare, vt reuelet tales iudicio Inquisitionis Sanctæ, & Reipub. rectoribus in proditione, & secus non absoluere, & eximium conatum & diligentiam in hoc ponere, quia talem pœnitentem, sigillum naturale secreti non obligat, imò ipsa natura docet, cum damno etiam partis, occurrendum ad damnum totius euitandum: & similiter si confiteatur pœnitens, se scire aliquos de pernicie morte vè tractare proximi, destructione etiam honoris eius, & bonorum temporalium eius, tenetur confessarius iubere, vt illum vel illos quorum mors, vel pernicies tractatur, per se vel per tertium, verbo vel scripto, vt admoneat, nullatenus personis declaratis machinantibus, sed tantum in communi admonendo, vt cautè ambulet, & provideat sibi & suis: quia naturale sigillum non est à natura ad malum, præcipuè cum illud euitari potest personis non reuelatis: vnde tunc intactum sigillum remanet. Demum omnes sacerdotes cautiissimi sint loquendo de his quæ in confessione audierunt, de quibus melius esset omnino tacere: sed quando aliqua necessitas, vel vtilitas vrgeat semper, & locus & status personæ quàm audiuit taceatur: nam sunt homines audiètes hæc adeò indagatores, & in talibus perspicaces, vt paulatim rimentur quis fuerit, de quo locutus sit cōfessarius, testes in hoc sumus practici, mille similiū defectuum: est enim sigillum frangere confessionis indirectè, dicere cum parochus essem talis parocciæ, audiui à quodā mercatore vel scriba, vel factore, fene, vel vidua, vel virgine, vel nupta, hoc peccatum, quia de illo, difficili etiam scruti-

scrutinio possit fieri calculatio, & deueniri in notitiam. Similiter iocosè Sacerdotes inter se tractare etiam in cōmuni, de auditis in confessione ab ipsis, est mortale & periculosum, ex scandalo dato, & notabili irreuerentia sacramentalis grauitatis sigilli, & si corā secularibus fieret, maius peccatum, & scādalum certius: attamè ridere grossum & stultū modū confitendi peccata, dūmodo persona non nominetur, veniale est, sed narrare iocosum aliquod dictum à pœnitente inter confitendū, & si non pertineat ad cōfessionem, nominando personam, mort. esset ratione scandali, quo seculares detraherentur à confessione; cogitant enim, quòd quicquid ibi dicitur, quomodocumq; sub sigillo cadit, & quod sicuti illud patefit, patefient & peccata.

Colligitur insuper pro fine huius materiæ, quod modus quem seruāt aliqui, volètes sacerdoti alicui tuto aliquod secretum dicere, signantes se & genuflectentes, sub Cōfiteor Deo, &c. narrantes postea suum euentū, vel negotiū profanum, volètes vt sub sigillo sacramentali cadat secretū, est sacrilegiū magnum, & immanis irreuerentia contra sacramentale confessionē, neq; talia narrata sic sub sigillo confessionis cadunt, nisi solum sub naturali secreti obligatione, quia cæremoniæ tales non sunt de substantia sacramentalis confessionis, nisi quod quis iudici suam aperiat delictorum conscientiam: est & alius vsitator modus dicendi, cū exaggerare quis vult secretum: hæc dico (aiens) in confessione, tunc enim in tantū exaggeratio est, & quasi intimatio magni secreti; & tūc aut nullū, aut veniale solū peccatū est, si tamè vellet hoc dicto obligare sacerdotē audièntē,

ad maius sigillum quam secreti, naturalis, esset mortalis irreuerentia, & tale peccatum in nostra regula ri Hispaniæ Obseruantia sancti Bernardi religiosissima, & cautissima, iure reseruatur Abbatibus (vt perniciosum) absoluendum.

De auditis in cõfessione nõ licet confessario tractare, etiã si cõfessio diminuta, vel aliàs inualida fuerit, & absolutio fuerit denegata, neq; de ibi auditis, cū ipso etiã seorsum pœnitente extra cõfessionem licet cõfessario tractare, q̃a iniuste extra illud tribunal causaret ruborẽ pœnitenti: sed si post absolutiõnẽ datã aduertit, se nõ bene fecisse absoluendo, vel quia nõ bene intellexit, vel quia necessaria nõ iniũxit, dũ locus detur illũ seorsum alloquẽdi, licentiam ab eo petat ad tractandũ de auditis, & ab illo cõfessis, ob necessariũ remediũ, & si dederit, tractet: secus taceat, & in cõscientia tutus remanet, dũ hanc diligentiam adhibuerit, & pœnitenti imputabitur, iã damnũ: doctrina est S. Tho. vbi supra cõmunis.

Dubitari pro calce huius materiæ solet, quomodo respõdere poterit cõfessarius interrogatus de auditis in cõfessione, an dicere possit, se nescire, & maiori attestatiõne affirmare? Respondemus, & posse imò, & debere dicere se omnino nescire, imò & si petatur iurare, & etiã sub quibuscũq; tormẽtis, imò morte ipsa crudelissima quam sustinere tenetur, & erit vere martyr pro iustitia mortuus: nã veritas est, quod id quod vt Deus scit, ignorat vt homo, & interrogatio est hominis, & secundũ scientiam humanã debet esse responsio, iuxta illud capitis, si sacerdos de offic. ordin. pœnitens non tenetur ad sigillũ cõfessionis: eorũ quæ inter se & confessorẽ in confessione.

*An tracta
repossit cõ
fessarius
de auditis
in confes
sione dimi
nuta et in
formi.*

sione trãseunt, etiã si confessarius ille manifestet ex occasione aliqua sua crimina, etiã grauiã, tenetur tamen pœnites ad naturale sigillum: vnde satis iuste & vtiliter sanctæ Inquisitionis tribunal, sub censuris cogere potest mulieres pœnitentes, vt declarent corã Inquisitoribus peccatũ sacerdotum cõfessario rũ, qui eas ibi ad venerea sollicitarunt: est enim maxima iniuria & irreuerentia facta sacramento sancto, & est deterrere fideles à confessione: potest tamen pœnitens absq; peccato, dicere bona quæ confessarius monuit, dicere & quomodo reprehendit, & quæ iussit iuste, quia secretum confessionis est iuris pœnitentis, nisi adsit aliqua circumstantia illicita. Vnde concludimus, quod præceptum non reuelandi audita in cõfessione est negatiuum, & sic pro semper obligat etiã post mortem pœnitentis, & in omni euentu.

Capitulum quintum, quando quis teneatur ad confessionem, & quomodo?

DE hac materia tractat Doctores in. 4. d. 17. & S. Tho. ibi, & Addici. ad. 3. p. q. 6. supposito ergo confessionem esse ad salutem necessariam sacramentalẽ, vt Catholici omnes vno ore fatentur, & decernit Conc. Trid. ses. 14. c. 7. & Can. 6. & similiter, quod sacramentalis confessio non à natura ipsa, sed à Christo R. nostro instituta est; vt ibidem est, de fide decretum: dubium restat, cum sit præceptum affirmatiuum, quando obliget fideles (nam quod infideles nõ obliget nil certius apud

Doctores) quid quid Ricard. dicat. d. 17. art. 9. q. 4. & Angel. verbo, confes. 7. §. 2. & Gabriel eadē. 17. dist. quam sententia isti falso subtili Scoto tribuūt quē sufficiēter saluat, & ab hac nota. liberat. Adria. Igitur quod præceptū confessionis sit diuinū. absolute, & nō ecclesiasticū positiuū, est post prædictū Conc. de fide, & sic quod dixit Caiet. super cap. Ioā. 20. nunc esset error in oppositum. Ad quæsitū igitur respōdemus, quāuis cōfessio sacramētalis à Christo R. nostro, & nō ab Ecclesia sit instituta, vt falso affirmavit Glossator Decreti, in princ. dist. sanctæ, de pœnit. & secutus eū fuit Panor. super. c. Omnis. tamē determinare tēpus ordinarię cōfessionis, Christus reliquit Ecclesiæ suæ, quæ ab initio tēpus determinauit, sed vltima determinatio fuit illa celebris, Cōc. Later. sub Innoc. III. quæ refertur. c. Omnis. de pœni. & remis. sēpissimē relato, quo omnes fideles, plenū rationis vsum habētes, obligantur ad annuam confessionē omniū mort. & circumstantiarū speciē mutantiū peccati: vnde qui in anno integro peccati mort. conscientia nō haberet, ad confessionē pro illo anno nō obligaretur, quia pœnitentiæ medicina est, quæ supponit infirmitatē: sed tātū, vt sui reddat rationē, talis tenebitur se proprio sacerdote coram præsentare dicens, Gratia Dei nō habeo peccati mort. conscientia, & credere debet Parochus, nisi aliās esset famæ obscuræ, & vitæ periculose & perditæ, quia talis iudicāndus esset fugere confessionē, & arcendū esset mendaciū, & vi cogendus esset externa. Vnde qui reliquit aliquod mort. vel circumstantia necessario confitendā (vt quæ mutat speciē vel notabilissimē in eadē speciē peccatū aggrauat)

&

& sacrilegium cōmisit, & vltra hoc præceptum annuæ confessionis non impleuit, & talis ligabitur ceteris, si ferantur contra nō cōfessos illo anno, quia illa confessio non fuit nisi fucata & ficta, neq; pœnitentiæ pars, sed peccatum & actio sacrilega: quia illo præcepto non solum confessio, sed integra omniū mort. & circumstantiarū necessariarū iubetur.

Vulgi autem recepta est opinio, quod confessio annualis in Quadragesima fienda sit: secus præceptum non adimpletur, sed falsa est opinio, sicuti ferè omnes vulgi: nam quocumq; anni tempore & die quis cōfiteatur, præceptū cōfessionis pro illo integro anno adimpleuit, sed quia est aliud præceptum diuinum, de cōmunicādo, q̄ Ecclesia citato cap. de terminat. quoad tēpus, quod fiat determinatē in Paschate, & omnis cōmunicaturus ex alio præcepto diuino tenetur se probare per Sacramentale cōfessionē, si adest cōsciētia peccati mor. vel dubiū eius, ob reuerentiā Eucharistiæ sanctissimæ (vt diximus supra. 1. p. huius summe c. 1. §. 5.) hinc mos inoleuit, q̄ vt duo simul præcepta adimpleātur, sicuti cōmunicatio fieri necessario debet in Paschate, confessio fiat in Quadragesima, quæ Pascha præcedit: & insuper, quia cū Quadragesima sit afflictionis & pœnitentiæ tempus aptum, visum fuit Christianis ipsis pro confessione Sacramentali præcepta.

An autē quis statim ad quæ mort. peccat, teneatur cōfiteri, dubitatum fuit ab aliquibus. Innoc. & Archi. super. c. Ille Rex. de pœnit. d. 3. & super cūratū. c. Omnis. quos sequitur Guilielm. Parisiens. tenere, quod iure diuino, statim, atque quis amittit Dei gratiā per mort. peccatum commissum, tenetur

T 3

con-

confiteri sub nouo mortal. non tamen iure ecclesiastico: tamen in contrarium est torrens omnium reliquorum Doctorum, tam Theologorum, quam Canonistarum, imò & ratio ipsa, & veritas: nam si ius diuinum confessionem instituens, Ecclesiæ sanctæ reliquit decernendum tempus huius præcepti, vti certum & dictum est: ergo tantum obligatur quis, quando Ecclesia statuit obligari, & hoc non fuit nisi semel in anno, etiam si intra illum millies mortaliter peccauerit, vt liquet citato capit. Omnis. Igitur non statim, atque mort. committitur.

Ætas qua quis obligatur ad confessionem?

De ætate auté qua quis incipit obligari ad confessionem, dicimus certâ Mathematicam nõ posse statui regulam, & fixum ætatis punctum, sed cum iure diuino (vti dictum est) confessio instituta sit medicina contra peccatum mor. necessaria, statim atque quis habuerit sufficientem ad peccatum mortaliter, & cognitionem & deliberationem ad committendum aliquod graue cõtra Deum, tenetur statim ad confessionem, quod certè laude dignum est in nostra Catholicissima Hispania, quod statim à relictis vberibus, pueros assuescit & alicit ad confessionem: tamen abominandam nihilominus notamus corruptelam, quæ ab hinc triginta annis introducta fuit à quibusdam idiotis clericis, vt multos simul pueros audirent genuflexos, & ludicra illos interrogarent, non absq; sacrilegij specie: & vt talium esset sacramentalis confessio sufficiebat quod aliquis illorum vnũ vel minimum veniale confiteretur sub specie mali, sed istæ iam abolita sunt.

oblita nõ obligent?

An auté qui hoc anno oblitus fuit vnũ mort. cõfite-

fiteri potest receptâ Eucharistiam in Paschate, & enatur recordatus, oblitus illo anno cõfiteri, ex integræ confessionis præcepto? Sunt qui respondeant, quod tenetur, quia integra præcipitur in anno confessio peccatorum: sed alij absolutè negat, vt Victoria de confes. dub. 137. & ferè iuniores omnes: nos medijs concordantes incedimus, si obliuio culpabilis fuit aliquo modo mortaliter, scilicet, vel affectata, quia recordari noluit, neq; facere mediocriter quod in se erat, tunc sicuti tenetur confessionem iterare, quia inualida erat ad remissionem peccatorum, imò peccaminosa, sic & non fuit sufficiens ad impletionem præcepti diuini, ab Ecclesia determinati, de annuali confessione: si autem obliuio fuit naturalis, vel quæ nõ lata culpæ à Canonistis dicitur, sed tantum venialiter culpabilis, tunc nõ tenetur pro illo anno, sed expectare poterit, si libet, confessionem anni futuri: nã integræ talis fecit confessionem moraliter, & peccata inculpabiliter oblita, vel venialiter culpabiliter, si adest virtualis illorum pœnitentia, & actuale propositum integrè confitendi, virtualiter cum remissis & confessis, remittuntur quantum est ex vi sacramenti, & sic pro tunc integram confessionem omnium mortal. fecit, & præceptum adimpleuit pro illo anno.

Insuper tenetur fideles ad confessionem sub nouo mortal. quotiens habentibus conscientiam mortalis culpæ, superuenit mortis periculum, tale moraliter existimatum, iudicio bonorum, & à fortiõri cum imminet mortis articulus, vt cum quis intrat periculosum bellum, vel magnam & longam navigationem, vel infirmitatem experitur periculo-

fam, vel à medicis, quod periculosa sit audit, vnde Lateran. Conciliū, relatum cap. cū infirmitas. de pœni. & remis. iubet medicis sub præcepto ad mor. obligante illos, vt infirmos tales primò confiteri faciant, & Eucharistiam sacram sumere suadeant, sub obtestatione, quod secus, illos non iterū visitabunt, quod in periculosis infirmitatibus intelligitur. Insuper, cū mulieribus instat partus præcipuè primus, sunt enim tales inexperiæ, similiter quæ expertæ fuere partus periculosos, in omnibus tenetur cōfessione & communione sacra præmuniri, quod apud pias & deuotas Regni Castellæ, præcipuè Toletanæ nostræ Prouinciæ, sic est animo insitū, vt noua monitione nullatenus egeant, quotquot partui approximantur. Omnis vir aut fœmina, quæ vel qui, certo moraliter scit, vel intelligit, se ab aliquo occidendam, vel occidendum, cū se obtulerit occasio & concedatur locus, vt cum quis scit, vel intelligit inimicum habere exacerbatum, vel in honore læsum, vel mulier quæ cognoscit maritum zelotipia percussum, tenetur si adest conscientia peccati mor. sub nouo mort. ad confessionem iure diuino. Similiter omnes damnati ad mortem iustè, vel iniustè, ex quo sententiæ notificationē receperint, si conscientiam habeant lætalis culpæ, tenentur sub morte nouo ad confessionem: & gratias Deo, quod iā in nostra Catholicissima Hispania, similibus bīduo ante sententiæ executionem vel triduo, & confessio iniungitur, & sacrum viaticum Eucharistiæ ministratur, ex decreto quodam Grego. XIII. nam hucusq; ab alijs nationibus crudelitatis notabamur, eius ratione cōsuetudinis, ex qua Eucharistia dānatis negabatur

batur ad mortē, quæ potius ex reuerentia Sacramēti sacratissimi, licet indiscreta, apud nos originem traxerat. Insuper omnes qui habentes conscientiam mort. peccati, moraliter timent, quòd extra occasio nem præsentem toto anno futuro copia confessionis non aderit, tenentur sub mort. statim ad confessionē: quæ omnia liquēt, tū ex dictis supra, tū iuribus & rationibus allatis, & maximè hac, quia iure diuino omnia remedia quæ ad salutē animæ nostræ necessaria sunt ordinauit & iussit, medicus animarū, & magister Dñs noster Iesus Christus sub præcepto: at pœnitētia cū suis integratibus partibus, cum copia ad omnes reperficiēdas præsto est, ante vitæ discessū & finē lapsis in mor. culpa, & qui Dei amicitiam amiserūt iussa est, ergo. Quibus imminēt supra dicta pericula discessus à vita, vel defectus remedij: necessario est illud, quādo possunt præsupponēdū iure diuino: Theologica est demōstratio, mediocriter syllogizare scientibus euidenter concludens.

Demum iuris diuini præcepto cōfessio iuncta est, habenti reatus mortal. conscientiam, vel dubiū, volenti libere, vel ex obligatione, vel ex voto, Eucharistiam sumere, si copia sit confessoris, quod ius diuinū iam per Ecclesiam declaratū est, contra quendam modum dicendi Caieta. 3. p. q. 80. artic. 4. & super Epistolam primā, Corin. 11. & in summa, verbo, communicio. in sacro Concil. Triden. ses. 13. c. 7. & Can. 11. & iā modus dicendi Caietani, esset modo non solum temerarius, sed hēreticus, & confessoris copiam nō habens, tenetur non communicare nisi ex officio illi incumbat, vt curato, vt in festis sacrum faciat, vel nisi scandalum aut periculum sequatur.

De monachis nobis semper visum fuit, neque in contrariū vnquā persuaderi potuimus, quod tales, si adfit (quod Deus auertat) cōscientia peccati mort. tenētur sub nouo mort. intra mensem confiteri, vt illis ab Ecclesia præcipitur. Clem. ne in agro domi. §. sane. & tenet glo. ibi, de statu monach. & si tantū ad litteram ibi. sermo sonet de nobis Benedictiniis, qui proprie & in rigore solitariā & ruralē vitā degimus verè monasticā, & maximè in hac illustri familia Cystericiensi, siue D. Bernardi: tamen iudicio nostro, cū eadem sit omnium religiosorum ratio, omnino iter perfectionis petentium, omnes etiam Mendicantes obligat, imò cū tales inter seculares, & inter mundi laqueos degāt, vbi maiora & cōmuniora currunt pericula, & cum tale ius ecclesiasticum sit declaratiuum diuini iuris de tempore cōfessionis, sicut seculares ad annualē ex diuino obligat iure, sic regulares ad mensualem (vt sic dicam grossiori vocabulo) vtpote qui perfectionē petāt: ne quid aliud ibi Summus Pontifex intendere potuit, nisi religionis normam, & media perfectionis inquirendæ statuere: & huius sententię argumentū non parum est, quod Conc. Trid. ses. 25. cap. 10. de reformatione. idem iudicauerit necessarium, & iniunxerit quoad moniales. Et ratio Theologica idē demonstrat: axioma enim, & maxima nostrorū Theologorum est, ad omne illud religiosum teneri sub mort. sine quo essentialia (quæ dicimus tria vora) vel nequeunt obseruari, vel ita difficillimè, vt de eorum fractione sit euidentissimum periculum: at sine confessione pœnitentiali post mor. peccatum periculosissima est votorum obseruatio, nisi quāto citius

citius fieri possit reconciliētur religiosi Deo, & obstaculum peccati auferatur quantum est ex eorum parte, quod periculum non imminet votis solennibus non astrictis sic: scio Nauarr. pium, piam hanc existimare congruentiam, non autē præscripti necessitatem, Manual. Latin. cap. 2. nu. 9.

Neque latet duriusculum hoc visum in aliquibus ingenijs, sed perpédant dicta & rationes, & motiuum. Clem. 5. quantum coniectari licet & mirari desinent, etsi adhuc nouum apparuerit, & rigidum, ego vellem aliud blandius, si conscientia non reclamaret docere: at aliud non suggerit intellectus, neq; Deus scientiarum Dominus dictauit, neque sum totis exceptionem patiens: nam si in damnū exterius regularium loquor, contra me ipsum loquor, cū ex Dei dono professionis sim monasticæ Cystericię sum, siue D. Bernardi minimus, legatur glossa prædictæ Clementinæ.

Capitulum sextum, de prauis ante confessionem, tam ex parte pœnitentis, quam confessorij.

RESTANT tamen quedam in calce huius tractatus, quæ superficie tenus cōsiderata, & minutissima vidētur, & fastidium venantia, sed omnibus sicut sentimus nos in Christo Iesu debitores, sic & omnibus scribimus doctis & indoctis, pro quibus nō parū hūc subibimus laborem, & intro spectata istæ necessaria nimis videbūtur. Igitur cōfessarius, statim atque ad hoc munus vocantur, intret animæ suæ cubiculum, & proponat

se tale munus nõ peracturũ studio curiositatis, sciẽdi aliena crimina, quæ prima & maxima têtatio tyrõnũ in hoc officio esse solet, quæ in se magnavinitas est, vt, si quis auidus esset videndi interiora latrine, vel vasis purgamẽta, & intercora vêttris cõtinetis.

Secũdò, intra se proponat se nõ peracturum tam sublime opus, desiderio audiendi obscena & carnalia crimina, quæ têtatio nimis fatigare solet aliquos, & præcipuè iuniores, quam nimis cauere debent, & orationis instantissimæ clypeo, & petitionis diuini auxiliij muniri; secus incident in laqueos inextricabiles Sathanæ, & ex dulcissimo administrationis huius Sacramenti flore, virus, vt aranæus, & non mel, vt Christi apis eliciet.

Tertiò, breuissimè habeat cũ Christo R. nostro, soliloquiũ spirituale, & intra se cũ summo affectu dicat; Per te, Dñe, & propter te incipio, in te & per te faciã quod debeo, & finem huius ministerij sacro sancti, à te in animorũ salutẽ & medelã instituti, & sanguine tuo roborati, cõtēquar per te qui es meus, & omniũ hominũ & Angelorũ finis, &c. Dicat vel hijs similia, & tũc accedẽs ad pœnitẽtẽ, si sunt in tẽplo, primò sacerdos genua flectens, orationẽ faciat ad maius altare, vel ad alterũ, si in capella est, & statim suscipiat pœnitentẽ benigno & sereno gestu, hilariq; vultu, nõ obiurgãs quod fero, vel nimis cito venerit: nã si exasperat in his minutissimis, reddet eũ timidum ad crimina declarãda maiora, & Sathanas huic sanctissimo Anthidoto insensissimus, locũ inuenit ponẽdi impedimẽta ruboris & metus, ne integra fiat confessio, & sequitur abominandũ silentium, & sacrilega alicuius criminis cællatio.

De

Deinde sedeat sacerdos, & nõ alio modo audiat etiã aliũ sacerdotem: nã vituperabile nimis est, quod fit apud senes clericos, quod & pœnitẽs si cuti & cõfessarius recubans super altare, vel super arcas sacristiæ cõfiteatur, sed, gratias Deo, hisce tẽporibus, Prælati in nostra Catholicissima Hispania diligẽtes sunt & solertissimi, & in administrationis sacramentorũ decẽtia circũspecti, & qui omnia quæ piorũ oculos offendere possunt, corrigũt, & eliminant, in suis dioccesum crebris visitationibus, & annuis synodis, & vt alios sileamus vnũ hisce nostris diebus pro exẽplo, amoris debiti & cognitæ perfectæ bonitatis vis, & proponere iubet Prælatorũ exemplar, Ioãne de Sancto Clemẽte, ex Auriẽsi Episcopo, Archipræsulem factum Cõpostellanum, verũ sanctissimi Iacobi Zebedæi Apostoli successorẽ, & imitatorẽ; quẽ in modestia Christiana, & omni mũditia, cognouimus docere & mōnere Parochos, & vrbaniusimè se gerere in sacramentorũ administratione, quorũ testes sumus oculati, cũ pro suæ benignitate, nostrorsus fuẽrit ministerio & societate in multis suis visitationibus: cætera huius Prælati meritisissimi taceo, timẽs eius modestiã & humilitatẽ lædere, sed proposuim⁹ obuiã & quasi per trãsitũ tale nostrorũ tẽporũ exẽplar, nobis intime cognitũ prætereũtes multos similes, occasione moti, quod audiẽs cõfessiones sedeat: nam etiã in minutis causis per leges ciuiles sancitum est, vt iudex pro tribunali sedens, sententiam ferat, vt appareat iudiciaria potestas, & authoritas: imò hoc obseruatũ inuiolabiliter ferũt apud Idolatras regni Synarum, vulgo dicti, *de la China*: quod nullus iudex cũ alijs vt talis loquitur, nisi

se-

sedes in argenteo throno, & eburneo, & tapetibus fericis, & aureis strato, & qui cū eo loquūtur, nō nisi flexis genibus id facere audēt: quāto igitur magis, quando iudicans Dei (cuius cœlum sedes est, & terra scabellū pedū) personā gerit, & vices exercet: & hoc in nostro circūspectissimō in his quæ ad diuinū cultū & religionē attinēt, Cysterçiensi, siue Bernardi sanctissimi ordine, statuto speciali fancitū est (nos definitiones appellamus) vbi etiā de comoditate & honestate loci ad cōfessiones audiendas decernit? (q̄ & nos omnibus Ecclesię ministris persuadere nitimur) scilicet, q̄ sit in Ecclesia & capellis claustro, quod est iuxta Ecclesię portā Capitulis cōuentus; in sacro enim ærario siue sacristia incōmodè fieri potest, præcipuè Ecclesiarū nō religiosorū, siue regulariū, in quibus est maxima sacristia, qui secularis & etiā cōiugatus esse solet, & puerorū qui Missis ministrant inquietudo, clamorosa voces & turbatio. Imò in nostris, in quibus summū silentiū sicuti, & in omnibus sacris & monasticis locis seruatur, & nutibus tantū & signis agitur, non tamen lingua mutit, etiam ad auditionē cōfessionū incōmoditas nō deest, cū ibi vnus se iudicat, alius se sacris exuat vestibus, iuxta confessorium, vbi periculum & timor est, ne confessio audiatur ab illis.

Est & aliud magis abominandū, q̄ aliquis indutus sacris & sacerdotalibus vestibus, quæ omnino sanctitatē, charitatē, & innocentiam repræsētāt, ad diuina peragēda mysteria, vocāt cōfessariū, vel in sacratio, vel, quod peius est, in ipso altari, super quod celebraturi sunt, & ibi cōfitetur peccata, quæ maxima est omni ex parte incōgruētia, & indecētia cōtra sa-

cra-

crarū vestiū repræsēntationē, imò sic indutus Christū R. nostrū māfuetissimū agnū, & innocētissimū repræsēntat ex vtero prodeūtē Virginis immaculatæ, vti spōsum de thalamo, stola, & planeta, siue casula nostrę carnis indutū, ad celebrādā illā primā Missam, & oblationē hostiæ mundissimæ immaculatæ, & postea postratus ad pedes cōfessarij, agit personā peccatoris & vere fordidi & maculati: adde, q̄ periculosius est & cōtingisse sæpius, & audiuius & vidimus, q̄ talis sic indutus sacris, cōtingit cōfiteri ali quod graue, habēs censurā superiori annexam, vel à quo cōfessarius absoluere nō potest, quia superiori reseruatū est, vel quia impœnitentiā demonstrat, & occasiones peccati nō vult pœnitens euitare proximas, & alia simili de causa qua absolutionē denegare teneatur, & tūc in has angustias ob in considerationē (in cuius reprehensione iusta versamur) incidunt, ambo quod aut illi pœnitens, impœnitens potius dicendus, in mort. peccato celebret, aut si iubeatur exui sacris vestibus, scandalū inuitabile nascatur, & q̄ sit in mor. omittēs celebrare declaretur.

Demū, quia hoc caput in pponēda sancta externa q; modestia cōfessario dedicare pposuim⁹, nō incōmodè dicimus, q̄ cōfessari⁹ vel parūper auertat, vel (vt nos Cysterçiens. S. Bernardi facim⁹) operiat vultū suū: nā aspectus ruborē causat, & impedimento esse poterit integræ planęq; cōfessionis. Insuper, caueat discretē ne audiēs grauiā gemitum emittat, vel motu capitis, vel corporis, vel alia gesticulatione admirationē insinuet: est enim hęc facere imprudētis, & indiscrētissimi zeli effect⁹. Sed quid dicā d̄ quibusdā miraculosis abijciēdis, & more iumētorū fustib⁹,

casti-

castigandis confessarijs, qui quocumque turpi vel graui audito scelere, statim verificantur, & penè surgunt exaggerantes, & dicentes, Cœlum quare non ruis? terra quare non aperiris, & diglutis talè peccatorem? & his similia. Isti enim tales omnino sunt intolerabiles, & pœnitentes à confessione deterrentes, & sic in Iesu Christi visceribus Prælatos dños, & patres hortamur: vt similes excessus corrigant, & omnino eliminent: nam & si acris reprehensio ad curationem vulnerum animi sit in hoc sacramento, non solùm vtilis, sed & necessaria, sed discretata, vt vini medicamentum oleo misceatur, & temperetur, sed opportuna: idest, cōfessa audita omnia peccata, vel interrogata; & hoc modo non oberit, sed proderit maximè. Pœnitēs, autē vtrumque poplitum flectat vultum humiliter demittat, manus eleuatas iungat, vt supplex & veniam petens, & eius qui vt reus iudicio assistit personam gerens, & vti nam in hoc (sunt & in omnibus quæ religionem & pietatem Christianam redolent) Reges Catholicissimos nostræ Hispaniæ imitarentur omnes, qui ita suppliciter ad confessionem accedunt, & humiliter, vt nulla appareat magestas Imperij, sed humilitas appareat peccatoris vnus de populo, & quendam Ducem Dinastam magnū nostræ Hispaniæ, & Ducissam vxorem eius, vellem nomine expresso proponere, nisi illorū modestos animos offendere timerem, pro exemplo, quod illustres sanguine animis illustriores audiui in confessione; & nudis genibus terra defixis prostratos, cū iuxta sellā meam quæ deaurata erat, esset puluinar sericū, illud reiecerunt procul, & super terrā humiliter genua posuerunt.

Pri-

Primò igitur pœnitēs signet se signo Crucis salutare, & confessarius similiter faciat, vt hoc factò vterq; profiteatur, tale opus in nomine Dei vtrumque facere & incipere, & tunc breuiter, vel Latine, vel salim, vernacula lingua dicat proœmium confessionis, quam confessionem generalem vulgus vocat, & hanc summa breuitate sic: Confiteor Deo omnipotenti, & tibi pater quia peccaui cogitatione, locutione, & opere, idē præcor te pater vt audias me, & ores pro me, & absoluas me: nam confessiones generales, quas quidam dicunt, adē longè & mille sunt immixtę impertinentijs, vt caput obtundant, & tempus terant, & confessio quæ habetur in optimo omnium, & maximè laudando Breuiario Pij V. Pontificis Max. opera & decreto Ecclesiæ tradito, & Missali, est sic facta ad introitum Missæ, vbi non specialis (quæ iam præsupponitur) sed generalissima quædam confessio fienda est, in hoc tamen Sacramento vbi fienda est specialis, & sigillata peccatorum commissorum detectio, sic longa incongrua est, illam igitur breuissimam doceant Parochi, suos Parœcianos lingua vulgari.

Demum pœnitens faciat confessionem suam distinctam & claram, & confessarius de statu prius interroget personæ, & quando vltimam confessionem fecit, & hæc omnia diximus, & si minutissima videantur, vt desiderium nostrum, quo cupimus hunc nostrum laborem omnibus, & minimis Ecclesiæ membris vtilem: & vt Curati iuxta nominis sui sonum, de his omnibus eos instruant, de quibus iam aliqualem mentionem fecimus, primæ part. c. 3. & quamuis peritiores, qui se nouerint accusare

*Generalis
confessio,
quæ præde
cendat*

V con-

confessarius interrogare non debeat, cum accusatio ipsius pœnitentis actus esse debeat vltaneus, tamen ignorantes, aut de quibus est ignorantie, aut obliuionis suspicio & præsumptio, aut non aduertentie: tenetur cōfessarius interrogare, audito prius etiam grosso modo aliquo defectu à talibus dicto: gerit enim ibi confessarius, non solum iudicis sed & magistri vicem, & sic omnes de statu suo, si ignorat, interroget, scilicet, an clerici seculares, vel regulares sint, an coniugati vel soluti, quot tempus pertransijt à confessione vltima: an satisfecerint, vel obediuerint præcepto sui confessarij, in confessionibus præteritis, & an sufficientem examinationem suæ conscientie fecerint: de quo latius supra huius part. 2. cap. 1. §. 2. & an doleat de peccatis: de dolore autem egimus. c. 2. supra. & an tunc sit paratus iussis in præsentia futura confessione parere iuste. De arte, officio vè, siue modo viuendi, satis vtilem iudicamus confessarij præuiam interrogationem: nam ad confessionis processus intelligentiam, multum iuuabit exactiorem. De modo autem quo practicè confessio fienda est, tertia par. annectenda est, ordinem pereurrens, & explicans diuine legis præceptorum, & sancte Ecclesie, iuxta Pauli regulam: per legem cognitio peccati, Rom. 1.

TERTIA

TERTIA ET MAIOR METHODI pars, de decem Decalogi præceptis.

*Capitulum primum, de primo præcepto:
vnum cole Deum. §. 1.*



VM Deus omnium opifex & hominum magister, illo populo antiquo Israelitarum à se tunc electo, vt vbi eius bonitas celebraretur, & deitas agnosceretur, se per Mosis ministerium manifestasset, sic locutus fuit, Exodi. 20. Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me. Et infra: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, &c. Non adorabis ea neq; coles, &c. Quæ ibi secuntur, & iterum relata inueniuntur, & repetita Deut. 5. vt enim Deus populo illo, & in illo hominibus omnibus suam manifestaret voluntatem: hæc vocat decem verba, digito suo, hoc est, spiritu diuino, vel Angeli alicuius ministerio, in illis laminis, siue tabulis lapideis sculptis: cauata, quæ perpetuo durant (dum natura humana & rationis vsus durabit) obligantia: quia sunt legis nature radici proximæ: & primi principij illius lumine naturali cogniti, Quod tibi non vis alteri non feceris: conclusiones primæ & se-

V 2 cunda

Secunda principia totius moralis doctrinæ: & sic cessantibus multis onerosis iudicialibus, & omnibus ceremonialibus præceptis, vmbra nōstræ veritatis solam continentibus: ipsa perseverant in lege etiam gratiæ, iuxta illud dist. 6. §. final. & cap. 1. de purif. post partum, & docet S. Thom. & nos super ipsum. 2. 2. q. 83. art. 9. & q. 100. art. 4. & opusc. c. 4. & omnes Doctores super. 4. sent. dist. 17. quæ verò Hæbrei decem verba, Græci Decalogum, nos decem legis Dei præcepta, siue mandata vocamus: in quorū capite, siue principio ponitur dilectio Dei super omnia, non solum in cartulis doctrinalibus quibus pueri (ex optima Ecclesiæ prouidentia) simul cum primis elementis & notarum, cognitionem fidei, & legis principia sacra suggūt, sed etiam in eodem capite mandatorum, & pro primo, ponitur à Christo Red. nostro cœlesti Doctore, Matth. 22. & Marci. 12. & Lucæ. 10. vbi inquisitus Dominus I E S V S à quodam, de faciendis ad vitam æternam adipiscendam? Respondit: Serua mādata: & rogatus, quæ? Addit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Quod dixit maximum & primum mandatum, imò etiam prisco illi populo fuerat dictum Deuter. 6. & si aliquantisper diuersis verbis, sed eandem omnino intentionem significacionem, scilicet, diuini numinis amoris integritatem, quæ apud nos esse debet.

Præcipitur igitur nobis prædictis locis, Dei & proximi amor propter Deum super omnia, dilectū omnino, vt finis & plenitudo omnium mandatorum Decalogi, iuxta Paul. Rom. 13. & ad Galat. 5. & 1. Timot. 1. finis præcepti est dilectio, & finis legis est

est Charitas, & plenitudo legis, &c. Vnde non debet dici vllō pacto esse in primo præcepto Decalogi amorem Dei, quia esset illi facere iniuriam, & finem medium facere, sed amor Dei super omnia, & proximi in Deo, & propter Deum, est consummatio & perfectio, & vltimum legis complementum, ad quod habendum omnia legis mandata præcipiuntur & ordinantur.

Ex quibus colliges, quod sicuti neq; Charitas (vti diximus) sic Fides neq; Spes pertinent ad primum Decalogi præceptū, vel ad vllum ex decē, quia licet sit diuinū præceptum de credendo Deo, vel Deū, vel in Deum: & sperandi in Deo, & de amando ipsum: non tamen hæc præcepta attinent, neque sunt aliquod illorum, decem legis Decalogi: in quo ferè omnes Canonistæ sunt decepti, imò & aliquis nomine Theologus: quia Decalogi præcepta sunt moralia, id est, de actibus & operibus naturæ lumini conformibus, & non excedentibus, atque in lege merè naturali obligantibus omnes vsum rationis habentes: at dilectionis præceptum, sicuti & Fidei, & Spei, est merè supernaturale cum sint actus virtutum Theologicarum, & non Moralium: igitur ad nullum dictorum decem Mandatorum spectant, vt docet supradictam demonstrationem fundans. S. Thom. secunda secundæ quæst. 44. art. 4. & quæst. 79. artic. 2. & quæst. 81. artic. 5. & nos ibi, & hoc in schola Theologiæ adeò tritum est & planum, vt quoad Theologos superfluum fuisset probatione munire doctrinam. Sed in summa hac omnibus sumus debitores, & nollemus aliquid in hoc labore posse desiderare aliquem, quod ad claritatem atti-

neat: tamen licet supradicta vera sint de his tribus præceptis, Fidei, Spei, & Charitatis agemus, ante primum præceptum Decalogi, qui est de Deo colendo, tanquam de præambulis & præsuppositis ad obseruantiam diuinæ legis, quomodo, quando, & sicuti oportet, ad adipiscendum finem vltimum legis, qui est Deus ipse clarè visus à nobis, in quo sita est nostra felicitas, & vita æterna, & sic primò agemus de fidei præcepto.

De diuina Fide. §. III.

E S T Igitur præceptum diuinum, quo præcipit Deus, vt illi vt primè ineffabili veritati, omnes credât, vel in illo, vel in illum: habet enim vnusquisq; horum modorum dicendi suam energiam, & significationis vim, vt nos supra S. Thom. diximus secunda secundæ quæstione. 2. art. 2. quamuis sit vnus, & idem actus secundum se fidei diuinæ, secundum rem, distincti tamen sunt in ordine ad obiectum, de quibus pro scholis latiùs citato loco. Omnes igitur, qui per Baptismi Sacramentum Christum Iesum induerunt, ibi ab Spiritu Sancto receperunt, infusum fidei diuinæ, habitum; siue adulti sint, siue infantes: & similiter omnium aliarum virtutum tam Theologicarum, quàm moralium Cardinalium: cuius contrarium affirmare existimamus impium & hæreticum, quamuis aliqui Theologorum blandiores in hac censura extiterint immeritò, solo hoc ducti apparenti fundamento, quia cap. maiores. de Baptismo & eius effectu, & Concil. Vienen. relatum Clement. vnica. de summa Trinit. & de fide.

fide Catholica, sub quadam dubitatione hanc doctrinam proponat vt veriore, non tamen vt infallibilem, & indubitanter à Catholicis credendam: sed istæ latebræ sunt, & fugæ: sed non miramur quod aliqui antiquiores, hoc qualicumque ducti indicio blandiores extiterint in supradictæ pessimæ doctrinæ nota. Dominic. de Soto. miramur, aliàs pium, qui Concil. Trident. posterior fuit, qui dicat in. 4. dist. 6. quæst. 1. artic. 3. quod tale affirmare non sit hæresis, sed quædam opinio minus certa & pia, cum prædictum Concilium. sess. 6. cap. 9. decernat expressè hominem iustificari, non ex imputatione iustitiæ Christi, sed ex forma gratiæ, scilicet, & charitate, quæ formaliter animæ inheret, & subdit: vnde in ipsa iustificatione, cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, Fidem, Spem, & Charitatem: Lege totum illud caput, & liquido constabit de fide esse, has virtutes Theologicas (quæ sine Cardinalibus nūquam esse possunt) infundi ab Spiritu Sancto in Baptismo. Idem Canone. 11. & dicere Baptizatos iustificari gratia in illis herente, Charitate per consequens Spe, & Fide, sine qua impossibile est placere Deo, iuxta Paul. Hebræ. 11. Igitur infundi has virtutes in Baptismo (vbi iustificatur homo) ritè suscepto, & sine obice, & nõ secundū actū: quia pueri paruuli iustificatur in Baptismo, ergo habet Fidē, Spē, & Charitatē infusas, & nõ secundū actū, quæ habere nequeunt, ergo secundū habitum: est ergo de fide, quod proposuimus, & oppositum hæresis: hæc dicta sint, vt præambula addenda, & vt Parochi non Theologi admoneantur,

& sciant quid tenere, & respondere debeant interrogati: nam Theologis rem hanc & doctrinam, latius & altiùs explicatam, tradidimus super S. Tho. doctrinam varijs locis, vbi & fimbrias dilatauimus.

Ad quid teneatur homo circa fidem, ab vsu rationis initio? §. III.

OMNIS homo, igitur statim atq; primò ad rationis vsum peruenerit, tenetur ad iustificacionem, credere de Deo, saltim explicitè illa duo, scilicet quod sit, & quod bonorum remunerator sit, & punitor malorù: id est, credere Deum esse, & iustum esse: quæ duo accedenti ad Deum præuia necessaria, docet Paul. Hebræ. 11. sub his enim duobus, virtualiter continentur omnia & implicitè, quæ nos Catholici explicitè & formaliter credimus: & sic hæc duo credere gratia & donum Dei supernaturale est, vires nostræ humane nature & facultatis excedens, vt de fide decretum fuit Concil. Mileuit. vt nos latius supra S. Tho. tractauimus: 2. 2. q. 1. sed quia tale Dei auxilium omnibus acceptare volentibus, nemine dèpto gratis offertur, & omnibus præsto est, pro nostro vniuscuiusq; reputatur, libere volentis: & sic sub pœna reatus mort. & damnationis eterne, quicùq; hæc duo tenetur credere, ita vt nulla ignorantia ad hoc etiã quantũuis videatur inculpabilis, excuset, dicite Paulo Rom. 1. Quare sunt in excusabiles, de gentibus loquens, & de talibus Christus R. noster, dicit Ioan. 3. Qui non credit (saltim hæc duo de Deo intellige) iam iudicatus est: id est, sibi iam protulit sententiam, eo ipso quo absq; alia propositione & prædicatione, noluit duobus supradictis

ctis credere: nam si prædicatio & propositio adsit, omnibus ab Ecclesia explicitè propositis, credere tenetur, vt dicemus infra.

Non est materia fidei, id quod natura lumine est cognoscibile? §. V.

ET ne quid relinquamus intactũ, aduerte, quod id quod lumine, ratione vè naturali adipisci, & cognosci potest, nõ est materia huius præcepti fidei diuine, de qua est sermo: & sic quod Deus sit, & vnus sit, principiu scilicet vnicũ nature, & causa omniũ rerũ, non habetur fides, sed scientia acquisita per demonstratione: & sic hoc rationibus philosophi demonstrauerunt, qui fidei lumine caruerũt, vt Arist. 8. Physic. & duodecim Metaph. idẽ Plato, Trimegist. Plotinus, & alij ferè omnes, qui mira eruditione hoc probarũt: at quod Deus sit, & vnus sit, in quantum supernaturalium causa rerum, & principium gratiæ & gloriæ, hoc est diuina fide tantum creditum, & hic primus fidei symboli articulus, Credo in vnum Deum, id est, credo Deum esse, qui causa & principium est, & vnica tantũ causa & principium vnum gratiæ & gloriæ.

Secundò dicimus, quod omnis adultus habens rationis vsum, cui promulgata est doctrina Euãgelica, tenetur ex hoc diuino præcepto, distinctè & explicitè, quæ illis explicite proponit Ecclesia credenda credere: & quia accedentibus ad Baptismum Catechumenis adultis, primò proponitur fides Baptismi ipsius: nemo talis qui Baptisma nõ credit, vel nõ credit necessarium ad salutẽ animæ, sed tantum credit vtile, per illud recipit salutẽ, quia maximus & pri-

mus obex cōtra huius Sacramēti primi efficaciam, est illud nō credere, vel nō vt necessariū recipere ad vitā æternā, cū Deo nō credat iustificāti per illud instrumētū, dicēti: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, nō videbit regnum Dei: & Paul. Rom. 4. dicit credēti in eum, qui iustificat impiū, fides reputatur ad iustitiā. Imō qui nō credens Baptismo illud suscipit non est verè, & in rei veritate Baptizatus, vt latè habetur decretū de cōsec. dist. 4. & sic, vltra illa duo (de quibus supradiximus) credibilia quod Deus sit & remunerator sit, accedens ad Baptismum adultus, & vsus rationis compos, credere tenetur explicite, Baptismum Christi esse sibi ad salutem necessarium.

Quæ explicite sint necessariò credenda? §. VI.

TERTIO Dicimus, omnem Baptizatum habentem plenum vsus rationis, teneri ex hoc fidei præcepto diuino sub mort. explicite credere mysterium Trinitatis, & Incarnationis verbi vnigeniti Filij Dei, & Natiuitatis eiusdem, secūdem carnem, mortis eius, decēsus animæ eius cum diuinitate ad inferos, limbū, scilicet sanctorū Patrū, & Resurrectionis eius, & Ascensionis ad coelū, secūdem naturā humanā, aduentusq; eiusdē ad iudiciū, & Resurrectionem omniū nostrum hominum, tam bonorum, quàm malorum, & sanctam Ecclesiam explicite tenetur credere, scilicet, quod sit verax & infallibilis in proponendis nobis ea quæ sunt fidei: & istæ sunt quæ omnibus talibus proposita sunt à Christo, Apostolis, & Ecclesia in symbolo Apostolorum dicto vulgariter: Credo: & hæc omnia distinctè

distinctè credere Christianus adultus tenetur: & si non ordinate, vt in symbolo articulorum habētur, tamen clarè & distinctè. Neq; durum hoc videtur Theologis tali nomine dignis, & veris iuris Canonici peritis, sed tantū quibusdā absq; fundamēto, sed ex cerebro suo loquentibus. Nam quæso, si quis Christianus adultus negaret personarum Trinitatem, vel Christum natum, vel mortuum, nunquid non vt hæreticus, vel hæresim pessimam affirmans puniretur iustissimè ab Ecclesia iustissima? & in æquissimo eiusdem sanctæ Inquisitionis tribunali, ignorantia excusatione tutus esset, quæ non supina, vel saltim crassissima reputaretur, & culpabilis? Et sic puniretur.

Quid specialiter quo ad sacerdotes? §. VII.

QUARTO Dicimus, vltra supradicta, Sacerdotes omnes nouę legis, imò omnes ordine sacro insigniti, tenentur ex hoc præcepto explicite credere quæ in magno symbolo Niceno, siue Constantinopolim repetito. i. Conc. specialiter dicuntur & proponuntur, quod inter Missarum solennia canitur, vt quod Deus visibiliū, sicut inuisibilium sit creator, & quod Spiritus Sanctus à Patre simul, & Filio procedat, & quod per Prophetas loquēs sacra dictauerit Scripturam, & quod Baptisma sit vnum: patet hoc, quia symbolum iuxta S. Thom. & omnes Doctores, nihil aliud est, quam summa credendorum omnibus proposita explicata, articulatumque digesta, ad explicite credendum: sicuti ergo omnibus fidelibus proponitur Apostolicum symbolum, ad credēdū distinctè & sigillatim, sic procerioribus & Eccle-

& Ecclesiasticis, quales sunt supradicti, proponitur symbolū Nicenū propter quāsdā exortas hæreses & technas, & hoc iure prædicta Cōcilia. Ultra prædicta autē, tenentur omnes fideles habentes vsum rationis perfectū, credere in Eucharistia verū Deum & hominem contineri sub illis speciebus, quæ habent accidentia panis & vini, saporē, odorem, coloremq; : patet quia hoc à Christo Domino Apostolis, & successoribus eorū Episcopis, cōtionatoribus & curatis omnibus est prædicatū, & propositū, & ab omnibus est ore decantatū fidelibus, & vulgari-ter auditū, ita vt ignorantia inculpatē nulli fidei rationi compoti locus remanserit, sed hoc Eucharistiæ mysterium expressius multo tenetur credere Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi.

Quid quo ad Theologos & doctos? §. VIII

QVINTO Demum dicimus Theologos, & in diuinis scripturis peritos & versatos, teneri ultra omnia supradicta, ex hoc præcepto sub mort. infidelitatis peccato, credere sine dubitatione vlla, omnia illa quæ ex sacra Scriptura, vel traditione ab Apostolis Ecclesia recipit, tenuit & prædicauit: & insuper quæ ipsa Ecclesia per Sum. Pont. decreta, vel Concil. Eucumenicorū siue generalium, vt credenda statuit & decernit: hoc patet, quia si Deo credunt tales, vt in. i. symboli articulo omnibus etiam rusticissimis proponitur, ergo & dictis à Deo: & si in Spiritum Sanctum credūt, ergo & ijs Scripturis, quas ipso Spiritu Sācto dictante locuti sunt & scripserunt Prophetæ: & si Ecclesiæ sanctæ credunt, ergo & illas scripturas & traditiones quas Ecclesia, vt
tales

tales proponit & recipit, recipiet pro talibus & credere tenetur, vt Sancti Spiritus oracula: & quæ ab ore Christi Apostoli, & illorum successores ab illis, & hucusque nos ab illis, ac ore in os recipimus sine scripto, hæc omnia Doctores Theologi, & verbi Dei concionatores in sacris versati paginis, explicitē tenentur credere: nam cæteri fideles, sat est hæc omnia credant implicitē, & in animi submissione & præparatione, sub illis symboli articulis Apostolici: Credo in Deum, & credo in Spiritū Sanctum, & credo sanctam Ecclesiam: nam ultra supradicta ad quæ seculares omnes idiotas, credenda explicitē, illos diximus obligari, ad hæc quæ modo diximus obligari Theologos doctos: ipsi si interrogentur? Sat est, de illis respondeant, se credere quæ sancta docet & tenet Ecclesia Romana: ij tales prohibentur de rebus fidei disputare sub maioris excommunicationis poena, cap. quicumq;. de hæreticis, lib. 6. & etiam ciuilibus legibus id vetatur. l. penul. C. de sum. Trinit. legatur Caiet. super. 2. 2. q. 10. art. 7. & in summa verbo, disputatio: & vtinam quædam magistræ mulierculæ, ne dicam insanæ & audaces, hac vterentur modestia legibus etiam secularibus sancita, & non procurarent inter acum, & fufum Theologiam legere, & scripturas sacras interpretari, nomine etiam Theologorum, quo ad decreta Ecclesiæ.

Quid quo ad iuris Canonici peritos? §. IX.

IVRIS Canonici Doctores intelligo, & nomine traditionum illa intelligimus, quæ sancta Ecclesia

clesia ore non scripto recepit, vt infallibilia: vt perpetua virginitas Marię Virginis matris Dei post partum: pro defunctis obsequię & oblationes, alięque Ecclesię caremonię, vt turificatio aque benedictę vsus, &c. Similia per decreta autem Põtificia, & Conciliorum infallibiliter credenda & suscipienda, illa intelligimus, quę circa res fide diuina credendas versantur, & circa mores Christianos instituendos tantum: nam circa res politicas & ciuiles, nõ est apud Sum. Pont. & Concilia necessaria infallibilis assistentia Spiritus Sancti, neq; decreta ciuilia circa temporalia, vt circa beneficiũ Ecclesiasticum cõferendum Petro, & non Ioanni, & similia, sunt materia fidei diuinę, neq; Christianis proposita infallibiliter ad credendum, neq; vt tale proponitur, & si sit grauissimę authoritatis humanę: & nomine Concilij semper intelligimus generale, Sum. Pontif. authoritate congregatum, & in obedientia Papę perseuerans: nam Concilij Nationalibus, id est, Prælatorũ totius vnus Regni, siue etiã Prouincialibus vnus Metropolis, & si legitimis, cum vniuersalem Ecclesiam non representent: neq; eius decretis tenemus credere infallibiliter, nisi post confirmationem Sum. Pont. quia ab illa habent authoritatem & infallibilitatem: generalia verõ Concilia, siue Eucumenica, ab Spiritu Sancto, & Christo R. nostro illam habent, & sic Toletano & Salmantino, in nostra Hispania congregatis, post generale Tridentinũ, verbi gratia, ab ann. 1564. vsq; ad annũ 1585. Ex se nõ tenemur credere quasi infallibilibus. Diximus Cõcilium generale legitimum, quia Concilio etiam mille Episcoporum, quod Papę authoritate

tate congregatum non fuerit, & licet illa congregatum fuerit, tamen in Papę obedientia non perseuerat, talia nõ essent Cõcilia generalia, sed Sathanę conciliabula & conuentus fallaces, à quibus fugiendum est, quia in nomine Christi Iesu non sunt congregata, neq; perseuerant, & sic ibi non residet in medio eorum Christus, neq; eius Spiritus Sanctus, ab eo puncto quo ab obedientia Romani Pont. recedunt, hæc pro summę planitie & breuitate: nam quoad Theologos largius & rigurosius tractauimus hæc super. 2. 2. S. Thõ. q. 1. artic. 10. tractatibus de potestate Papę & Conciliorum.

Dictorum moderatio. §. X.

TAMEN hoc præcedens moderari libet vt de ijs, confessarij sciant distinguere, quia non æqualiter Theologi, qui hodie hoc nomine decorantur, neque similiter Canonistæ ad supradicta explicitæ credenda æqualiter obligantur: nam nõ omnes quotquot per aliquos annos in Gimnalsijs Theologiæ intrarunt Theologi meritõ nomẽ vsurpant, sed Theologos nos in supra habitis illos appellamus, qui in Theologia nõ paruos fecere progressus, & præcipuè illos, qui Theologiã sacrã publicè legunt alijs, & sacram Scripturam sunt publicè interpretati, & famosi concionatores verbi Dei, tales enim aut officio sunt indigni, & illo funguntur contra conscientiam, in sui & audientium periculum, aut si errant nulla ignorantię se tueri poterunt excusatione circa supradicta.

Circã doctrinam autem Sacramentorum, omnes fideles, quantumuis sint illiterati & rudes, tenentur credere Sacramenta esse septẽ, & esse quid sanctũ & bonum

& bonum, á Christo R. nostro institutum (vltra ea expressiora, quæ supradiximus de Eucharistia & Baptismo:) & insuper, quod qui commiserunt mort. peccatum, necessariò indigent pœnitentia ad salutem, sed Ecclesiastici præcipuè Sacerdotes, explicitam & extensioem fidem magisque sigillatam tenentur habere Sacramentorum.

§. XII.

ET Vt omnia dicta coligata relinquamus memorijs, dicimus teneri omnes fideles, statim atque ad vsum rationis peruenerint, scire memoriter solum Apostolorum, in quo continentur & habentur articuli fidei congregati & distincti, necessariò ab omnibus confitendi, credendique expresse: itaque adeò hoc verum est, vt qui potuerit scire si nõ sciat, sit in statu damnationis, neque absoluendus talis est, quo vsq; sciat: quia dum scire negligit, quod tam scitu necessarium est, perseuerat in peccato, neque veram sed simulatam pœnitentiam habet, imò virtualem habet peccati talis complacētiam. Doctrina est communis Doctorum, cum S. Tho. 2.2. q. 2. art. 8. & qui blandius locuntur, solùm à mort. liberant eum, qui nescierit articulos ordinatè, & per seriem symboli, sciuerint autem articulos sine ordine, omnes tamen, & hoc est, quod pius Nauarrus dicit esse veniale quod & nos fatemur, sed quod articulos ne scire omnino nobis cum esse mort. senierat ipse Nauarro prælud. 4. ad suum Manual. num. 25. & sic scire mysteria solemnizata ab Ecclesia, vt Verbi Incarnationem, Ortum, Passionem, Resurrectionem, &c. Necessarium docet S. Thom. vbi supra, ad salutem, & hoc non tollit quin virtualiter teneatur,

& sub

& sub animi præparatione, quilibet fidelis sub mortal. quoties audierit aliquid eorum quæ ipse expresse scire non tenetur, contineri in sacra Scriptura, vel esse decretum de fide à Summo Pontifi. vel Concilij generalibus, credere conditione tacita subintellecta, si sic continetur: secus non crederet in Spiritum sanctum, neque in sanctam Ecclesiam Catholicam.

§. XIII.

EX Hoc etiam fidei diuinæ præcepto, tenentur omnes vsum rationis habentes, non solum supra dicta credere intra se, sed etiam sub mort. & ore confiteri quotiens id necessariam fuerit ad Dei gloriam, & honorem, & proximorum ædificationem: & quotiens de illis interrogati fuerint, etiam cum discrimine vitæ temporalis: hoc enim etiã professi sunt in Baptismo, iuxta illud, Qui me negauerit coram hominibus, negabo ego eum coram Patre meo: & illud Paul. Roma. 10. Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem: & sic illa blandior doctrina Summæ Roselæ, vt damnosa reiicienda est, vt illam reiiciunt Syluester, & Nauarr. cap. 11. Manual. num. 22. legatur S. Thom. 2.2. q. 3. art. præcipue. 3. Et qui interrogatus (& si interne crederet) Deum trinum & vnum ore externè tantùm negaret, mor. peccaret grauissimè, & vt infidelis iudicaretur ab Ecclesia.

Declaremus quæ diximus, ne nimia resolutio obfcuritatem pariat, & dubitationem. Nõ tenetur qui degit inter hostes Christiani nominis, vel per illos transiens, fateri se Christianum, nullo percontante in publico, & cui ex officio respondere tenetur,

X

&

& sic degens inter Hæreticos, vel Mauros, vel Turcas, vel per eorum terras transiens, bene ut vitâ seruet, potest indui vestibus eorum, ut eos deludat. & vestes propriæ nationis, quæ pro Catholica habetur cõmutare, imò etiam clericales & monasticas, quia quos ijs vestibus vident indutos isti nostrorum temporû pestilentissimi hæretici, omniû malorû Sentina, Papiſtas vocant: ab hac tamen doctrina excipimus: si statuissent hæretici vel infideles, in vestibus suis signû aliquod, quo, utentes illis, & illo signati, suos errores & sectâ visi sint profiteri, quia tunc talibus vestibus uti & vestiri Catholicû, esset ad extra & signo exteriori se hæreticû vel infidelé profiteri, & per consequens fidelé ad extra negare, quod nõ est, neq; cõtingit cû fit secus & sine speciali signo, neq; in mutatione cuiuscûq; habitus, & maximè ob bonû finè: nã nemo tenetur ex fide diuina se fateri Hispanû, vel clericû, vel monachû, vel externis habitibus, & indumentis, demonstrare in quocumque necessitatis casu Catholicum.

Quis sit Hæreticus? §. XIII.

QUICVMQVE igitur qui aliquod supradictorû, vel nõ crediderit, vel de aliquo illorû dubitauerit, ad quâ vnûquëq; credendû diximus teneri, est hæreticus & infidelis, si adsit pertinacia, quæ est quædã intellectus recalcitratio, qua nollit esse paratus corrigi ab Ecclesia, & filijs eius nomine, neq; aliud tenere quam tenet & credit: secus non omnis qui ore dicit aliquid cõtra id quod credere tenetur (cû non sit contra ea quæ scire & credere expresse & distinctè obligatur, ex vi professionis Christianissim) dũ modo paratus sit corrigi, nõ est hæreticus, ut dicunt nostri

nostri Theologi formalis, licet illud quod affirmat sit propositio hæretica materialiter, iuxta illud August. Hæresim proferre potero, hæreticus tamè non ero. Et sic ad iudicandum à confessarijs quis hæreticus formalis est, & Cœnæ Dñi bulla sic vocata, excommunicatus, & ad Inquisitionis tribunal sanctû remittendus: hoc maximè de subiectionis Ecclesiæ præparatione animi semper fixa examinandû est, & hæc doctrina est S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 11. & est Theologorû cõmunis, imò & Canonistarû sup. 24. q. 1. c. à recta & lege. c. hæc est fides. de quo Alphos. Castr. lib. contra hæreses. 1. c. 9. & Nauarr. relect. cap. nouit. de iudic. not. 4. Diximus idè de dubitate atq; de nõ credente, vel negante aliquid quod proponebatur credendû: quia iuxta proloquiû iuris dubius in fide, infidelis est, & habetur in. c. dubius. de hæret. nã dubitas quantum ex se est infirmat diuinã veritatè primã & infalibilem, & non minorem irrogat iniuriã personæ magnæ vel mediocris authoritatis, qui de dictis eius & veritate dubitat, quam qui omnino non credit.

Addimus tamen procurandis scrupulosis in hac materia fidei, quod sunt quædam dubietates apparentes tantum, & nullatenus veræ, sed quædam propositiones factæ intellectui subreptitiæ, voluntate non consentiente, imò dissentiente, vel saltim non deliberatè, vel ad minus non plenè: & quoties hoc cõtingit primo modo, nunc propositio fiat à demone, nunc à propria imaginatiua, nullû est peccatum, imò est victoria & paratur coronã, quia quæ nobis offeruntur phãtasmata cõtra fidè à demone Dei obstinato, & humani generis inimico, à causa sunt extrin-

seca: & tunc tantum tentatus est patiens, & malum quod ibi est in agente demone remanet, & secundum hanc significationem Deus intentator malorum dicitur à Iacobo Apostolo, suæ Cano. cap. 1. & quod actiue neminem tentat: quia hoc sensu tentatio dicit actiuam prouocationem ad malum, si autem cuiuslibet phantasia, vel imaginatiua, offerat quædam cogitata siue figuras contra ea quæ fides prædicat, & Ecclesia docet & docuit, voluntate reclamante, tunc culpa non est, quia voluntas imperium vllum non habet, supra primos cogitatiuæ & imaginationis actus & motus: similiter supra omnium aliorum internorum sensuum actus primos, nec ratio illos præuenit, imò neque illos quos Theologi nostrates in scholis vocant, primò secundos, supra quos, & si potestas superioris animæ partis detur, & imperium, hoc tale politicum tantum est, iuxta Aristote. doctrinam. 1. Politicor. & à S. Thom. receptam. 1. 2. hoc autem politicum imperium, non tollit quin ij interni sensus, & imaginatiua, &c. recalcitent, & non obediant, neque cessent, etiam voluntate iubente & ratione, quia obediunt vt ciues magistratibus politicè, & nõ despotice vt serui & mancipia dominis: vnde verum habet illud celebre Aristotel. eiusdem proloquium opinari licet cum volumus, phantasiari autem non sic. Vnde quoties ratio & voluntas nõ consentiunt, vel non deliberant assentiri, vel etiam nõ plene deliberant, vel peccatum nõ est, vel tantum veniale est: & dum pugna interior permanet & cognoscitur, hoc signum certissimum est, vel non deliberationis, vel saltem nõ plene: hæc largius cum schola Theologorum tractamus, super. 1. 2. q. 17. artic. 7. S. Thom. Et hæc

hæc pro angustæ summæ communis capacitate sufficiant modo, pro scrupulosis sedâdis, quorum multos vidimus ob ignorantiam horum penè incurabiles.

§. XV.

EPILOGANDO igitur in hac fidei materia dicimus: eum qui cõtra ea quæ Deus in sacra Scriptura, vel per traditiones vsq; ad nos credenda proposuit, vel Ecclesia credenda in suis decretis docuit, aliquid credit, vel supra dicta nõ credit cum pertinacia, est hereticus mentalis: & si tales errores ad extra voce, vel scripto, vel aliquo signo dictorum errorum significatiuo, quoad alios profert: & si in secretissimo loco vbi à nemine videatur signum intelligibile, vel legitur scriptum, vel auditur verbum erroris, est (vltrodictum hæresis abominabile peccatum) excommunicatus excommunicatione maiori, vt patet. 24. q. 1. c. à recta. & extra. c. excommunicamus. de hære. & excommunicatio talis, est Papæ reseruata, imò iã ab hinc centum annis, est primus casus Bullæ Cœnæ Domini, quæ sic appellatur, quia Romæ feria. 5. in Cœna Dñi, siue hebdomadæ maioris promulgatur & legitur, vt demum (alijs antiquioribus relictis) videre sit in illa Gregor. XIII. anni. 1585. & deinde in illa Sixti. V. anni præced. 1588. quia anno 1589. hæc scribimus: & quando hæc scripta demum euulganda reuisebamus, vidimus illam sanctissimi dñi Clem. Papæ. VIII. anni huius. 1596. eiusdem quinti Pontificatus, & de bullis sui tēporis scribit S. Antoni. 3. p. tit. 23. c. 72. & Nauar. sui tēporis in Manua. c. 27. n. 52. vsq; ad fin. & hæc Clem. VIII. Põ. max. nihil reseruat noui ab illis dictorum prædecess. Vnũ

tamen aduertere libet, q̄ iã supra tetigimus. i. p. c. 7. quod quilibet confessarius expositus, ex officio vel commissione ad audiendas cõfessiones, tenetur ex vi obedientiæ, ex iussu Greg. XIII. habere transumptum verũ dictæ Bullę in Cœna Domini, & merito vt sciat quæ Summus Ponti. sibi soli, & suis speciali bus tribunalib⁹ (quale est illud sanctę Inquisitionis) referuat, & ad hoc sat est, vt habeat transcriptam Bullã in aliqua summarũ, vt in Manu. Nauar. & in hac nostra, vt liquet supra. par. i. c. 7. vel q̄ sit in aliquo loco publico paroccię vel monasterij, affixũ trãsumptum omnibus.

Aduertant confessarij, ne in materijs fidei scrupulos foueant. §. XVI.

S O L V M pro fine huius materiæ admonemus confessarios, ne nimis faciles sint in cõdemnatione hæresis, sed prius maximè semel & iterum perpendant, an id quod quis credit, vel secretissimè scripsit, vel dixit ore secum loquens, contra Catholicam fidem, sit animo non se corrigendi, quia tunc pertinacia adfuit, & talem iudicet formalem hæreticũ, & censuram Bullæ Cœnæ incurrisse, & sic remittet statim Inquisitoribus absoluendum, si autem ignorabat & ignorantia nequit iudicari nimis supina, aut crassa nimis, vel quæ affectata seu volita dicitur, & quando illud quod contra fidem protulit, vel scripsit, credidit, habuit actualem vel saltim virtua lem subiectionem ad correctionẽ Ecclesiæ, si aliud contrarium illa docuit, vel docebit, tunc talis, etsi errauerit neque excommunicatus iudicãdus est, cũ mortaliter contra fidem non peccauerit (quod peccatum excommunicationes semper prærequirunt,

vti

vti diximus supra. i. p. c. 7.) & sic talis monẽdus, docendus, & absoluẽdus est, vt in simili docuit Innoc. V. super cap. Firmit. de summa Trinitat. & fide Catho. nu. 7. & Abbas ibidẽ nu. 4. ab omnibus Canonistis approbati, idẽ docet S. Tho. & Caiet. locis supra citatis, & Nauar. præludijs ad suũ Manua. i. prælud. nu. 16. & quod magis est, docet Aug. relatus & consecratus. 24. q. 3. c. dixit Apostolus: & magis extense docet Alphonsus Castro contra hæreses. libro. i. c. 9. & alij multi. Hucusq; locuti sumus in foro conscientię secreto, & de confessarijs quomodo segerẽt in tribunali illo secretissimo: at extra illud, viri timorati filijque Ecclesiæ matris suæ mandatis obediẽtes, quando aliquid audierint contra fidem Catholicã proferri, vel legerint scriptũ, vbi præsumitur pertinacia, & non inuincibilis ignorãtia, statim tenentur iudices fidei causarũ pientissimos adire, & errorẽ quẽ audiuit propalare, & eius a quo audiuit personã nominare, nulla correctione fraterna præmissa, quia in tali casu iudicatur frustanea & inutilis: at si creditur ex ignorantia, vel inaduertentia locutum inuẽcibili, & hominem Catholicum, & corrigi paratissimum, & quod statim, atque aduertit se ipsum correxit, non tenentur tunc, neque debent adire sanctum Inquisitionis tribunal, quia experientia licuit, malitiam, neque pertinaciam, in errore non adfuisse. Et certè cũ fuerim non semel, aut bis, sed sæpè in illo tribunali, & cum dominis Iudicibus illius conuersatus, præcipuè cum eis, qui ex illo munere ad Episcopale onus sunt euecti, cognoui illorũ eximiã, & quasi cœlestẽ in procedẽdi modo, prudentiã, & sic similes ex ignorantia siue in ad-

X 4

uer-

uertentia lapsos, vidimus impunes, & consolatione & noua aduertentia plenos dimissos, quamuis non possimus negare, supradictum sanctum tribunal in aliquibus causis iam publicis posse, imò debere procedere secundum modum fori exterioris, iuxta doctrinam & argumentum. cap. accusatus. in. 6. de hæretic. §. 1. & in quo foro iuris ignorantia non admittitur totaliter, præcipuè in his quæ vnus quiuus Christianus scire tenetur, vti supra iam diximus, & habetur c. si quem. 1. q. 4. §. notandum. & est communis practica iurisperit. super cap. ignorantia. de regul. iur. in. 6. & docuit S. Tho. & nos cum illo latius. 1. 2. q. 76. artic. 2. & 4. & q. 90. artic. 4. & 2. 2. q. 53. Ex quo axioma iurisperitorū ortum habuit, paria esse semper scire, vel scire debere: vt patet lege, quote mihi dare oportet. digest. de rebus creditis. legatur S. Antonin. 2. p. tit. 12. cap. 5. §. 1.

Demum dicimus, crimen hæresis à solo Summo Pontifice, & eius Delegatis (qui sunt Inquisitores, contra prauitatem hæreticam) si sit consummatū, hoc est quòd sit error contra ea quæ fidei sunt, cum voluntatis pertinacia, signo significatiuo vocis vel Scripturæ exteriori prolatum etiam secretissimè: potest absolui, vt patuit supra prima parte summe. cap. 7. §. 10. Sed si hæresis sit interior, nunquam prolata voce vel scriptura, est mentalis, & talis non habet excommunicationem annexam, quia actus merè interni, pœnis exterioris iudicij, non subduntur & fori: qualis est excommunicatio, iuxta omnium Theologorum & Canonici iurisperitorum, vnanimen consensum, & vt docet Caietanus in summa, verbo, hæresis: & sic tale peccatum non est villo

villo modo referuatum, sed omnes confessores ab illo possunt absoluere, vt docet etiam cum communi & Caietan. Nauarr. super capit. inter verba. 12. quæstio. 3. & de pœnitentia. distinct. 1. capit. cogitationis. & ad eò vera est hodie hæc doctrina, quod à crimine hæresis, non tantum mète conceptæ, sed prolatae vel scriptæ, nullus præter Summum Pontificem, & Episcopos, & Inquisitores posse absoluere: vt etiam si quis habeat Bullam vel priuilegiū quodcumque vt possit absolui ab omnibus casibus, etiã contentis in Bulla Cœnæ, nisi specialis fiat mentio de hæresis crimine, ab illo nequit per tale generale priuilegium absolui, secundum regulam illam iuris, in concessione generali non sunt intelligenda ea, quæ quis in particulari negaret, & sic viua voce declarauit Gregorius Decimustertius, vt testatur Nauarrus, quia eius Pontificatus annis prioribus, in Cruciatæ bullis dabatur facultas, semel in vita, & iterum in vero mortis articulo, absoluendi ab omnibus referuatis Papæ, etiam in Bulla Cœnæ, nullo exceptato, & ipse declarauit hæresis crimè, adhuc ibi exceptatū esse, & sic ex tunc formaliter & expresse fuit exceptatū in bullis hucusq; cõcessis. Et quod hoc sit satis cõueniens, nouit experimèto nostræ Catholicissimæ Hispaniæ sanctitas, & cõfiteatur. Episcopis autè hoc nõ priuilegio, sed cõmuni iure cõcessum est, vt per se ipsos absoluere possint in foro cõscientiæ, vt liquet Cõc. Trid. ses. 24. c. 6. q̄incipit, Liceat Episcopis. & merito hoc Ecclesia Episcop. cõcessit iure communi, cū eodè iure, ipsi sint Inquisitores. Hæc circa ea quæ in foro cõscientiæ se offerre possunt, circa hoc primum præceptum.

*Capitulum secundum, de præcepto
Spei, & Charitatis.*

§. I.

DE Spe virtute Theologica, cuius fundamē-
tū est fides (cū ea quæ credimus speremus,
& nō ea quæ nō credimus) iuxta illud Paul.
Hebræ. 11. Fidē diffiniētis substantiā esse, sperāda-
rū rerū, argumentum, &c. Substantiam, id est, funda-
mentum Spei, vt optimē sanct. Thom. 2. 2. quæst. 4.
articulo. 1. ex antiquiorum Patrum interpretatio-
ne intellexit, & cum illo omnes scholastici Docto-
res, & nos ibi largius: sed libet modò ne aliquid in
hac summa desiderari possit, breuiter de hac virtu-
te, cuius actus reductiue hoc præcepto primo De-
calogi continentur, tractare ea quæ fugere nequi-
mus.

Primò igitur, Spes est virtus, cū per eam actus
sperandi fiat bonus, & ex hac virtute bonus deno-
minetur & reddatur sperans, siue habens spem, iux-
ta diffinitionem quasi materialem Aristo. 2. Aethi.
dicentis: Virtus est, quæ bonum facit habentem: &
est virtus, non moralis, sed Theologica, id est, quæ
pro obiecto primo & proximo, habet Deum ipsum
clare visum, prout Deus ipse sic clare visus, est finis
noster, & ipsa obiectiua beatitudo, quam credimus
fide. Et hac virtute speramus certam fore nobis, si
faciamus quæ Deus ad illam acquirendam iussit fie-
ri, & sic virtus Fidei prior origine in nobis viatori-
bus est, vt pote fundamentum: nam prius credimus
quam speremus: nam quæ videmus, seu experimur
in nobis, non speramus, iuxta illud Paul. Roman. 8.

Id

Id quod videt quis, quid sperat? Est similiter Spes, ordine
prior Charitate via originis, siue generationis, quā-
uis dignitate & perfectione Charitas sit vtraque prior
& maior: nā ex Spe quā quis in Deo & de Deo habet,
inducitur ad amandum eum ex Charitate, vt docet
August. super primam Canon. Ioan. Vnde, sicuti Fi-
des est in intellectu vt in subiecto, sic Spes in appe-
titu, non sensitiuo, sed superiori & rationali quasi;
qui dicitur voluntas. Et sicuti Fides (vt pote virtus,
quæ pro hac via & vita, in perfectionem includit)
non remanet post mortem, sic neque Spes, neque in
beatis, quia ibi summa est perfectio, & possessio, ne-
que indānatis, in quibus, & habitus Fidei diuinæ desi-
nit esse: & per consequens, & desperati sunt: & sic
hæc sancta virtus Theologica Spei, est & dicitur
certa & infallibilis, non certitudine & infallibili-
tate propria, sed participata à fide diuina, sine qua
esse non potest: & sic doctissimum processum Pau-
li Apostoli intelliges, secunda ad Timoth. primo:
Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est, depo-
situm meum seruare in illum diem, iustus Iudex. Ec-
ce infallibilitatem Spei, ex certitudine Fidei dedu-
cit, legatur sanct. Thom. & Caietan. secunda se-
cundæ. quæstione decima septima. & nos ibidem
extensius.

Quando peccatur peccato desperationis? §. II.

CONTRA Præceptū diuinū de sperādo in Deo,
est abominabile desperationis peccatum, & multo-
rū mortaliū peccatorum principium & origo, mor-
tale ipsum: iuxta illud Pauli, Ephes. quarto. dicen-
tis

tis

tis de quibusdam malis, qui desperantes semetipfos tradiderunt impudicitie, in operationem omnis immunditie & auaritie. Vnde & frequenter vidimus & audimus, ex desperatione aliquos seipfos occidisse, quod immanissimum & contra omnem nature ordinem est peccatum: & sicuti in intellectu est falsitas contra intellectus naturam, & veritas, secundum eius naturam, que est ad equari rei, sic in appetitu superiori, siue voluntate: conformatio eiusdem ad veritatem rationis, est actus virtuosus: conformatio autem ad id quod ratio dicit falsum, vel non conformatio ad verum, est actus vitiosus. Ratio autem, siue intellectus, secundum infallibilem veritatem, est per diuinam fidem informatus de hoc, quod Deus est verissimus & fidelissimus in promissis, & quod parcat poenitentibus, etiam quibuscumque immensis, & innumeris perpetratis sceleribus: & quod Deus mortem peccatoris non vellit, iuxta illud Ezechielis. 18. & quod bona opera premiabit: quando ergo voluntas admittit, contrariam existimationem huic vere supra dicte apprehensioni, vel quod non potest, vel non vellit parcere, etiam poenitenti, vel adimplere promissa: hoc est peccatum desperationis, omnibus peccatis abominabilius: tangit enim Dei bonitatem & fidelitatem, & quamuis peccatum odij Dei, & hæresis, sint absolute maiora, id est, ex parte auersionis, cum eorum auersiones, offensiue sint primæ bonitatis, & primæ veritatis absolute: tamen desperatio est damnosius quoad nos, id est, maiorum malorum origo, & quasi principium, & in hoc sensu dicitur maximum.

Despera-

Desperationis peccatum mortale .§. III.

HOC Peccatum fere semper est mortale, & sic nullibi est reseruum, sed à quocumque iure audiente confessionem, potest absolui, solum confessarios patres, aduertentes reddere volumus: ne sint precipites in iudicando, tædia vitæ pro desperationibus, sed prudentes nimis, quia sæpe ex nimio melancholico, siue atræ bilis humoris dominio, excitantur figuræ tristes in phantasia, & imaginatiua aliquorum, & metum nimium causantes: & si his modus non imponatur, fit species manie (siue defectus veri iudicij) & amentie. Et hoc ex nociuis fumis dicti humoris ascendentibus, & inflamantibus, & exicantibus anteriorem cerebri partem, iuxta medicorum Philosophiam, vnde apprehendunt tales, occisionem propriam, vt bonam, & vt portum liberationis, a fluctibus dolorum & malorum, suæ tristes vitæ. Vnde in multis imò fere omnibus Christianis, non credimus hoc procedere ex desperationis maximo peccato, sed ex infania & veri iudicij amissione, iuxta Aug. doctrinam: nam nisi verò essent iudicio priuati, non cõtra omnem nature ordinem; desiderarent se precipitio collidere, aquis prefocare, laqueo se suspendere: hoc vocat Apostolus Paulus absterueri à tristitia. 2. Corint. 2. hoc vt in plurimum. Vnde cum hæc ex naturali infirmitate, & adustionis bilis rabie, non iudicandum est esse peccatum desperationis, sed tales arte medica curandi sunt, & spiritali consilio & dilatione animi à confessarijs peritis & prudentibus: vnde iudices ecclesiasticos & seculares monitos volumus, vt magna maturitate,

te, quando similes mortes contigerint, proprijs causatæ manibus, vt non statim pro desperationis peccato iudicent, & ecclesiastica sepultura baptizatû priuent. Sed semper magis deflectât ad partem magis piam & communiorem: vt iudicent ex infirmitatis infania inculpabili fecisse, & sic non semel hoc quibusdam iudicibus consulimus in praxi, & gratias Deo profecimus. Similiter aduertimus confessarios (quod magis nostri argumenti est) quod multoties & fere semper, in materia desperationis deficit deliberatio, vel saltim ita plena, quæ sufficiens sit mortale peccatum causare: cum sit peccatum ad eodè repugnans naturæ.

Charitatis præcepta. §. IIII.

DE Charitate suprema virtute, sineq; legis, & omnium virtutum forma, & quasi vita agamus circa hoc primum præceptum oportet, moti rationis vi, primo huius partis cap. aduētæ. Est igitur Charitas singularis cum Deo amicitia, qua bene volumus esse Deo nostro modo, & proximis hominibus amatis: nam, vt dicit Arist. 8. Ethic. Amamus vinum, panem, aut equum, non quia ipsis bonum vellimus, sed quia nobis illorum bonitatem cupimus, & in illis commodum nostrum amamus, qui amor non est charitatis effectus, sed ille quo volumus bonû amato, & desideramus communicationem boni cum illo, secundum quod Paul. 1. Corint. 1. docet, dicens: Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius.

APVD nostrates Theologos, non parua concer-

questio fuit, an Charitatis sit speciale Dei mandatum, vt nos disputauimus supra sanct. Thomam, secunda secunda. quæst. 44. articulis primo, secundo, & tertio, modò scholis vñtato: hic pro summe modulo dicimus; de Charitate esse diuinum præceptum, vt de fine legis & mandatorum Dei, & quasi de Epilogo, & summa omnium mandatorum Dei, & quasi de transcendentem, & discurrentem per omnia mandata, vt vtamur modo loquendi nostrorum Theologorum, non tamen datur speciale Charitatis mandatum expressum, præter illa decem, quod hoc vnico conuincam argumento: quibus enim fidelis adimplens decem præcepta Decalogi ingrediatur vitam æternam, iuxta illud Christi Redemptoris nostri, Matthæi. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Vbi loquitur de decem illis tabularum Decalogi, in quibus specialiter non erat Charitatis mandatum: ergo in illis inclusum est, & non est de illa speciale mandatum, cum tamen sine Charitate vitam æternam quis ingredi nequeat, vt patuit supra latius huius argumenti vis, capite primo huius primæ partis Summæ. Insuper, si quolibet præceptorum primæ tabulæ (vt nostri loquuntur Theologi, vel pertinentium ad Dei honorem, vt doctrinales puerorum cartulæ dicunt) fracto; Caritas amittitur, qua erga Deum obligamur, & fracto quocumque ex septem mandatis, quæ ad proximum attinent, vel secundæ tabulæ (vt vocant Theologi) infringitur Caritas, qua in proximi dilectionem obligamur, si aliquo mandatorum decem fracto Caritas, soluitur ergo similiter in decem.

decem legis præceptis illa inclusa iubetur, & non speciali aliquo mandato: argumentandi ratio conuictiua est, quam Logici vim habere dicunt in thopicis à contrarijs, ex quo & iurisperiti desumpserunt regulam, quod cōtrariorum idem est sensus, & hoc & non oppositum voluit S. Thom. 2. 2. loco citato, vt ibi nos latius: quia etsi dicat charitatis duo esse præcepta, non tamen dicit distincta à decem præceptis, sed in illis inclusa, & vt finis decem præceptorum, vt dicit articul. 4. in corp. & sic pro rudioribus additur in Catechismo legis, hæc decem præcepta includuntur in duobus, quod est amare Deum & proximum sicuti se ipsum: imò hoc modo locutus fuerat Paul. ad Galat. 5. dicens: Omnis enim lex in vno sermone completur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: & non mentionem fecit Paul. dilectionis Dei, quia sicuti finis præceptum, in mediocum præcepto inclusit, dilectionem Dei in proximi dilectione: hoc modo locutus fuit vitæ cœlestis Magister Christus. Matth. 22. & Marc. 12. in his duobus præceptis, dilectionis Dei & proximi tota lex pendet, & Prophetæ: & charitatis dicuntur duo præcepta, pro explicatione finis præceptorum, qui vnus tantum est, sed de his satis quæ minus apta sunt pro summæ planitiæ & angustias, relinquamus cætera scholis disputanda.

Diuino præcepto tenemur ad charitatem. §. V.

OBSERVA Igitur, quod eodem diuino præcepto quo iubemur sub mort. reatu disponere nos ad gratiam, supposita certissima vocatione diuina, quæ

quæ nemini denegatur, & acceptare diuina auxilia, ad illius infusionem disponentia: tenemur & ad Charitatem nos disponere, quæ est secundum vniuersalem Theologiam, non gratia ipsa, vt quidam voluerunt falsò, sed primus gratiæ gratum facientis effectus, & veluti eius prima propria passio: nam sicuti ad ipsum esse animæ rationalis, cōsecuntur intellectus & voluntas eius potentiæ, sic ipsum esse nouum animæ rationalis supranaturale, quod est gratia, secundum quod esse, anima innouatur & de nouo quasi recreatur, sequitur necessariò diuina Fides in intellectu, & Spes, & Charitas, in voluntate. Obserua secundò, quod licet Charitas, quæ Deum amamus vt oportet & decet, & nobis possibile est, ex diuino omnibus infallibiliter oblata auxilio nõ possit omnino perfecta haberi in hac vita, nisi solum in patria, quando per visionem beatam summo modo vniemur: tamen illa quæ in hac vita possibilis est, supposito diuino auxilio, quod nunquam deficit, est nobis inclusè iussa in decem præceptis legis, & hæc à nobis in via habita, dicitur perfecta Charitas, & de hac Ioan. 1. cap. 4. perfecta, ait, Charitas foras mittit timorem, & explicite fuit de illa præceptum, Deuter. 6. Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. Et hoc adducens ipse Legislator Christus Red. noster Matth. 22. & Marc. 12. Quasi explicans addit, & ex tota mente tua: nam substantia præcepti est, quod Deus diligatur, id est, quod vellimus Deo bonum, & proximo: at modus est, quod sit ex toto corde, &c. Et quia huiusmodi, siue hæc conditio dilectionis, scilicet, Dei ex totis viribus, &c. Et amor proximi,

Y quod

quod sit sicuti se vnusquisq; amat: non est quid alterius virtutis, hoc est, quod taliter ametur. Deus & proximus, non extrahit amorem à virtute. Charitatisimò sub eodem præcepto iubetur Deus diligere, & diligere taliter, id est, ex toto corde, &c. Et diligere proximus, & diligere sicuti vnusquisq; seipsum diligit. Voluit ergo Dominus per tot ambages, & vocabula perfectione Charitatis inuere per totum cor, voluntatem totam intelligens, more diuine Scripturæ: sicuti enim cor est omnium motuum corporalium principium; sic & voluntas omnium spiritualium motuum est principium, & humanorum, & maximè quo ad intentionem finis vltimi, qui est Deus, qui est obiectum Charitatis: per mentem intelligit intellectum: vis autem appetitiua inferior, siue sensualis, intelligitur per animam, & vis executiua membrorum intelligitur per fortitudinem: scimus aliter Chrysol. & Aug. de doctrina Christiana, & aliter Nisenum Gregorium, quadam oratione hæc verba interpretari: sed quod adduximus est magis litera consonans: legatur S. Tho. & Caiet. & nos. 2. 2. q. 44. art. 4. sed omnes modi interpretandi in hoc cõueniunt, scilicet, in declarandis substantia actus diligendi Deum, modo, & circumstantijs talis dilectionis, sine quibus actus non esset studiosus, cum deficeret illi modus intrinsecus.

Quid per dilectionem Dei ex toto corde? §. VI.

OBSERVA Tertiò, quod prædictus dilectionis Dei & proximi modus, sic debet intelligi, quod cum præceptum diuine dilectionis sit affirmatiuum, & sic obligat semper, vt nostri Theologi dicunt, id est, quoadcumq; Deus offertur nobis & proximus, vt obiectum

obiectum amandum, vel odio prosequendum, tunc sub mort. tenemur producere actum amoris & non odij: non tamè obligat pro semper, id est, quod omni tempore in hoc sim occupatus formaliter & actualiter, neq; ad alia diuertar, & quoquo modo se offerat Deo, producam amoris actum: quia hoc in via est moraliter impossibile, ad quod nemo obligatur: solum enim hoc modo pro semper diligitur Deus à beatis in patria, quando venit, quod perfectum est. Et S. P. N. Bernardus, libro de Dilig. Deum, dicens, modum diligendi Deum esse diligere sine modo, quia taliter ipse diuino incensus erat amore, vt ferè in hoc mundo absorptus fuerit, ad modum beatorum, & sic non mirum si tale protulerit exaggerationem: & vt non excedamus summæ metas in hoc, qui optimè iudicio nostro modum dilectionis Dei & proximi intrinsecum tot vocabulis circumscriptum Deut. 6. exposuit, fuit S. Bonaventura in. 3. d. 27. Scilicet quod quando dicitur ex toto corde, illud ex toto, non excludit aliarum rerum amorè, & creaturarum, vt parètur, amicorum, & temporalium bonorum, quia talis modus esset (vt dictum est) impossibilis, sed excludit amorem siue affectum maiorem, siue æqualem, siue primarium: nam alia diligere in Deo, vel propter Deum, non excluditur, imò iubetur: & sic in Catechismo doctrinali puerorum, & in modo loquendi Theologico dicitur, dilectio Dei non sine alijs, sed super omnia diligibilia: quamuis in diligibilibus extra Deum, sit magis & minus, id est, quod ultra hunc obligationis punctum, aliqui magis diligunt, & magis in illius amore flagrant, ad quod respuerunt omnia ea temporalia, quæ simul cum Deo, possessa diligere possent,

dummodo secundo, & non aequaliter illa amaret, odirentque illa, ut liberius & purius, Deo inhaerent, & magis eum amarent, & de talibus Bernar. sanctissimus Pater noster, dixit, modum talium dilectioni, esse sine modo Deum diligere.

Modus dilectionis proximi sicuti se ipsum, quid?

§. VII.

OBSERVA Quarto, quod modus dilectionis proximi, eisdem sacre Scripturae locis, in sanctorum doctrina prescribitur, quod illum diligamus sicuti nos ipsos: sed illa particula, *sicut*, non vult dicere aequalitatem, intensiois amoris, id est, quod tam in se ipsum amem sicuti me ipsum amo: quia hoc (etiam moraliter) loquendo impossibile est, & ut dicit Hieronymus sanctissimus, libello expositionis Catholicae fidei, Maledictus qui dicit Deum summum bonum, & primam sapientiam, aliquid iussisse hominibus impossibile: sed illa particula, *sicut*, dicit modum & denotat similitudinem, hoc est, quod sicuti amore bene ordinato, me ipsum amare debeo in Deo, & propter Deum: & tanto magis me ipsum amo, quanto magis mihi bonum diuinum opto, & me in Deum dirigo, & sic diligam proximum in Deo propter Deum, & ad finem, Deum scilicet clare visum eum diligam, & hoc bonum illi vellim, & caetera bona quae ut media ad hoc bonum illi conducunt: hoc modo S. Tho. 2. 2. q. 44. artic. 7. hoc preceptum interpretatur. Vnde condescendere cum proximo in peccato, non est actus huius dilectionis, imo odij animae eius, iuxta illud, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: hoc de iniquitate propria, igitur diligere proximum

in malo, vel ad malum, odire animam eius erit. & sic ab ipsis Philoso. Gentilibus, pro proloquio habebatur amicus usque ad aras. Insuper amare proximum ob commodum malum, quod adfert me sensualitati, non est actus amoris, siue Charitatis amicitiae, sed amoris concupiscentiae, & inhonesti, & turpis, & foedi, & quod usurpat amoris nomen: si autem amo ob commodum temporale magis, vel aequè principaliter, atque propter Deum, etiam si commodum sit licitum, talis amor non est ex actu Charitatis huius precepti, imò neque est dilectio proximi, sed mei ipsius, & concupiscentiae meae utilitatis: & diligere proximum est illi velle bonum: hoc autem est velle bonum mihi tantum. Vocatur autem proximus noster quicumque eiusdem naturae speciei scilicet, quivis homo ut tu, & hos omnes vocat scriptura ad hoc denotandum, amicos, id est, eiusdem summe beatitudinis capaces, & ad eandem similitudinem Dei & imaginem creatos, ut liquet Leuit. 19. Diliges amicum tuum, id est, omnem hominem in Deo, vel propter Deum: & sic intellexit locum illum Paul. ad Galat. 5. & ad Rom. 13. vocatur & omnis homo frater. 1. Ioan. 4. cum omnes eundem patrem creatorem habeamus Deum, & Redemptorem, siue regeneratorem omnium hominum, saltem quo ad sufficientiam, Dominum Iesum Christum, Deum & hominem.

Charitatis ordinatio quae? §. VIII.

OBSERVA Quinto, quod in Charitatis precepto ordo est maximus: & si enim omnes virtutes ordinate sunt, secus virtutes non essent, sed inter

omnes maximè Charitas, iuxta illud: Ordinavit in me Charitatè, Canti. 2. Nam ordo ad virtutis genus spectat cuius est ordo: nam sine ordine iustitiam exequi esset iniustitia, & sic ordo in amore ad præceptum Charitatis spectat: & sic qui diligere iubet, ordinate diligere iubet: ordo autè in dilectione debet regulari & pensari, secundum proportionem & valorem diligibilium, exempli causa: si quis infirmus habens pecuniarum copiam, nõ vocat medicos, neque medicamenta applicari vult, ob euitandos sumptus, dicimus hunc malè agere, & vitiose diligere pecunias, non quia diligit, sed quia inordinate diligit, in quo est peccatù contra dilectionem propriam, cum plura amatur argètu, quàm salus, quæ est. Primùm inter bona corporis, & res fortunæ sunt vltimùm, in genere boni. Ordo igitur huius virtutis præceptus à Deo, hic est. Primùm ante & supra omnia in præparatione animi diligatur Deus, vt summùm & primùm bonùm, immèsum, id est, quod simus parati, quod si Deus iuberet propter ipsum, & eius gloriã & laudem, iacturam facere omnium temporalium diuitiarum, & honoris: imò salutis & ipsius præsentis vitæ, sic faceremus statim, atque intelligeremus conducere ad eius seruitium. Sic fecit Abel primus Martyr: sic intentavit Abrahã in filio, què plusquam seipsum amabat: sic Prophetæ: sic Apostoli sancti: sic Martyres. Vnde nostri Theologi dicunt, quod licet actus Martyrij sit proprius virtutis fortitudinis (vt termino ipsorum vtar) id est, à virtute fortitudinis elicitus, tamen est imperatus à Charitate, iuxta illud Ioan. 15. Maiorem Charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis: animam, id est,

est, vitam: doctrina est S. Tho. 2. 2. q. 124. art. 1. & 2. & Caietan. vident & nos ibi latius.

§. IX.

INSUPER Tenetur quis ex hoc præcepto, præparatione animi vera proponere, se diuinam maiestatem non offensurum mort. offensa, etiam ob tuitionem omnium bonorum huiusmodi, seu ob acquisitionem eorum. Secundo loco ordine Charitatis tenetur vnusquisque seipsum diligere, & primo salutem suæ animæ, imò & salutem propriam corporis, & res suas domesticas, plusquam salutem & res proximi sui: quia hoc Charitas ordinata præcipit & ordinat: at res suas proprias imò & salutem corporalem, minus diligere debet Christianus, quàm salutem animæ proximi (pro quo Christus mortuus est) & pro illa ex Charitatis ordine postponere: vnde hunc Charitatis ordinem, docuit in se Paul. flagrantissimus Dei, & proximi amator, Rom. 9. dicens, optasse se anathema esse à Christo pro fratribus suis, id est, in corpore & carne suspensus & crucifixus, maledictoquæ traditus in corpore, pro salute animorum fratrum, sic Ambros. & August. Paulinum locum intelligunt.

Tenemur, & ex hoc præcepto, homines probos & magis coniunctos Deo, studiosos, diligere magis: & si alios sanguine, cognatione, & amicitia, coniunctos, magis quam sanctiores & meliores diligimus, hic in amore excessus, & deordinatio, tantum ex hac parte est venialis: nam cum omnes in Deo diligamus, & neminem prosequamur odio, non est aliquod peccatum quod diligamus amplius aliquos sanguine, aut cognatione,

patria aut beneficio coniunctos, vt condiscipulos, & alios similis obligationis, quia hoc Deus non vetat, vt Gregorius dicit, & natura non abhorret imò amplectitur, & quâto magis accedunt isti ad nos ipsos, quasi primaria, & quasi amore proprio diliguntur. Vnde licet quo ad dilectionis intentione siue augmentum, plus eum diligat in quem beneficia contulit: sed quo ad speciem dilectionis, plus quis diligit eum à quo bona suscepit, & beneficia recepit, vt doctrinam, vestes & similia: vnde omnibus modis Deus est summè diligendus, & quia ipse dat nobis quæ demus ei, vel pro eius amore, & quia nos semper immensis cumulat beneficijs, & semetipsum nobis, summo modo dedit.

De dilectione inimicorū, est tota huius præcepti difficultas: & quod summæ resolutio patitur, dicimus quod hominè quæcumq; etiam infensissimū, & qui in nos a mala ingesserit, tenemur ex Charitatis præcepto diligere, vt proximū propter Deum, cum ipse cœlestis omnium pater, iusserit per se Matt. 5. & Luc. 6. Diligite inimicos vestros. Et per Apost. Rom. 12. sed aduertendum maximè, ex Theologorū & sanctorum patrum doctrina, quod nō ex hoc præcepto obligatur quis, vt diligat inimicū, secundum quod inimicus est formaliter, vt dicunt Theologi, quia hoc esset diligere eius malum, & iniusta opera quæ contra nos perpetrat cōtra Deum & cōtra naturam, & esset inimicitiam in illo amare, quæ mala est, neq; tenetur quis motu speciali, diligere Petrum inimicum, quia homo est eiusdem speciei secum, quia secus motu speciali obligaretur quis, omnem hominè, & quemcumq; diligere, quod impossibile

est.

est. Sed tenetur vnusquisq; ex præcepto diuino, inimicū in præparatione animi diligere, vt sit semper animo paratus illi in necessitatibus subuenire, & bonū illi velle, in anima vel in corpore, & etiā quo ad temporalia bonā, & quod cum illius se offerat occasio, siue casus necessitatis eius, quod actū amoris & nō odij: exequetur, absq; hac tamē necessitate, interioribus actus producere amoris inimici, hoc perfectionis est, nō autē obligationis ex vi huius præcepti, & subuenire illi, ostendere in executione opera bona, super erogationis erit & perfectionis, absque casu exigentiæ, & necessitatis ferè vltimæ: hoc est ergo quod ille, qui Charitas est Christus R. noster maximè per se, & per Apostolos suos, & sancti eius cōsulerat, vt exēplaria Charitatis & amoris. Hoc cōsulerunt semper nos, & consulere debent omnes Christi sacerdotes & præcones, vt nō speretur punctus, & quasi cōiunctura necessitatis, sed quod vltro exerceantur actus & effectus amoris, hoc dante illi qui verè amor est Deo, sepe fecimus, vt Pau. Rom. 12. Vince in bono malū: & illud Proucr. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: & si sitit, potū da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congères super caput eius. Et hæc est quasi coronis vitæ Christianæ. Legatur S. Thom. locis vbi supra.

Decendēdo tamē ad specialiora (vt & summa petit) obligari dicimus quæcumq; ex hoc præcepto, cum inimico omnia opera facere, quæ inter cōciues eiusdē conditionis, artis, vel professionis, cōmuniter fieri cōfacuerunt: & si quis alicui cōmunitati ali quod beneficiū impendit, non potest infersum sibi exceptare, nisi alia subesset causa, secus mort. pec-

Y 5

caret,

caret, vt si quis alicui populo ob annonæ Charitatem, cōmodaret triticum aut aliud simile, si Petrum sibi infensum, vel plures sibi infensos exceptaret, iam (& si cōmodatio esset liberalis) esset mort. peccatum, contra hoc præceptū, quia talis casus curreret tunc, in quo actum amoris exequi deberet cōmunem, cōmuniaq; signa dare talis dilectionis, & palam tenetur tūc ostēdere: specialia autem beneficia, & signa amoris specialis, nemo tenetur ex præcepto ostendere inimico, sed fieri optimū consilium est, Christi Iesu, & iter perfectionis.

Pro timoratis autē & scrupulosi, in calce obseruandū duximū, quod ex iniuria tria solent consergere contra proximū iniuriantē. Primum, odiū, quod rancorem vulgo dicunt, quod est interior odij actus. Secundō, sequitur ex hoc quædam indignatio exterius prolata, quæ signum esse solet interioris odij. Tertio, sequi solet actio, siue ius petendi iniuriam in foro externo. Circa primum dicimus, quod rancor siue odium potest esse, & voluntatis deliberatæ superioris, siue rationalis, & potest esse solius partis sensitivæ, siue facultatis irascibilis, quæ est facultas sensitivi appetitus, quod odium etiam in brutis reperitur: odit enim canis homines pauperes ostiatim petentes, & lupos & alios item canes. Si igitur odium sit voluntatis superioris, siue rationalis, est peccatum planè mort. odij interioris, contra hoc præceptum, quod tenetur quicumque expellere, & statim remittere, iuxta illud Matth. 18. Nisi remiseritis de cordibus vestris, &c. At si sit quædam infensio partis sensitivæ, secundum vim irascibilem, tunc sicuti sensualiter

sensualiter aliquid amamus & appetimus, secundum vim concupiscibilem, & non secundum voluntatem superiorem siue rationalem, quæ Lege Dei frenata est, sic & aliquid odimus sensualiter voluntate non consentiente, & tunc non est odium, mortale saltem peccatum: imò si voluntas propter Legem Dei tali homini desiderat bona spiritualia & temporalia, nullum neque veniale peccatum est imò meriti actus, & si voluntas non plenè consentit, est veniale, quia tunc pugna est, & sola sensualitas secundum vim irascibilem odit proximū, vt maleficum, siue disconuenientem sibi in naturali inclinatione, moribus vel operibus: tamen voluntas recalcitrat, ne contra legem Dei illi desideretur malum, in anima vel in corpore, sed in præparatione animi est paratus subuenire illi, in quacumque graui necessitate, neque mirum quod voluntas non possit multoties irascibilem cohibere, quia illi non despotice siue seruiliter obedit, sed tantum politicè, habet enim vnde resistat, quod ex peccato primo in nos deriuatum est, & hæc est lex membrorum, quam repugnantem sentiebat Pal. legi mentis suæ, id est, legi rationis & diuinæ, Roman. 7. & sic multi scrupulos odij habent, quia se non intelligūt, neque an odium sit voluntatis, vel solè irascibilis, sed hoc confessarius ex adiunctis intelliget: & si difficilè ei videtur, ex hoc sciet quam sit magnum & periculo plenum munus animas medendi & curandi, & magnæ scientiæ necessitatem.

Quod ad secundum, si quis alium læsit, iniuste tamen veniam supplex modo qualitati suæ personæ condigno petit, tenetur offensus de corde, hoc est,

est, tota voluntate illi noxam remittere, iuxta illud Luc. 17. Si reuersus fuerit ad te dicens, Pœnitet me, dimitte illi, quod est dicere teneri ex hoc præcepto, odium expellere internum, id est, actum voluntatis quæ velit illi malum, & actus contrarios producere amoris, quibus illi bonum velit & desideret, & iram exterioribus actibus, id est, verbis & signis, non ostendere, imò colloquutionem (nisi aliud subesset periculum & mali occasio) & comunem cum alijs eiusdem foris & vitæ, conuersationem, & comertium, & conuictum cum illo seruare, & à comunibus bonis illum non excludere, sicuti si offensus ab eo nunquam fuisset, tamen damnum in re secutum sibi, in salute, honore, vel temporalibus bonis, ex iniuria, quod erat tertium quod proposuimus: hoc dicimus iuste quemcumque posse non remittere iniurianti, sed poterit per vim iustitiæ, & ministrorum iustitiæ satisfactionem petere, & reparationem sui damni & læsionis, siue in salute, siue in honore, siue in rebus suis, ut habetur. c. si quis contristatus. 90. dist. & c. ad Apostolicam. de sententia & re iud. in. 6. & extra. de malef. c. innotuit. & c. quoniam. de immun. Ecclesie in. 6. his capitulis, & alijs innumeris, tum iuris diuini, tum naturalis, tum ciuilis, licentia datur libera sui damni iniuriam repetendi: non per se ipsam, quia hæc vindicta esset iniqua, sed per eos, qui loco Dei ad hoc sint in Repub. legibus seruatis. Et ratio hoc conuincit, quia ratio iustitiæ secundum quam vnusquisque, quod suum est petit à proximo, & iniuste ablatum, non est contraria virtuti Charitatis, imò Charitas iustitiæ forma est & vitæ: attamen quia in natura nostra sic corrupta difficillimum sit nimis per viam litis, & executionis iustitiæ iniuriam

petere

petere, absque immixtione vindictæ propriæ, & absque perturbatione animi, & ex his odium oritur, & rancor: idem talis iustitiæ petitio propter hæc particularia quæ moraliter certa inuoluit, & idem fugienda, & plenissima remissio à confessario & à pijs & doctis viris petenda est: est enim fructuosissimus actus, & durare in litibus est res periculis anime plena, & quæ aliquando scandalum generat, & alia damna in animorum perniciem: & nos gratias Deo plures similes composuimus lites Deo adiuuante, & ad finem desideratum perducente, & similes iniuriati tenentur credere viris doctis & pijs, ut à Deo missis Angelis pacis, & illis ostendere suæ iniuriæ rationes & iuris petendi: & si illos viros scientiæ & conscientiæ norint, remittant omnia illorum manibus, & prudentiæ, & hac via, iuxta Apostoli Consilium, ab omni specie mali abstinebunt.

Hic secundum communem ordinem de correctione fraterna nobis erat agendum, sed ne nimis huius mandati primi materia prolongetur, promittimus alibi necessaria tangere.

Capitulum tertium, de cultu Dei, quod est directè primum præceptum. S. 1.



RIMVM Decalogi præceptum est, de cultu, honore, reuerentiaque Deo & diuinis rebus, ut debita exhibenda: & præcipitur nobis actus culturæ, qui est cuiusdam virtutis, à Latinis religio dictæ (ut testatur Isid. lib. Etymolog. qui desumpsit ex Cicer.) ab eo quod est re, id est,

est,

est multoties, & eligo, quasi quæ ad diuinum cultum & reuerentiam attinent, multoties eligenda sint, siue mature pensanda, quamuis non aspernandam censeamus, illam communè Ethymon qua religio ab eò quòd est religio deducitur, quasi in Deum vno & altero vinculo, & in eius reuerentia, vt in auctorem, conditorem, & conseruatorem, & omnis boni largitorem, debitis astricti confiteamur nos, & profiteamur.

Datum fuit à Deo Opt. Maximo hoc præceptum cultus, Exodi. 20. & repetitur Deut. 4. illis verbis: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, &c. Non adorabis ea, neque coles, &c. Et quamuis cultus Deo debiti sit præceptum affirmatiuum, tamen vsus fuit Spiritus Sanctus, quadam figura Dialectica siue Retho. Tropo. à contrario sensu, qui est nimium conuictiuus: & idem declarans vehemētius, quam si affirmatiue præciperetur oppositum, quomodo locuntur iurisperit. super cap. cum Apostolica. de his quæ à Prælat. sine consilio cap. fiunt. & l. i. ff. de offici. eius, cui mand. est iurisd. Et ratio id postulabat naturalis, quia & si quod attinet ad institutionem actuum studiosorum, quos exercere oportet hominem, illorum præcepta affirmatiua esse congruentius sit, tamen ob naturæ humanæ corruptionem, & ob admissa impedimenta virtutis, prius & magis decuit, vt opposita impedimenta admissa per modum negatiuum expellerentur quasi, & hoc præcipuè cum loqueretur Dominus Iudaico & ad falsum cultum dedito pronòq; populo illi, ex Aegyptiorum commertijs assueto: Vnde per negationem siue ve-

tationem

tationem Gentilis culture falsæq; reuerentiæ creaturis exhibitæ, congruentissimè illis propositis fuit solius vnus veri Dei cultus, vt notat S. Dionysius 4. c. cælest. Hierar. & noster S. Tho. 2. 2. q. 122. art. 2. cor. & ad. i. arg.

Tenemur igitur ex hoc præcepto colere & honorare Deum semper, non tamen pro semper, cum sit præceptum affirmatiuum, vt dicunt nostri Theologi: vt què iam explicatum remanet à nobis. c. præcedenti, & hic cultus & honoratio (ad quam ex hoc præcepto obligamur) est supra omnè illà, quæ creaturis singulis & hominibus simul exhibere solemus, & possumus, quod est dicere clarius, quod statim atq; homo ad vsum rationis peruenit plenum, se suaq; omnia in Deum referat, vt factorè & conditorè suum, sumissione maxima se illi subdens: neq; nimium anxij debent scrupulis fideles esse an hanc fecerint lucente rationis vfu sumissiuam relationè, vt de se narrat anxie pius Nauar. Doctor, dicens se accusasse sub dubio, si fortè illam puer. i. actu pleni vsus rationis omisisset: quia nemo est, qui ex auxilio speciali Dei, in illo. i. vsus plenæ rationis actu, actualiter, vel virtualiter, se in Deum non referat, quod sat est, imò sufficit se modo velle fecisse suo tēpore primi illius actus. Secundo tenetur, quiuis Diuinas personas tres reuereri interiùs, & collere siue adorare cultu speciali, qui à Græcis Iatria, à nobis autem adoratio singulariter Deo, & rebus diuinis debita, & nullò modo creaturis dicitur: Et insuper Christum R. nostrum secundam Trinitatis personam, Verbum caro factum, eodem Iatria cultu, interno & externo tenetur adorare, ita vt quoties pro-

ponitur

ponitur nobis Christi corpus, tremendum & admirandū, sub speciebus Sacramentalibus in Eucharistia, vel viuificus sanguis in calice sacro, tenemur interiori reuerētia, & externa genuflexione corporali- que humiliatione, & capitis nudatione, alijsque externis inuentibus reuerentiam summam, summo & omnium excellentissimo principi debitā, signis, à quo habemus esse viuere, & moueri imò à quo redempti sumus, & conseruamur: tenemur & ex hoc præcepto eandem patrię reuerētiā exhibere imagini Trinitatis, modo quo nobis materialibus & corporeis Deus Pater, qui spiritus est summus, sub humana senis figura depingitur & representatur, & Spiritus Sanctus, qui & similiter simplicissimus est Patris, & Filij, Spiritus in figura columbę, sub qua apparere dignatus fuit, & imaginem Filij, qui verē homo est & Deus: & maximē imagini Christi crucifixi, vbi Christus Red. noster, in summa ignominia pro nobis hominibus, & in excogitata etiam Angelis omnibus humilitate, representatur: Sub qua nos tenemur illum magis venerari, vbi abscondita fuit fortitudo eius, & propterquam sui eiusdem corporis & nominis meruit exaltationem & gloriam. Vnde & omnes fideles tenentur audito nomine I E S V S, illi reuerentiam exhibere patrię, internam, si adsit aduertentia actualis, & externam quę apud nos capitis nudatione ostenditur, & apud Armenos, & Gręcos, Christianos capitis inclinatione, iuxta illud Pauli ad Philip. 2. propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomē, quod est super omne nomen: et ipse Paul. in suis Epistolis quingentis vicibus, hoc dulcissimum nomen repetit

tit honorans semper, & venerans, titulis excellentissimis. Tenemur & ex hoc præcepto, viuificā Crucis vexillum adorare, lignum verę Crucis eiusdem in quā Christus perpendit, & coronam spinę, & spinas eius, & clauos, & ferrum lanceę, & omnia ipsa Passionis instrumenta, adorare eadem adoratione patrię, cum fuerint res ad Christum & eius Passionē pertinentes, & in corpore eius sanctificatę: at, non solum Crucis verę lignum ipsum, sed & imaginem Crucis cuiuscumque materię vel picturę, adorare debemus, siue auri, vel argenti, siue ligni sit, quod non debemus imagini coronę, clauorum, siue lanceę: quia crucis imago, hoc habet propriū & speciale, quod Christum qui in illa pependit representat, & vexillum est nostrę Christianę militię: & erit signum & labarū venientis Christi ad iudicium, & tali signo filij hominis Iesu Christi signamur Christiani, & munimur in frontibus, ore, & pectore: & quia iuxta doctrinam Arist. idem motus est in imaginē, & in rem cuius est imago: & Matth. 24. Crux signū filij hominis dicitur: secus cum homo rationalis superioris sit naturę, non debet cultum & adorationem inferiori naturę, iuxta omnes Theolo. & nos cum S. Thom. 2. 2. q. 81. & 3. p. q. 25. & ibi ferius negotium & largius tractatur. Vnde consuetudo sancta in Christiano populo inoleuit, vt Crucis imagines in itineribus & vijs ponantur, tum ad solatium iter agentium, tum ad denotādum, quod si cœli iter errare nolumus, Crucem sectemur, Crucem nostrā portantes; succedente in nobis Cruce, loco imaginis Mercurij, Gentiliū ficti Dei, notantes in hoc sequēdas diuinas vocationes & Dei vestigia, ad quod

Apostolorum princeps Petrus alludit. 1. Cano. c. 2. vt squamini vestigiæ eius, &c.

Tenemur & ex hoc præcepto reuereri Christi R. nostri humanitatē, vt naturā Verbo æternō Dei, & Deo unitā & terminatā ad esse personale eius, adoratione patriæ siue Deo debita: at, eādēmet humanitatem secundū se consideratam, tenemur venerari & adorare quodam cultu minori, cūm creata sit, sed eximio huius generis cultu, quem Græci Hyperdulia vocant, quæ est reuerentia exhibita ob dominium, vel ob eximiam, & super excellentem virtutem creaturæ debitā, quæ etiam omnium excellentissimo Cherubino non debetur. Vestibus Christi, sindoni, & sudario eius, sepulture & sepulchro ipsi, omnibus Christi tactu sanctificatis, debetur ratione sanctificatis, adoratio patriæ. Deiparæ Virgini sanctissimæ, & si in quātū nō solū tetigit, sed & verè genuit, aluit, & gestauit Christum Dei filium, deberetur patriæ adoratio: tamen cūm sit eximia rationalis creatura, cui ex se & secundū se reuerentia debetur, cōsuluto illi non tribuitur hæc adoratio diuina, quæ est adoratio per aliud, nē quis, vt Deum per se & secundū se adoret: deceptus, sed datur illi Hyperdulia, quæ est omnium veneratio suprema puræ creaturæ debitā, & meritō, cūm omnes etiam cœlestes, Angelicas, & Seraphicas, meritō, & excellentia, superet creaturas; eadē adoratio vestibus eius & rebus, eius vsu vel tactu sanctificatis, & eodē cultu eius imagines, imō & sanctū eius nomen. Reuerēdū est Mariæ post nomen Iesu venerandum. De materia autē venerationis imaginum & reliquiarum post Concil. Nice. Secundū extat Clem. de reliquijs, & veneratio

tio. sanct. & nuper Conc. Trid. sess. 25. in principio. titulo; de inuocatione sanctorum. Sanctis igitur ab Ecclesia canonizatis, eorum ossibus, imaginibus, vestib⁹, & rebus sanctificatis, debetur adoratio quædam siue cultus, qui Dulia dicitur: & est reuerentia debita seruis & amicis Dei, ob eorū eximias virtutes, & sunt eorū imagines, quidam quasi in Doctorū libri, & Doctorum & spiritualium memoriale quodam, excitans ad imitationes: vnde sanctum, iustum, pium, imō & necessarium est Christi Iesu, & eius crucis, & sanctissimæ Virginis matris, & sanctorum imagines in templis honorifice haberi, & in domibus fidelium, vt docuit, & tenuit sancta mater Ecclesia, traditione ab Apostolis, & contra Iconomachos hæreticos imaginum cōtradictores: suis decretis à Conc. Nicen. 2. vsq; ad vltimū Triden.

Sanctis vero à Sūmo Pontifi. nō canonizatis, sed pro sanctis communi traditione habitis, quorum corpora in sepulchris eleuatis, & sancta veneratione cultis habentur, non debet (imo neque expedit exhiberi) cultum Dulia, sicuti canonizatis sanctis, & indubitatis: bene tamen licet illis dare cultum quendam Dulia minorem, innominatum, maiore omni illo quem exhibemus hominibus viuentibus, etiam regibus & sanctissimis viris, vt de osculando venerari eorum ossa, & vestes. Viuentibus tamen adhuc sanctis viris eximijs, debetur veneratio quædam amicis Dei debitaque reuerentia Christiana. Templis Deo consecratis, Aris, & vasibus consecratis, & sacris vestibus sacerdotalibus, debetur adoratio suprema patriæ, ratione Dei, cuius sunt, quia de se, & in se nihil dignum cultu haberent,

berent, cum res. sint sine ratione & anima honoris incapaces: sed aduerte, quod res consecrata oleo sancto, debent adorari latriæ adoratione, cum eximio rem habeant ab Spiritu sancto benedictionem, & alius ad Deum ministerium inseruiant inter quæ & palla corporalis computatur, quæ immediato tactu Eucharistiæ sacratissimæ sanctificatur: at vestimenta sacerdotalia sola benedictione verbali benedicta, & mediata ad ministerium directa, sola dulcia adoratione sunt veneranda. Sacerdotibus autem, in quantum Christum repræsentant, qui multam obtulit hostiam, id est, semetipsum pro nobis, essent ex hac ratione adorandi adoratione latriæ: & utinam tales essemus omnes sacerdotes, quales talis supremi sacerdotis petit repræsentatio: tamen talis latriæ adoratio, neque datur neque dari expedit, & exhiberi hominibus ne occasio detur erroris.

Demum, quia materia hæc nimis Theologica est, & difficillima, tamen pro summæ & angustæ, & resolutione in epitome redeimus supradicta, & quæ sufficere visa sunt, ut Parochus sciat, quæ quoad externum & internum cultum docere debeat, & confessarius quomodo ignorantes instruat, alia scilicet adoratione, Deum & diuinas res, ut tales esse venerandas, altera creaturas etiam sanctissimas, ob propriam virtutem, modo dicto: doctis autem quibus ex Dei dono data fuit altior cognitio, accessit & obligatio adorandi Deum & sanctos, cum omni supra posita distinctione: de qua nos Theologi, modo scholastico, locis citatis, sanctum Thom. interpretando diximus: Quia tamen (vti supra dictum meminimus) sub illo affirmatiuo præcepto collendi Deum, est

vir-

virtualis negatio siue prohibitio, cultus falsi & indebiti: vnde & Exod. 20. negatiue explicatur hoc præceptum (vti initio huius cap. diximus) oportet propter tardiores (quod & doctis vt ille iudicamus) omnes speciales prohibitiones explicare. Quartum igitur est falsus cultus, siue veneratio (vt deducitur ex illo .26. quæstio. 2. desumpto ex Augustin. 2. de doctrina Christiana, ex quo & desumpsit S. Thom. 2. 2. quæst. 92. articul. 2. & Caiet. & nos ibi.) Primus est cultus siue honor perniciosus Deo exhibitus, & hic est qui falsitatem inuoluit, vt cum talis est cultus qui negaret aliquid diuinæ fidei, vt qui aliquibus ceremonijs profiteretur adorans Filium, secundum diuinitatem Patre minorem: cum abominabili Arrio, vel aliud simile, & etiam huius speciei est, si superfluous cultus datur Deo. Secunda species cultus falsæ est, cum aliquis diuinus cultus exhibetur creature, & dicitur à Græcis Idolatria. Tertia est, quando exhibetur creature honor indebitus, vt ab illa siue per illam cognoscat quis occulta, & dicitur superstitio à Latinis, à nomine superstes. Quarta, qua cultum siue honorem amicitie ob fines desideratos à nobis exhibemus patentibus Dei inimicis, & dicitur pactum cum demone, vt medio illo eueniat nobis quod appetimus. De his quatuor speciebus specialiter dicamus oportet.

Generaliter dicimus primo, omnes has quatuor falsas culturas esse de se mortalia peccata, & prohibitas, vt abominandas, loco sæpius allato Exod. 20. & secundum se esse maxima omnium peccatorum, quæ contra nouem alia præcepta Decalogi committi possunt: nam sunt opposita cultui debito

Z 3

Deo.

licet, nisi ob imminentem carnis tentationem, vel aliam similem internam necessitatem animæ salutis vel corporis.

Secundo, prohibetur hoc præcepto quicumq; cultus exhibitus creaturæ irrationali, & etiam insensibili, & etiam cultus diuinus, siue honor supremus qui dicitur latriæ. Exhibitus Angelo vel homini, in se & secundum se, quod Idololatriæ peccatû, tam acriter quam communiter, in sacris literis legitur abominatum & obiurgatum, de quo nihil modo specialius dicere libet, cum iam in lege gratiæ ita sit eliminatum & pulsus, ut nec verbum iam petat, neque mentionem.

Solum aduertimus pro rudioribus, quod Ruedep. nostri & Domini, & sanctissimæ matris eius, & sanctorum imagines sic venerari & colere, ut credatur vel profiteatur in ipsis esse diuinitatem imaginibus secundum quod sunt quædam materia arte effigiata, & non secundum quod representant Christum Redemptorem & sanctos, & eorum sunt memoria, & quasi rudiorum libri; existimare abstatua, vel imagine, ut res quædam est, debere peti aliquid, vel ab illa sperare posse, & non actualiter, vel virtualiter referendo in Christum Redemptorem, ut prototypum, & in sanctos representatos, esset Idololatria, sculpturæ & operis manuum hominum, toties in sacra Scriptura à Deo abominata & reprehensa. At si faciat quis & veneretur imagines modo à sacra Triden. synod. ses. 25. tit. de inuocatione, venerationeque reliquiarum, & sacrarum imaginum explicato, referentes obsequia & honores in representata, est magnæ religionis virtutis actus, hoc præcepto

cepto iniunctus & iustus: quæ doctrina omni diligentia proponenda est, & fideles præcipuè rudiores instruendi, præcipuè in Montanis, vbi gentes non sunt adeo cultæ, ut in Asturijs, Cantabria, & Galletia, nostræ Hispaniæ, vbi maior est indecentia, & fere irrifibilis deformitas, & adeo gens affecta est truncis corrosis & deformibus imaginibus, ut me teste quoties Episcopi illas renouant, & decentiores loco illarum ponere iubent, in suis parœciarum visitationibus, veteres suas petant plorantes, & nouas neq; aspicere vellint. quasi nõ idem prototypum, & melius quàm priores, vel saltim decentius representent, sed paulatim ab hoc emendantur, prudētia Prælatorum, vidi enim sancti Mauri Abbatis sanctissimi nostri Ducis Benedicti eximij discipuli (cui Galletij sunt nimis deuotione deuincti, & quem sanctum Amarum vocant) ita deformem imaginem serico galero, quem Hispani *Gorra* vocant, in capite & ense super fœmur præscinctam, maxima peregrinatione & frequenissimis visitationibus (quas ipsi *Romages* vocant) venerari, quæ quæso decencia vel representatio sanctissimi monachi & Abbatis? Et quia illam abstulit ille ex Episcopo, Cõpostellanus factus Archiepiscopus omnibus ætatibus laudandus, & aliam posuit decenti habitu & forma aliquantulum cessauit visitatio, & Barbarus penè cultus, sed postea emendatior & feruentior creuit.

Pertinet & ad Idololatriam, ossa, vestes, aut corpus, alicuius venerari eadem adoratione vel cultu, quo sanctos ab Ecclesia Canonizatos, vel eorum effigies etiam Imperatorum vel Regum, etiã si optime sint opinionis de virtute, quamuis liceat hæc venerari

sub quadam quasi tacita conditione, & minori cultura qua supra dictos sanctos, vti supra diximus: vnde etiam liquebit (& vti cum remedij fructu) execranda & scandalosa adoratio, qua mulierculæ etiam iam mechanicorum officialium vxores, se à famulis & famulabus adorari faciunt, iam non est quæ recipiat, vel aciculam à famula propria, vel quodlibet verbum etiam ab aliena, nisi flectant genua, & sic loquantur dimissio in terram vultu. O vti & sic facerent tanta modestia & submissione astarent Deo orantes! O execrandum malum, & iam tam inuerecundè rupta superbia: qua illud quod Reges olim, etiam secum & Reginae fieri defendebant, cum tamen suo modo, Deum gubernatorem representent, & quodammodo illis sit debitum, nunc petant & usurpent mulierculæ communes, imò & occultæ meretrices! O si Summus sanctus Pontifex, & Rex Catholicus huic malo legibus suis obiarent. Summo Pontifici vero, vt capiti Ecclesiae, & Vicario Iesu Christi in terris, sanctissimè & iustissimè debetur illa humillima omnium, etiam Imperatorum, & Regum submissio, & pedum osculatio flexis genibus: & Episcopis illa quæ magna cum significatione & deuotione Pontificale librum iubet, cum induitur, & se exiit sacris, & cum sacra peragit: salutationes vero comice, & politice cum maiori vel minori obligatione, iuxta gradus personarum, vtilissimæ & necessariae sunt, dummodo prædictas exorbitantias non præ se ferant.

DE MVM Ad Idolatriam reducitur, quod quis orans sanctum, imo ipsam Deiparam Virginè,
pro

pro salute animæ, vel corporis, pluuia, & alijs licite petris, credat aut speret, ipsos sanctos talia sibi largituros, vel posse largiri, quod solius Dei est, sed tantum debet credere & sperare, intercessione præcipue sanctissimæ aduocatæ nostræ Mariæ matris, & sanctorum quos orat, & eorum orationibus ad Deum (quas de fide tenemur credere fundere illos ad Deum pro nobis) nos adepturos, quod petimus, si bene tamen petamus, iuxta citatum decretum Concilii Tridentini, sessio. 25. de inuocatione sanctorum.

DE Specie, scilicet, qua honor exhibetur creaturæ, vt ab ea discamus aliquid, vel instruamur, dicimus esse illud vitium, quod à nostratibus supersticio dicitur, sumpta Etymologia, à verbo Superstes, vt Isidorus in libro Etymologiarum ex Cicerone deducit: Erant enim homines tota die orantes, vt superstites redderentur, & incolumes euaderent: vnde supersticiosi dicti, & à nobis translatus est ad significandum cultum indebitum creaturæ datum. Sunt autem multæ superstitionis species, quamuis commodius ad duas reducemus. Vna est, qua cultus Deo exhibetur diuinus, modo autem indebito: ita quod modus incongruus, siue inhonestus, reddit illum cultum supersticiosum, diciturque peccatum indebiti cultus, de quo credo satis dictum initio huius sub prima specie. Dicitur autem superfluous cultus, vel indebitus, non ex eo quod plusquam Deo debeatur exhibetur culturæ, quia omnes simul creaturæ, si in alio intentione non essent, nisi in solo cultu Deo reddendo, initium debiti non soluerent. Sed dicitur superfluous

ex parte proportionis, scilicet, quia talis cultus in finē à Deo per Ecclesiam statuto non potest dirigi, neque ad illum deseruit, quod est vt Deo gloria, & honor exhibeatur. De quibus vbi supra hoc capit: diximus sub secunda specie: solum contenti sumus, in hac specie superstitionis, regulam tradere, quòd consuetudo Ecclesiæ, quæ (Augustino teste) pro lege habenda est, in cultu exhibendo Deo, seruanda est, & ab illa recedere, superfluous cultus est & superstitio. Consuetudo autem Ecclesiæ illa est, quam Summus Ecclesiæ Episcopus Papa, docet vel permittit, vel ex vetustate permitta, vel iussa reputat: vel Episcopi diocesum in suis districtis iubent, vel permittunt, qua regula innixus respondi cuidā Episcopo licere absque superstitione in sua diocesi permittere, quòd in die sancto Penthecostes, sacerdos qui Missam maiorē celebrabat, siue solennē, columbam albam vertens se ad populum dimitteret liberam, quia hoc quædam Ecclesiæ consueuerunt, & significationem sanctam & non falsam, talis cultus habebat, & rudis populus in deuotionem erigebatur. Similiter, quòd in festo Transfigurationis, mustum nouum calici consecrando expressum ab vuis infunderetur, quæ ambo iam audio cessasse, & etiam iuste cessasse gaudeo: diuersæ autem religionum cæremoniæ in diuino cultu obseruari licet, imo ab illis sine causa recedere illarum professores, vitium esset singularitatis.

Tamen huic loco nō incongrue referuauit (quia & cultum superfluum iudico) appensionem quarūdam chartularum à collo, quas nostri Hispani Nominas vocant. De quibus dico breuiter, quod vt implu-

implurimum sunt superstitiosè fere semper (imo an melius dixissem semper ignoro) portare tamen Euāgelium Ioannis: In principio erat Verbum. Vsq; ad illa verba, Plenum gratiæ veritatis: Vel aliud fragmentum Euangelicæ historiæ non damnamus, cum de sancta Cecilia hoc legamus, sed illā Euangelium: & si sic scriptū portabat in pectore, impresū tamē in anima, non attramento, sed spiritu & sculptū habebat, & certe cultus debetur Scripturæ sacræ, & libro sancto Bibliæ, sed hic exhibendus est, non literæ solū mortuæ, sed vt coniuncta est spiritui: portare autem similia fragmenta Euangeliorum appensa & inuoluta serica capsula, siue bursa consuta vndique, quid quæso afferunt vtilitatis ad honorem Dei excitationeq; vehemētis in illum? doctrina est S. Thom. 2. 2. q. 96. artic. 4. & 5. & quod ipse vult & nos volumus. Alij afferunt orationes siue collectas, quibus Ecclesia Deum vel sanctos orat, scriptas, & similiter collo appensas, & hoc quauis nihil habeat mali, cum tamen nihil habeat vtilitatis, vellem vt Parochi & confessarij illas auferrent, docētes illud non continere falsum, sed Dei Ecclesiæ sanctæ oracula, tamen se illas auferre nominas, quia illæ orationes nō sunt institutæ ab Ecclesia, vt clausæ appendantur collo, vel vt immisceantur falsis, sed vt ore simul & corde proferantur. In quo sensu aliqui sancti, vt S. Hieronymus libro. 4. in Matth. & Chrysof. opere imperfecto, homil. 44. & alij plures Doctores, intelligunt taxasse Christum R. nostrum Phariseos. Matth. 23. quòd Philateria & phimbrias dilatarent, ponebant enim in phimbrijs aculeos fixos tribulorum, vt pungentes crura reminiscerentur legis Dei, seu

feu cap. 20. Exod. quod scriptum quibusdam tabel-
lis & appensum portabant, quas phylacterias vocat
Græci, quia parua aut nullæ vtilitatis erat Dei lex,
ibi scripta, nisi opere complebatur: de quo nos su-
per locum citatum Matth. si Deus concesserit lar-
gius. De supra dictis autem nominis siue cartulis, si
eo sine portentur, vt portans ab inimicis non per-
cutiatur, vel à peste vel igne non lædatur, vel ne in
flumine demergatur, vel ne dentes, vel caput, vel
stomachus doleat, est mor. peccatum superstitionis
temerariæ, nisi inuincibilis ignorantia excusaret,
de quo Parochi doceant & confessarij pœnitentes.
Vnde obiter dicam, quod Agnus Dei figuram cæra
à Papa benedicta, impressam adducere, vel sanctorum
reliquias, ne à fulmine occidatur quis, vel lædatur
ab alio nociuo, pium est & sanctum: dum modo fiat
in nitendo orationibus quibus Deum precatur eius
Vicarius Summus Ponti. dum Agnus Dei cõsecrat,
ne à talibus damnis portantes illas cæras consecra-
tas lædantur, & similiter in nitendo orationibus &
intercessione sanctorum quorum reliquias portat,
in quorum signum diuina maiestas multa operata
est tuitionis diuinæ miracula: & sic desinant impu-
dentes hæretici, hunc sanctum morem irridere

Quascumque autem chartulas, siue nominas con-
tinentes, vel ridiculum aliquid, vel falsum, vel ma-
le ordinatum, vt fuit quædam quam ego abstuli ha-
bentem nomen Pater, & statim nomen Balthasar,
& statim nomen Filius, & illico Gaspar, & demum
Spiritus sancti nomen, & illico Melchior, quam
schedulam siue nominam beatus existimabatur im-
petrans ad dolores viscerum, videt quid sibi vellint
nomin-

nomina sanctissimæ Trinitatis personarum, immix-
ta nominibus trium Magorum Regum, inconcine
imò stulte, ne dicam irreuerenter. Et omnes alia
chartulæ, siue nominæ continentis, Characteres, vel
nomina incognita, vel figuras inusitatas, sunt su-
perstitiosæ & rumpendæ & auferendæ sub mor. pec-
cato. Et Episcopi, & eorum Visitatores, seuerè puni-
re debet clericos nominas siue chartulas pueris, vel
mulierculis scribentes, qui maiori ex parte sunt in-
doctissimi & nimis idiotæ, in tantum vt & in com-
positione & conscriptione ipsa Latina, mille solecismis
scateat schedulæ illæ, & quod peius est, sunt mul-
toties homines perditæ vitæ. Ridiculas & insanas,
quas in manibus meis vidi chartulas, siue nominas
hic transcribere, nisi breuitati studerem, vt quod dixi-
mus, & exemplis pateret verum, & sic omnes tales char-
tulas auferendas consulo Parochos iterum atque iterum.

Secunda autem superstitionis species diuinationis
dicitur: diuinationis autem, vt colligit noster S. Tho-
mas ex Isidor. dicta est quasi diuinæ scientiæ vsurpatio:
est enim vitium quo affectamus modis & medijs il-
licitis, per creatorum corporum immutationes, fu-
tura vera vel contingentia ad vtramque partem,
determinatè cognoscere, & absentia scire, quæ so-
lius Dei est cognitio, sicut solius eius oculis om-
nia sunt nuda & aperta, qui quæ vocat ea quæ non
sunt, tanquam ea quæ sunt, vt Paul. Hebr. 4. docet:
Et sic cum hæc superstitionis species, secunda. fere
semper fiat pacto tacito vel expresso, tractabimus
hic etiam de pacto cum dæmone. Vnde satisfactum
erit quarto modo cultus veriti, & imponetur finis
huic capiti, quod iam prolixum reputamus.

*Diuinationis
quid.*

Est

Est ergo huius speciei mortale peccatum, futura que euenire & non euenire possunt prænũtiare, per voces auium, aut brutorum quadrupedum, per oblationem eorum, vel serpentum: & dicitur augurium, & peccatum auguratorum est mortale, nisi ignorantia excuset, quæ certè mihi nunquam ignorantia nomine excusabilis apparuit, sed vel crassissimè vel supinæ, siue volitæ & procuratæ: & quod magis doleo est, videre mulieres etiã religiosas ad hæc intendere, ita vt si coruum videant, vel crocitantem audiant, mortem sibi minitare vel fociarum alicui cõiectentur, quasi lex Euangelica iam satis promulgata non esset, & doctrina deesset contionũ sic durat Gentilitatis fallacia, iuxta illud Vergilianum, Sæpè sinistra caua prædixerat illice cornix. Ad hæc etiam speciem reducitur, credere somnijs proprijs vel alienis: pro quo obserua, quod somniare actus naturalis est potentię imaginatiuę, vel phantasiæ à nulla potentia superiori imperatis; tunc enim neque obediunt intellectui, neque voluntati, & sic nullũ somnium peccatum est de se, quia peccatum voluntariũ esse debet, iuxta August. regulam, & Theologorũ, de qua nos supra S. Thom. 12. q. 71. artic. 5. & 6. esse potest tamen peccatum ex causa vel occasione voluntaria, præcedente in vigilia, vt cap. 8. dicemus, tractantes de nocturna pollutione: contingit autem quod figuras quas ex rebus auditis vel visis memoria referuat (& phantasmata singularia Philosophi nominant) moueat & componere vellit ipsa phantasia, & talia somnia communiora sunt, & contingere potest, quod sint vera, & eueniant ea quæ somniamus, sic omnino: & hoc rarissimum contingens est,

est, & peccatũ est talibus somnijs credere mort. in re graui, nisi sub hac contingentia, vt non quia somniauimus intelligamus ea euenisse, vel quia somniauimus credamus euentura, sed debemus credere quod contigit, quod id quod ex diuinitis auditis, & visis possibiliibus, phantasia casu composuit in somnis, quia Deus disposuit vel permisit, vt in re eueniret. Contingit etiam sæpè has imagines nobis dormientibus moueri à creatura superiori Dæmone, scilicet: Angelo vè bono. Prima in somnia semper aut inuoluunt falsum, vel malum, vel si aliquam boni speciem præferunt semper tamen fucatum, vel impediens maius bonum, vel inducens ad magnum malum: & sic omnibus talibus somnijs credere, ponendo in opere dicta in somno, mort. peccatum superstitionis est, vel omittere propter illa aliquod bonum, ad quod ex præcepto tenebamur, vel cõueti eramus, licet sit bonum consilij cum sit credere Deĩ, & nostræ animæ, & salutis inimico. Somnia demum contingunt motis imaginibus ab Angelo sancto ferè semper ab vniuscuiusque custode, quæ semper vera sunt, quorum signum cognoscitiuũ est, quod semper præferunt bona euidentia, vt quod exeamus à malo statu; vt faciamus opera pœnitentiæ digna, vt occupemur sanctis exercitijs, quæ somnia omnia oportet pijs & doctis cõmunicare cõfessarijs, sic in somnis (vltra ea quæ sacra Scriptura docet) edocta est mater sanctissimi Patris nostri Bernardi, se parituram latrantem Catulum: & mater nostri sancti Dominici Hispani, se gestare Catellum fasceoris mundum illustrantem, Demum cõcludimus, quod propter somnium desi-

nerè facere aliquod bonum, vel facere aliquod malum etiam veniale, vel etiam indifferens, quod aliàs non faceret, quis est credere somnijs, & superstitio, peccatum mort. maximum, & contra cultum diuinum de se, nisi paruitas excusset facti, vel non plena deliberatio.

Reducuntur ad has duas species, quædam falsæ religionis & inutilis facta. Ad primâ, colligere herbas die natalis sancti Ioannis Baptiste, vel vigilare pullegium, vt floreat nocte natalis Domini, credendo illis diebus herbas collectas maiorem ex illo habere virtutem, nisi fieret ex eo quod vigesima quarta Iunij herbæ maturiores sunt, & naturaliter virtuosiores, sed idem habere debemus existimare, vigesima tertia die præcedente, & vigesima quinta subsequente. Similiter reducitur ad mortalem culpam primæ speciei, quod emplastrum fiat à muliere quæ dicatur Maria, vel ab homine qui dicatur Emanuel, vel Ioannes, vel quid simile. Reducuntur ad hoc genus culpæ, & omnes empsalmi (sic à nostratibus dicti) quibus homines indocti, vel mulierculæ carminibus curant & verbis: nam quamuis ea quæ dicunt vera sint, vt oratio Dominica, vel salutatio Angelica, vel symbolum Apostolicum, vel aliqua verba, Scripturæ sacræ, quæ ferè semper stultè applicantur, vt vidimus quendam contra infirmitatem, quæ in secretiori parte natium fit vulgo ficus vocatam Hispanæ, *Almoranas*, applicantem illud Abachuc. 3. Ficus enim non florebit, quid quæso concordantiæ de ficu arbore ad ficus tumorem? Nequè damnamus per hoc sanctorum, & DEO amicorum hominum tactu,

tactu, vel signo Crucis curationes miraculosas.

Sunt & in militia aliqui homines, qui vulnera etiam maxima, & penè incurabilia curant solo vino lauantes, vel ligantes panno cum impositione manuum, & inuocatione IESV CHRISTI Redemptor. nostri crucifixi, siue in Cruce spiritum reddentis Patri: & quia huius qualitatis oculis nostris multas vidimus curationes, absque aliqua umbra superstitionis, & multos omni fidedignos se curatos sic narrasse audiimus, effectum bonum negare non possumus, & cum verba sint sancta & deuotæ inuocationis, & quæ ab vno prolata effectum sortiantur, vel ab altero, & non ab omnibus dicere cogimur (ne torrenti nos opponamus) esse in talibus gratiam sanitatum quo ad vulnera, sic prouidete Deo specialiter pro iustis bellis, & in remedium in illis vulneratorum, & vbi, vel remedium Chirurgorû non adest, vel si adfit tarde sanitas recuperaretur, & sic contra tales iudicium ferre non audemus condemnationis, superiores verba examinent, & si ij malè audiunt, hoc credimus esse, quia empsalmantium & carminatorum superstitionis, nomen odiosum fuit apud antiquos Doctores, & sic non mirum si timeantur etiam boni & proficui.

Sed qui non solum non sanctæ, & laudabilis, sed perditæ, & scandalosæ esset vitæ si tactu aut verbis curare attentaret, incurreret ultra dicta magnum impudentiæ peccatum, imò irrisionem quantum de se est, nostræ sanctæ Religionis prouocaret. Excipimus ab hoc tempore necessitatis

contestationis sanctissimæ fidei apud infideles, cum debitis circumstantijs, & fiducia diuinæ assistentiæ; quæ miraculorum fides à sanctis dicitur, iuxta quod legimus apud Indos regionis Synarum, militem Hispanum vitæ aliàs illucisq; perditæ, curasse multos Barbaros signo Crucis. Est & mort. peccatum pati se curari à doloribus, & infirmitatibus à mulierculis, vel hominibus, incantationibus, vel beneficijs, vel carminibus, vel verbis etiam sanctis, inconcine, & disparatè compositis.

Incantatores qui dicantur? §.

A D Secundam, verò speciem reducuntur omnes incantationes Serpentium brutorum, & rerum inanimatarum: insuper curationes factæ scindendo fila vel herbas, vel consuendo panorum frusta, vel frangendo vasa, aut effundendo licorem à vase, qui per se iterum in vas introcat, mittendo grana salis in igne in modum Crucis, & alia huiusmodi quæ longum esset enumerare: sat sit regulam habere generalem, quod omnia illa quæ ad effectum salutis, vel victoriæ, vel cuiuscumque felicitis successus, nihil habent ordinis, vel causalitatis supra naturalis, vel naturalis, omnia sunt abominabilia, vana, superstitiosa, & de se peccata mortalia, contra hoc præceptum de colendo Deum. Similiter tribuere amatorium poculum, vt mulier aliquem hominem amet, vel odiat, vel illud bibere, vel maleficium maleficio destruere velle, vel quomocumque aliquem maleficare, est graue mortale peccatum: omnia enim istæc, vel expressum arguunt pactum & ami-

& amicitiam cum Dæmone, vel saltim virtualem & tacitum, media applicatione astiuorum, vel passiuorum naturalium ab ipso Dæmone ostensorum, aut ridiculorum & inutilium. Est & abominandum mort. peccatum (vt tetigimus) contra hoc præceptum expressum, siue tacitum pactum cum Dæmone omnium hoste. Inuocatur Dæmon expressè verbis, vel affectum terno, quando quis ipsum vt adsit sibi illum vocat verbo, vel nutibus, adducendo vè clausum vitreo vase, vt faciat mirabilia & horrenda, vt dicat quæ fiunt longè, & hoc abominandum peccatum habet iam à me. Nam excommunicationem reseruatam Papæ, & sanctæ Inquisitionis tribunali, vt patet ex eius Edictis, & Bulla addita à sanctissimo Pio V. aliud pactum est tacitum, vt quando aliqua fiunt quæ neq; supra naturaliter, neque naturaliter ad talem effectum conducunt, vt si vt moueatur cribrum super forcipes, vel anulus super filum, vel super mensam aliqua verba sacra dicantur, qui motus à Dæmone fit, vt sacris verbis illi cultus exhibeatur. Sūt & huius Dæmonis inuocationis tacitè speciei, omnes superstitiones & beneficia, siue curationes paragrapho præcedenti dictæ, quæ & si puniat sanctæ Inquisitionis tribunal, tamen non est ex casibus ipsi reseruat in interiori foro, sed vel Episcopis in Diocesi vbi id expressum fuerit, vel nulli. Peccat etiam mortaliter artemagica volens secreta cognoscere, vel thesauros inuenire, vt patet ex argu. cap. illud. 26. quæst. 2. lege ciuili. C. de malef. toto. Similiter peccat qui Necromanciã, vel Magicas artes adiscit, vel libros illarum artium habet, & si non tradit statim ad com-

burendum non est absoluendus: idem iam de Chiromantia addo, quia istæ non sunt scientiæ, sed merè superstitiones, vt rectè Ricard. in. 2. dist. 18. & ius ciuile. C. de malef. lege vel culpa: & certè loqui possumus de Chiromantia, vt qui in iuuentute consumpsimus aliquot horas & non paucas, de quo nunc dolemus, legendo Taisnerù, & alios huius imposturæ, & certè neque aliquid certum imò neq; verosimile, vel scientiæ subiectum reperimus; & sic iustissimè sancte Inquisitionis tribunal de prognosticis, per manuum lineas in rebus attinentibus ad libertatem liberi arbitrij, iudicium moderatorium tullit, & loqui vetuit. Omnis obsecratio facta Dæmoni, vel colloctio est illicita mortaliter, licet tamen & sanctum est Dæmonem cogendo exorcismis, & orationibus ad Deum ab Ecclesia statutis, expellere, & adiurare sic à corporibus hominum sicuti brutorum, vel à nubibus. Interrogare autem ab eis aliquod per modum curiositatis, tantùm est veniale: doctrina omnis istæc est S. Thom. 2. 2. q. 95. & 96. S. Antoni. 2. p. tit. 12. cap. 1. & omnium in. 2. d. 7. lege Caiet. in sùma verbo, superstitio, & verbo, incanta. & verbo, somniorù obseruatio, & Syluest. ibidem, & Nauarr. in Manu. c. 11. toto.

Sortilegia quæ? §.

A D Hanc speciem superstitionis reducere, etiam possumus sortium imposturas, vt sit suo genere mortale fortibus vti, ad sciendum ea quæ merè sunt contingètia, & dependentia à causis secundis, vt mittere fortes ad sciendum num annus sit futurus

turus fertilis vini, aut panis, aut leguminum; & tallium sortium superstitio tunc erit mortale peccatum, quando ex vi sortis aliquid facit homo Christianus, quod non faceret, si fors illa non incidisset, vt locare fructus panis, siue sub pensione accipere, Hispanè, *Arrendar, o tomar en arrendamiento*, fructus alicuius Episcopatus, vel Abbatia. Est etiam mortale, sortes eijcere serio super ea quæ diuinè tantùm subijciuntur prouidètiæ præcipuè, vt fortiù missio vel quis salutem consecuturus æternam, vel quis inter aliquos, quis eorum sit primo moriturus, damnandus in infernum, quod semper existimamus mort. etiam si non serio fiat si coram pusillis, qui possint scandalum pati. Et quod ab aliquibus obijci solet, quod Petrus & cæteri Apostoli fortibus vsi sint ad electionem Apostolatus, qui vacauerat suspensione Iudæ proditoris, Acto. 1. quia illè fortes non fuere alearum, vel calculorum, vel schedularum, sed posuerunt ex communi consensu duos, quos omnium fama, & calculis digniores cognoscebant, in medio concilij, & orationibus petierunt, vt visibili signo, Deus ex illis ostenderet duobus, quem eligeret in sortem Iudæ, & testibus August. Hiero. & Theophilact. lux de cœlo circumfulsit Matthiam, & hoc vocat Scriptura datas sortes eis, & cecidisse sortem super Matthiam. Vnde mort. peccatum esset ad electionem cuiuscumque dignitatis Ecclesiasticæ, siue grauis officij secularis, fortibus vti nisi inter personas omnino pares, & inter quas excessus non cognosceretur notabilis, literarum, virtutis, vel bonæ administrationis.

*Capitulum quartum, de non variè iurando
secundo præcepto Decalogi. §. 1.*



OCO Iam sapiùs citato Exod. 20. & Deut. 5. 2. loco iubetur non assumi nomen Dei in vanum, quod præceptum nostrates Theologi vocant primæ tabulæ, vtpotè ad honorem & reuerentiam debitam Deo pertinens: quod (vt subcincti & doctrinaliter procedamus) partiemur induas considerationes, scilicet non malè iurando, & benè iurata adimplendo. Secunda consideratio erit, de non malè vouendo & de ritè Deo vota adimplendo.

Quo ad primum sciendum est, quod iurare est aliquid asserere affirmando, vel negando, adducendo Deum expressè, vel virtualiter in testem, sicut infallibilem & primam veritatè, iuxta mentem gloss. 21. q. 1. & Canonistas in rubr. de iure iurando. & nostrum S. Thom. 2. 2. quæst. 79. artic. 2. & in. 3. dist. 39. quæst. 1. & omnium Theologorum ibi. Fit aut contestatio expressa Dei, quando dicitur, sic. Iuro per Deum quòd hoc quod dico est verum, vel per Deum, vel sicut viuit Dominus, sicut Deus est veritas, vel Deus est veritas, vel viuit Dominus: cum hæc duo dicuntur attestando: vel facio Deum testem, vel scit Deus hoc esse verum: cum enim hæc dicuntur in attestationem dicti, expressè Deus vt testis adducitur: quidquid de his posterioribus modis iurandi dicat Nauarr. in Manual. cap. 12. nume. 1. & nostra doctrina est conformis S. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 3. & Caietano supra sanctum Thom. vbi supra,

Modi iurandi in speciali, qui sunt.

supra, & in summa verbo, iurament. Virtualiter vero iuratur per Deum, quando adducimus in testimonium aliquid, in quo diuina veritas maximè relucet, vt cum iuramus per sacram Scripturam, per verba symboli, per sacra Euangelia: vel cum attestamus per id, in quo maximè relucet diuina bonitas, vt cum iuramus per sanctissimam Deiparam Virginem, per Sanctos, per Tempia sacra, per Crucem, per Coronam spineam, &c. instrumenta Passionis Christi Iesu, per Cælum, per Angelos. Similiter iuramentum est, cum iuratur aliquid, in quo relucet diuina assistentia, vel præsentia, vt per Sacramenta, per vitam meam, per animam meam, per vitam patris, vel matris, vel filij, vel per vitam Regis: vel si iuret per vitam cuiuscumq; creaturæ, prout Dei virtus & potentia in illa relucet: secus enim si iuraret per creaturas, attribuendo eis diuinam infallibilitatem, esset blasphema idolatria, vt dicitur latius infra: & si iuraret ludibriosè nullum esset iuramentum, vt per vitam canis, vel lupi, vel per has barbas. Similiter nullum est iuramentum, in mea fide, per meam fidem, quia in communi modo loquendi diuinæ fidei Catholicæ non fit mentio, sed humanæ. Similiter non est iuramentum in mea conscientia, per meam conscientiam, quidquid aliqui Summistæ contra hoc vellint: sunt & alij duo modi iurandi obligatorij, ad prædictos reducibiles, scilicet deprecatoria & execratoria. Primi exemplum: vt si Deus me adiuuet, me saluet, det salutem, vel det suam gratiam, & similia. Secundi exemplum: vt si hoc nõ fecero, Dæmon me surripiat, Deus me confundat, & similia.

Est ne iurare actus virtutis de se? §. II.

HIS Habitis, supponere oportet, quod iurare est de se bonum, & actus virtutis religionisque virtus, inter omnes morales prima est, iuxta nostrum S. Thom. & Theologos omnes. 2. 2. quæst. 89. artic. 2. & 4. & in 3. dist. 39. imò contrarium asserere est hæresis manifesta contra illud cap. 6. Deut. & contra decretum Ecclesiæ cap. & si Christus. de iure iuran. vt optimè probat Castro. libro. contra hæres. verbo, iurament. lib. 8. Supponatur secundo, quod duplex (iuxta Theologos nostros, & Canonistas) est iuramentum: vnum dicitur assertorium, quo res aut præteritas, aut præsentis affirmamus iuramento confirmantes, vt iuro per Deum quod feci vel facio, vel quod non facio, vel quod non feci, hoc vel illud: secundum dicitur promissorium, quod sub iuramento promittimus futura, vt iuro per Deum quod dabo, vel non dabo, faciam vel non faciam, hoc vel illud.

*Ad iuramenti iustitiam, quæ conditiones requisitæ?
§. III.*

SUPPONATUR Tertio, quod vt iurare non solum licitum sit, imò meritorium, & obligatorium, tribus debet comitari conditionibus, iuxta illud Hieremiæ. 4. relat. 2. 2. q. 1. cap. & iurabunt. Iurabunt (ait) in veritate, iudicio, & iustitia, quod iuxta interpretationem S. Hieronymi supracitatum locum Prophetæ, & S. Thom. & omnes Scholast. 2. 2. quæst. 89. artic. 2. & 3. sic intelligitur quod vt iuramentum licitum sit primo, id quod affirmatur verum sit

fit oportet, vel quod negatur falsum: nam iuxta Logicos, ita veritas est affirmare quod est, sicut negare quod non est, vel posse, vel saltem intendere promissum sub iuramento, in veritate adimplere: & adeo necessariam iuramento existimamus hanc conditionem, vt in assertorio quotienscumque aduertenter contra veritatem iuratur, existimemus mortale, quidquid aliqui (indocti satis) opinarint dicentes, quod leuitas materiæ eius quod affirmatur, vel negatur, facit periurium veniale, quasi semper non sit grauissima materia Deum, summam & primam veritatem, mendacij etiam iocosi, vel officiosi testem infallibilem adducere, vel quasi non esset maxima blasphemia, iuxta Aug. in Deo, sicut graue, sic & leue mendacium admittere, vti nos supra secundam secundæ quæst. 1. artic. 10. tract. de auctoritate sacræ Scripturæ diximus. Sed hoc intelligitur, si illud quod iurat aduertit falsum esse, & si etiam aduertit se iurare: nam si in quocumque dictorum non sit plena deliberatio, tantum est veniale, vt optimè Nauarr. Manual. cap. 12. numer. 7. & omnes Canon. 22. quæst. 1. cap. homines. nisi inaduertentia esset supina vel crassa: de qua infra tractantes de secunda conditione iuramenti, nam ad periurium mort. dicunt nostri Theologi, & Canonistæ, necessaria est aduertentia dicti & iuramenti, vt habetur. 22. quæst. 2. cap. animaduertendum: & est doctrina Sanct. Bonauent. in. 3. distinct. 39. quæstio. 3. artic. primo, vide Syluest. verbo, iurament. tertio. §. quinto. Vocamus autem supinam, aut crassam inconsiderationem dicti, vel iuramenti, quando inconsideratio ipsa, vel est voluntaria,

vel

vel ex contemptu, ita ut alterum, vel neutrum non consideratur: & tam mortale peccatum est sub iuramento affirmare aliquid esse, vel fieri, vel factum esse, si iurans credit cum iurat non esse, neque fieri, neque factum esse, etiam si in re veritatem iuret: atque cum iurat quod credit, & in rei veritate falsum est, quia quando quis affirmat, vel iurat quod verum est, putans affirmare & iurare falsum, iurat verum materialiter tantum, falsum vero formaliter, ut nostri Theologi dicunt: nam veritas in verbo & dicto, non solum est quod res sic transeat, sed quod sic transire intelligatur, sicut dicitur a dicente. Insuper est mortale iurare aliquid verum, secundum intentionem iurantis: si iuxta communem sensum: & precipue eius cui iuramus, sit falsum & deceptorium: ut verbi gratia: petit quis commutato a me pecuniam, si iurat per Deum, me illam non habere, & habens illam domi, vel in arca, quoad me intelligam non habere mecum, vel in bursa: quia quod nego iuxta petentis intentionem, est me absolute non habere, & sic contingit mortalis deceptio sub contestatione diuinæ veritatis. Idem dicimus de iuramento promissorio, quod omnis sub iuramento promittens, quod vel cum promittit non intendit adimplere, vel scit se non posse adimplere, mort. peccat: quamvis si promissio sit rei levis, vel comminationis alicuius supplicij levis, pueri vel serui, non adimplere, vel non dare potum puero promissum, tantum existimamus veniale, in quo cum Nauarr. contra Caietan. consentimus, quamvis aliquid addamus contra Nauar. scilicet, quod tunc erit veniale, quando promittens intendat

debat adimplere: tunc si tempore statuto rem leuem, vel comminationem non adimplet, tantum venialiter peccat: quia cum tempore quod iuratur iurans habeat intentionem adimplendi, cum iuramentum fit de futuro, ne fiat iniuria Deo per quem iuratur, & tempore adimplentionis iam ratione leuitatis rei; redditur defectus adimplentionis levis, & iam non fit illo tempore presentis vanum iuramentum, quod iam præterijt, & ad sui rectitudinem satis illi fuit intentio adimplentionis, & hæc est ratio genuina, quam si Caiet. 2. q. 89. art. 7. aduertisset, contrarium non teneret. Nobiscum in hoc sentiunt (quamvis nulla huius radicis, & limitationis habita ratione) S. Anton. 2. p. tit. 10. cap. 4. §. 1. Syluest. verbo, iurament. 1. Soto de iusti. & iure lib. 7. q. 2. art. 1. & lib. 8. q. 1. art. 7. & q. 2. art. 3. & Nauarr. Manu. cap. 12. nu. 10. quamvis ratio eius iam a nobis sit explosa, quia (uti supra hoc cap. & §. diximus) semper est grauissima, & nunquam levis materia Deum in testem, etiam leuissimi mendacij adducere: quod fieret, si quando iurat non intendit adimplere: sed quando iurat, si intendit adimplere, iam verè iurat, & quando non adimplet & leue est, solum in leui deficit.

Iustitia in iuramento quid? §. III.

SECUNDA Condicio necessaria comitans iuramentum bonum, est iustitia quam sic sancti interpretatur, quod id quod iuratur sit rectum, iustum, & bonum: & insuper quod tunc quis iuret, quando iustitiæ virtus id petit, & sic multoties id quod iuratur est verum: & tamen, quia iuramento iustitia deest,

de est, peccatum est, vt si quis iuraret aliquem esse furem, cum verè furasset, tamè ita secretus, vt nullatenus infamia laboraret. Similiter peccatum esset, iuste à competenti iudice coactum non iurare, vel si iuraret coactus à non iudice, sed præcipuè, iniustitia vel iniustitia iuramenti, in promissorio, vel de futuro reperitur, ita vt sit mort. peccatù sub iuramento promittere aliquid, quod sit manifestè iniustù, vt iurare occidere hominè, vel quod dicet testimoniù falsum, vel quod furabitur, ita quod vltra furtù, vel occisionem si fiat, cõmissum sit aliud mortale, malè contra iustitiam iurando: & quotiès quid iniustum etiã veniale iuratur, vt quod quis iuret, quod dicet iocofum mendacium, adimplere non tenetur, imò tenetur non adimplere.

*Dubiu ad-
uertit ad
gum.*

An autem iurare promissoriè aliquid venialiter iniustum sit veniale? de hoc variè sunt opiniones, sed plures authores grauioresque, & firmiori innixi fundamento, quos sequor in hoc, dicunt, tantùm venialiter peccare, qui sub iuramento aliquod iniustum venialiter promittit: & si adimplet, duplex veniale committit, vnum malè iurando, & alterum malum promissum committendo, vel omittendo bonum: & quia Deus in iuramento promissorio non adducitur in testem, nisi tantùm animi & voluntatis faciendi quod promittitur vel iuratur: tempore adimpletionis, remanet res promissa in sua natura, quo ad grauitatem & leuitatè: peccat igitur mort. omnis iurans rem grauè facturum malà, vt fornicaturù, occisurum, &c. vel omitturum bonà, vt non auditurù Missam, non hospitaturum, & non sepe- liturù mortuos, non cõmodaturum necessitatem patienti,

patienti, qui tempore suo reddet, & talia adimplere nõ tenetur iuxta regulã Canonist. iuramentũ contra bonos mores nõ obligat. Peccat etiã mortali qui re iustã, gratè iurauit se facturũ, volũtariè, vel iudicè coactus si nõ facit, & est periurus in rigore: vt qui iurauit fugere occasiones peccati mort. nõ nõ delecturũ cum hac muliere, vel homine, in secreto, iurã quã vel cum quo peccat comuniter, vel daturũ, vel cõmodaturum cõm, vel 30. vel 20. vel lib. aureos, vel non lusurũ ludos iure vetitos, vel dãnosos, &c. Quã iuramenta omnino sunt in dispensabilia quia sũnt iuris diuini & rerũ natura sua bonarum intrinsecè, & sic Sum. Pont. D. noster Pius Papa VI. semper denegauit (vt potè intelligens se non posse) dispensationem siue relaxationẽ iuramentorum promissoriũ similitũ, in quor plures Canõ. & aliquos Theologos video deceptos; quia ex hoc crediderint quã viderint aliquibus Iobeleis iuramenta à Sum. Pont. relaxari: sed istæ sunt iuramenta, in quibus vel iuratur aliquid indifferens, quod & bonũ & malum esse potest additis aliquibus circumstãtijs, vt si quis nobilis iurasset se nõ arma suscepturũ, nõ accinoturũ ensẽ, non transiturum per talem locum, non lusurũ licitũ ludum, vel parue quantitatis, ob delectationẽ animi: istæ enim iuramenta absolutè sunt à Summis Pontif. relaxabilia, & quotiens est dubium si plenè, vel non plenè deliberauit iurans, aduertens de dicto & de iuramento etiã: in dubijs enim dispensatio siue declaratio iure diuino Papæ & Prælati est à Deo per traditionem commissã: vt nos alibi latius diximus: dixi vel coactus iuret, nam sub mortali tenetur iuste, vel iniuste à iudice

*Que iur-
menta ne-
queant re-
laxari.*

iudice, sub iuramento promittens seruaturum carcerem, detentus in domo, Castro, vel villa, illum seruaturum, & si iurauit quod rediret, tenetur redire, & si morrem timeat. Volo dicere, vt etiam si detentio iniusta sit, & si iurauit quis quod non exiret à prædictis locis, tenebitur iuramento, & frangens custodiam, erit periurus, & vt talis poterit puniri.

Quid iudicium in iuramento est? Vnde ab omnibus Theologis, & Scholasticis Theologis, de iudicio discretionis, ita quod vt iuramentum sit licitum & meritorium, oportet vt fiat non temerè, sed cum aduertentia rei iurantis, & etiam iuramenti, cum reuerentia, grauitate, & utilitate, vel necessitate debita, & non ex leuitate, vel consuetudine: vt (præter multos Theologos) benè explicuit Syluest. verbo, iuramēt.

3. §. 5. Ponitur autem iuramenti Comes iudiciū, siue discretio, quia indiscretè iurās exponit se periculo falsè iurandi, siue non adimplendi benè promissum sub iuramento, vt optimè S. Thom. noster. 22. q. 98. art. 1. ad primum, & sic iam vergit hæc indiscretio, & leuitas in damnum finis iuramenti, qui est confirmatio humani dicti: & quamuis hæc sit minus præcipua conditio iuramētī iusti, & cuius defectus communiter sit venialis, iuxta omnes Theologos & Canonistas: tamè eius defectus, reddet iuramentum mortale, quotiens ex crassa siue voluta inconsideratione, ita leuiter & sine distinctione quis iurat, vt periculo se exponat attestandi sub iuramento,

quid

quod falsum est, vel negādi quod verum est, vel promittendi quod grauitè malum est, & in hoc sensu S. Thom. vbi supra, imò S. Hieronym. supra citatū, Hieremiæ locum: iuramentum cui hæc deficit conditio, periurium vocāt: imò, quia communius iuramento hæc conditio solet deficere, ab omnibus pijs & sanctis viris & continuationibus, consuetudo iurandi, & tollitur, & reprehenditur imò ab Spiritu sancto, Eccle. 23. Vir multū iurans, implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Idem alijs verbis cap. 27. Et perfectionis totius veritatisque Magister Christus. R. noster. Matth. 5. Ideo neque per cælum, neque per terram, docet iurandum esse, imò omnino non iurandum & abstinendum ab omni iuramento, etiam licito, ne temerè & sine iudicio discretionis ex asuefactione iurēt Christi cultores. Seruatis igitur his cōmittibus iuramētī & cōditionibus, iuramentum non solum licitum, sed & meritorium redditur, & erit, vt dictum est, actus virtutis religionis.

De iuramento à superioribus extorto. §. VI.

RESTANT Autem nūc tria maxima dubia resoluenda: quæ & nostratibus Theologis, & Canonistis aurem torfere (vt adagio Hispanico dicitur.) Primum est num sub iuramento interrogatus de aliquo, quod ipse scit vel de se vel de alio, absque periurij culpa negare possit se scire, vel illud fecisse? Secundum est, an quicumque sub iuramento promittens, id quod iurauit adimplere teneatur sub mortali? Tertio, an vi vel metu extortum iuramentū pro-

Bb

missio-

missorium sit obligatorium, & an non adimplens quod nisi vi & metu non iurasset, sit cefendus periurus in foro animæ.

Quoad primum respondeo, quod quicumque à iudice non legitimo, vel non suo (vt sacerdos, vel clericus à laico, vel regularis etiam ab Episcopo) sub iuramento, vel sub censuris, vel præcepto interrogatus esset, respondere neque testificari vllatenus tenetur, neque debet. Insuper à suo proprio legitimo iudice interrogatus, & iurare tenetur, & quæ potest dicere, scilicet, iuxta iuris formam, tenetur declarare: secus erit periurus vel excommunicatus, si sub pœna excommunicationis latæ sententiæ iubeatur declarare, vel peccabit mortaliter, si sub obedientia vel præcepto formali iubeatur testificari, siue declarare: tum per viam accusationis vel denuntiationis, tum etiam per viam Inquisitionis, siue visitationis interrogatus, dummodo quoad ecclesiasticos, non sit in causa criminali sanguinis, in qua nequeunt etiam de iuuu superiorum (nisi solius Papæ) testificari: vt cum nostro sanct. Thom. tenent omnes Theologi & Canonistæ. secunda secundæ. quæst. 7. artic. 1. in corp. & ad tertium. Diximus secundùm iuris formam interrogatum, quo verbo dirimimus controuersiam Doctorum, & satisfiet totaliter quæsito. Nam de his quæ in confessione, vt confessor, vel etiam casu transiens, audiui à pœnitente qui sacramentaliter confitebatur, vel quomodo cumque ex confessione sacramentali resultet quod sciam, etiam sub iuramento, siue censuris, tenet non reuelare, & si reuelem mortaliter pecco, etiam si sit peccatum hæresis, vel proditiõis, quia illius.

*Secretum
ex confes-
sione.*

illius sacramenti secretum est sacrosanctum, à Deo institutum: ad cuius reuelationem nullius hominis etiam Papæ iussio vim habet, dico semper dummodo confessio sit sacramentalis. Addimus insuper, quotiens aliquid secreto scit, sub secreto sibi formaliter, vel virtualiter commissum graue, etiam à iudice suo, sub iuramento vel censuris, siue præcepto interrogatus, tenetur sub mortali non dicere, neque declarare: nam non seruatur ordo iuris naturalis de seruanda fidelitate secreti, quod est ante diuinum & supra omne humanum ius: & sic male & non seruato iuris ordine interrogat: quod est fundamentum sanct. Thom. vbi supra. Excipitur tamen, quãdo secreto commissum est hæresis, vel proditio, vel aliud quodlibet vergens in damnum rei publicæ, vel in grauè & iniustam proditiõem tertij: quia tunc contra ius naturæ & diuinum est seruare secretum, ex quo aliorum vita spiritualis, vel corporalis periclitatur. Cùm ergo sic interrogatur testis etiam sub iuramento de his quæ secreto commissa scit, debet & potest dicere se nescire, vel talia ignorare: quidquid Soto libro de ratione teger. & detegend. secreti, membro. 2. quæstion. 13. & Genesius Sepulueda Dominicanus, libro de ration. referend. testim. singulariter in hoc discrepent; contra sanctum præcipuè Thomam, oculatè perspectum vbi supra: nam si seruare fidelitatem secreti, iuris est & fori naturalis, etiam sub iuramento, & censuris in foro humano non tenetur contra illud ire, neque iurans mentior: in iure & foro humano, in quo interrogor, respondeo, & iuro verum, quia in tali ignoro & nescio, id de quo interrogor:

*Secretum
naturalis
sigilli.*

*Nō est per
iurus qui
negat sub
iuramento
interroga-
tus quæ se-
creto scit.*

neque sanct. Bonaventur. falso ab aliquibus intellectus, & sine limitatione, aliud voluit. Huius doctrinæ assertores sunt, omnes quos viderim. Syluest. verbo, testis. §. 8. Adrian. in. 4. de correction. frater. §. ostēsis. Nauar. in repet. c. inter verba. II. quæstione. 3. conclusion. 6. & super cap. humanæ aures. vigesima secunda. quæstione. 5. & Manual. cap. 20. numero. 61.

Quid de commissis virtuali secreto? §. VII.

DIXIMVS, Quòd modo supra dicto seruari debet commissum secretum formaliter, scilicet, secretum factum quod videnti vel audienti committitur sub ijs expressis verbis: Hoc nemini dices, vel hoc secreto habeto, vel de hoc confidentiam de te facio, vel similia verba, nutu vel scripto commendatitia: virtualiter autem, vt quando & si hæc non dicantur, tamen tali modo & cautela negotium tractatur, & ita locus secretus quæritur, ad communicandum secretum, vt omnia secretum redoleant, & petere videantur: vel quando ego solus perpetrantem peccatum vidi, quia ex hoc ipso est virtualis secreti commendatio. Hęc pro nunc dicta sint pro iudicibus secularibus, & etiam Ecclesiasticarum personarum religionumque visitatoribus, vt sciant se contra ordinem iuris naturalis interrogantibus in speciali de aliqua persona: de qua neque facti, neque iuris infamia præcessit, vel semiplena vnius testis, omni exceptione maioris, vel magnorum indiciorum probatio, peccare morta. in materia graui. De quibus latius infra præcepto. 8. c. 10.

Quando

Quando sub iuramento promissa adimplere non teneor. §. VIII.

AD Secundam difficultatem respondemus sub distinct. aut enim id quod sub iureiurando promissi, est de se bonum, aut malum, aut quod vocant indifferens: si bonum est, aut mutatio contingit, siue possibilitatis meæ, vt si iuravi commodaturum centum, & modo pauper sum, & tunc ex mutatione non teneor iuramento, in quo semper includitur virtualiter, nisi impeditiua mutatio contingat, vel ille cui sub iuramento promissi, mutatus est, vt si is cui promissi ensem in furorem versus est, vel cui promissi ad subuentionem necessitatum centum commodato cras, & cras scio illum velle ad ludum, non teneor. Ex quo semper consulimus viros pios cum sub iuramento negant se aliquid facturos, quod de se bonum est, pro aliquo, quibus postea poenitet iurasse, & vellent facere illud bonum quod negarunt, quòd faciant absque metu periurij: non tantum propter communem rationem, quod iuramentum contra bonos mores non obligat, sed quia contigit mutatio in promittente, & etiam in eo cui promissio denegata est: nam semper occurrunt de nouo rationes cognitæ, quæ reddunt quoad negantem iniustam negationem, & in eo cui iuratum est negatiue, vel comminatiue, ponunt & addunt quandam vim & rationem pro sua parte, vt iuratum non exequatur iustè. Si autem quod iuratur & promittitur est malum, tali iuramento deest iustitia, & sic illud adimplere in malo graui esset nouum morta. & si est quid periculosum id quod promittitur tali iuramento,

*Consiliū
obseruan
dum.*

Bb 3

deest

deest iudicium, & non est adimplendum etiam sub mort. Ut si timeam iustè & rationabiliter quod si trado gladium, quem sub iuramento promisi, homicidium quis perpetrabit; & sic iuramentum quod auxiliabor in omnibus Petro, non obligat in rebus, vel malis, vel ad iudicium boni viri periculis mali vel peccati, & iuramenta petita, quod quis suffragium pro alio ferat indigno, non obligant, quia & si iurando peccatur de re adè mala iuramentum, non debet adimpleri sub pœna noui mortal. peccati, propter dicta. Imò si quis dignus, imò & dignior, iuramenta extorquet ab electoribus, de suffragio pro se ferendo, tale iuramentum illos non obligat, sed possunt liberè pro alio etiam non tam digno suffragia ferre, quia si iuxta regulam sancti Thom. ab omnibus laudatam, & receptam, qui ambit & procurat officia & honores, se ad illa indignum reddit, à fortiori qui iuramentorum vinculis ad illa electores astringit. Secus autem, si hoc ipse per se non peteret, neque consentiret, sed ipsius agentes, & negotiatores, quia tunc iuramento astringerentur. Vel si ipsi suo motiuo proprio vellent iurare: non autem obligarentur iuramento facto indigno, vel digno, si illo relicto eligant digniorem imò peccarunt iurando indigno, imò etiam digno, si non actualiter, vel virtualiter proposuerunt exceptionem, scilicet, nisi dignior proponatur. Iuramentum autem de re indifferenti semper obligat, dummo ex circumstantia aliqua non reddatur promissum malum: nam iam desineret esse indifferens, vt si iuravi ingredi domum aliquam quotidie, teneor quotiens possum, nisi quan-

do

do videro ingressum occasionè ministrare peccati, mihi vel alteri, vel damnum sequi salutis vel rei familiaris.

Iuramentum autem promissorium de re leuissima, vt quòd dabo pomum puero, sub veniali obligat tantum, quicquid Caieta dicat secunda secundæ. quæstio. 89. articulo. 7. ad primum dubium, cuius Metaphysicum simile contra ipsum est: nam votum de dicendo vno versiculo omnibus diebus Dominicis, solum sub veniali obligat, & si sit quodam totum, quia totum minimum, minimum quodam est: nostra doctrina est Soto libro octauo, de iustitia & iure. articulo. 7. & sanct. Antonin. & Syluest. verbo, iurament. quarto. & Nauarr. in Manual. vbi supra.

Quid de iuramento impediendi opus perfectius? §. IX.

IURAMENTVM Autem de non facienda re perfectiori, & de non assumendo statum perfectiorem, vt de non acceptanda prælatia, vel de non ingrediendo religionem: est mortale malum, vt expressè sanctus Thomas docet secunda secundæ. quæstione. 70. articulo primo. cum sit quasi claudere ostium Spiritui sancto: & adimplere tale iuramentum esset nouum mortale. Exui nexus iuramenti, quidquid multi Summistæ dicant: quia licet possim liberè religionem non ingredi, quia de illa præceptum Domini non habemus, sed liberum consilium: tamen nolle ingredi religionem, ex hoc quod iuravi non ingredi, est irrogare iura-

Bb 4 mento

*Quid de
rei leuissi-
ma promissio-
rio.*

mento (quod actus religionis est, & cultus Dei) magnam iniuriam: & constituere impediuum boni maioris: qua radice perpenſa, neminem Doctorem credimus poſſe negare doctrinam. In calce igitur huius materiæ dicimus, iuramentum eſſe vitioſum, in caſibus dictis, & eſſe bonum & meritorium, in iam etiam dictis, cum ſuis tribus comitibus veritate, iuſticia & iudicio: nunc dicimus eſſe in præcepto, quotiens petitur à iudice competente iuridicè ad adminiſtrationem iuſtitiæ, & ex præcepto Charitatis, quotiens quis iniuſta infamia laborat, & ad iuramento deſinet infamari, debeo iurare affirmando quod ille iniuſtè infamatur. Cætera huius materiæ, quia concernunt atteſtationem, dicentur infra cap. 10. ſub. 8. præcepto.

Quæ aſſertoria iuramenta bona? §. X.

A D Quartum respondemus de iuramentis aſſertorijs, iam liquet quod quotiens res aliena, vel propria ſecreta eſt, & ſemiplena probatio vnus teſtis de viſu (aut aiunt) deponentis, aut ſufficientia & magna indicia, aut infamia publica, etiam iuranti oſtenſis ſupradictis: & quod de illis illi conſtet, nõ eſt etiam ſi iuret vi, tenetur dicere ſe talè re nõ ſcire, iuxta ſupra dicta & communem, quam & ſic Soto vbi ſupra negauit: conſeſſit tamen immemor, loquens de teſtibus, libro eodem, de ratione regend. & detegen. ſecret. membro ſecundo, quaſtio. 7. pagina. 4. & ſic extorquens iuramentum vi, ſiue iudex, ſiue non iudex, mortaliter peccat.

In

In iuramento autem promiſſorio vi extorto, id eſt, cum cogor ab aliquo & illi promittere, & promiſſum iurare, dico, quod poſſum (intentionem varians) cogentem deludere, vt ſi enſe nudato & ad pectus poſito, cogor iurare, quod dabo centum aureos quos non debeo, vel quod tradam vxorem, vel ſororem, vel filiam iniuſtè fornicationi, poſſum dicere, quod iuro me daturum: intelligens ſi debeo, vel ſi conueniat, vel quod tradam maritis ſuis, & ſic poſtea neque teneor, neque debeo adimplere, ſecundum extorquentium voluntatem, & mentem, imo peccabo adimplens, imo non eſt iuramentum adimplere, ſed mala talia cooperando perpetrare: quæ doctrina tenet in omni illo, qui ad talia illicita iuranda cogitur metu cadente in virum conſtantem; & ſic iuxta hoc non omnino verum, neque ad mentem ſancti Thom. Exiſtimamus illud, quod Thom. Caieta. contra hoc dicit ſecundæ ſecundæ quaſtio. 89. articul. 7. quamuis limitat infra quibuſdam diſtinctionibus, quæ coincidunt cum hac doctrina noſtra: nam, ſi licet, non iuridicè interrogantem iudicem, verbis æquiuocis deludere ſub iuramento interrogantem, quanto magis iniuſta ſub iuramento coacto petentem (dummodo neque iurare neque promittere (iuxta mentem petentis) intendat iurans coacte: in quo bene Caietan. & hic eſt ſanus & verus ſenſus, cap. quacumque arte, 22. quaſtion. 1. Iſidorus enim ibi (cuius ſunt verba illius Canonis) non vult, in iuramento promiſſorio omni, damnare ſophiſtica, & amphibologa verba, ſed tantum in illo, in quo ſine vi & dolo petuntur ſub iuramento licita promitti, & in con-

Bb 5

tra

Quando
erit iuran-
di præcep-
tum?

tractibus humanis vel ciuilibus, in quibus quod iuratur non debet accipi secundum mentem iurantis; sed secundum mentem & communem sensum verborum, & vt iustè intelligit ille cui iuramentum & promissio fit. Et hoc est quod decernit cap. humanæ aures. 22. quæstione. 5. & cap. veniens. de iureiurando. & certè illam Metaphysicam Caietan. vellem minus, accutam, & magis verè applicatam, scilicet, quod si quis latro minatur mortem vel captiuitatem, nisi promittam centum ducatos, & iurem, quod teneor dare, quia illud opus solutionis, in quantum actio, est bonus, licet sit malus & iniustus in quantum passio: id est, bonum est, quod ego dem, sed malum quod ille recipiat. Vtinam ab vno eodemq; actu qui idem motus est, ostèdere Caieta. in moralibus separare actionem iustam à passione iniusta. Et tali iuramento certè deest iustitia: nam dare latroni res filiorum vel meas iniustum est, saltim prodigalitatìs vitio veniali; & sic dummodo secúdm sensum à latrone intentú, non intenderem iurare, non teneor adimplere, sed iustè delusi illum: & cap. debitores. de iureiurando. potius est pro hac doctrina, quam pro illa Caietani, quia qui iurauit soluere vsuras, ob reuerentiam iuramenti publici, cogendus est in foro exteriori soluere, non vero nos in interiori animæ ad id teneri doceremus, si iurare non intendit, iuxta mentem vsurarij: tum etiam quia tale iuramentum de soluen- dis vsuris, neque est, neque præsumitur coactum vi, inuitabili metu, viri constantis: & contra hoc non facit quod sanctus Thomas secunda secundæ. quæstio. 89. artic. 7. ad secundum dicit, imo pro nobis

nobis facit, & ad tertium imo, facit illud cap. Abbas. de his quæ vi metusvè causa fiunt, pro hac doctrina, & cap. verum. de iureiurand. & 15. q. quarta. multis cap. nam Ecclesia, iuramenta quæ iure diuino tenent & obligant, non annullat, & annullat omnia facta vi metusve causa, vt patet dictis capitibus. Et declarat nulla esse: ergo neque vim habere obligandi, & sic in hoc sensu tatum est vera doctrina Caieta. satis accutè allata vbi supra, & sic illam sequitur Nauarr. in Manual. capit. 12. numer. 13. & cæteri Canonistæ & Theologi. De cæteris enim iuramentis promissorijs de rebus de se malis, aut impeditiuis maiori boni, & si sub iuramento promittatur, peccatum mort. est, & iurare & aliud esset adimplere contra iustitiam, vel contra Charitatem. Cætera quis adimplere tenetur iuxta supra dicta, de quibus iam satis quòd Summæ permittit angustia.

De voto in communi. §. XIII.

SVPEREST (sicuti promissimus) de voto tractemus, cuius cognitio materiæ maximam cum ea, quæ de iuramento est, affinitatem habet, secundum omnes qui de illis simul scribunt: & sic nos consuetudini morem gerentes, de voto sub hoc secundo præcepto tractemus: de quo tria scire oportet. Primo, quid votum sit. Secundo, de quo, scilicet, de materia voti. Tertiò, de voti nullitate & validitate, dispensatione & irritatione. Quoad primú, votum est promissio deliberata, vel deliberatio promissa, facta Deo, à bono aliquo meliori, siue maiori. Hæc diffinitione voti accipiunt omnes ex S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1. &

& est omnium Theologorum in. 4. distinct. 38. Anton. 2. part. tit. 11. cap. 2. Archidiacono. in cap. qui bona. 17. quæst. 1. Panorm. & aliorum Canonista. cap. literarum. de voto. ait enim sanctus Thomas ubi supra, quod in voto primo inesse debet deliberatio, quæ primum mouens esse debet. Est autem deliberatio, & consilium, imò conclusio consilij, qua hoc faciendum homo secum, vel cum alijs statuit, vel hoc cauendum: est autem deliberatio rationis actus ad quem pertinet ordinatio. Secundò, necessario requiritur propositum, id est, actus voluntatis sequentis deliberationem rationis, quo vellit hoc deliberatum facere, vel vitare. Tertio demum (in quo ratio voti completa consistit) est promissio spontanea, scilicet se obligandi Deo propositio, in quo formalis ratio voti consistit: & si enim ego deliberem, imò & proponam firmissimè, Hierosolymam ire, votum non est, nisi promiserò, id est, nisi me obligare Deo voluerò, de tali bono: vt habetur capit. qui bona. 17. quæst. 1. & docet Archid. supra dictum tex. & Panormita. in cap. literarum. de voto. & sanctus Thomas secunda secunda. quæstio. 88. articulo. 1. Vnde falsa est glossa prædicti capit. qui bona. decima septima. quæstione prima. nec recipienda: & obligatio, siue animus obligandi se, facta homini, fieri debet verbo, vel exteriori signo: facta vero Deo, sufficit actus voluntatis interior, quo deliberet & proponat hoc facere bonum propter Deum, vel illud malum vitare, ad quod se vellit obligare: nam Deus in corde videt, & homo in facie. Sed omnia sigillatim explicemus. Dicimus primum, in voto esse deliberationem, quia nisi præcedat deli-

deliberatio sufficiens, neque promissio erit valida, neque votum: quanta autem deliberatio necessaria sit, seu quantum rationis consilium, res nimis delicata est ad librandum: tamen quia moraliter iudicanda, dicimus, quod quotiens tanta esset mentis perturbatio per ebrietatem, vel iram, vel metum, quæ excusaret mor. peccatum, vel tolleret meritum actus virtuosi, hæc non esset deliberatio sufficiens ad votum, sed dicitur motus primo primus à nostratibus Theologis, qui est merè naturalis, & non moralis: non enim est in nostra potestate; vel primo secundus, qui & si aliquantum sit mixtus, magis tamè habet de naturali, quàm de morali, & sic non est sufficiens ad peccandum mor. sed tantum ad venialiter, ob defectum deliberationis sufficientis, in quo post S. Thom. optimè processit Palud. in. 4. dist. 38. dicens, deliberationem que non est sufficiens ad mort. peccandum, neque esse sufficientem ad votum: imò regula Canonistarum est, iuxta bonam glossam. 20. q. 1. & alteram. 32. q. 2. c. mulier. & approbat Ioan. Andr. cap. dudum. de conuers. coniug. deliberatio quæ sufficit ad obligandum diabolo, sufficit ad obligandum Deo, quicquid laeson in lege, si filiã. C. de inofficioso testa. dissentiat, & sic regula illa Summæ Angelicæ, nihil veritatis habet, scilicet, quod vt vota facta cum ira, vel sine perfecta diliberatione teneant, oportet semper recedente ira ratificare: hoc enim non est semper necesse, neque verum, cum non semper ira absorbeat usum rationis sufficientem ad peccandum mortal. Secus omnia peccata ex ira comissa essent venialia, quod est absolum, & per consequens neque ad vouendum. Sed melius consilium est, quo & animos multorum

feda-

sedabimus, vt quibus est dubiũ de deliberatione, neque illis vel Doctoribus constare moraliter potest, vt dispensationem petant à superiore, quæ in tali casu non negatur: vt habetur expresse decretum in. c. veniens. de voto, imò tunc negans Prælatus peccaret grauius. Neque semper ad votum necessaria est liberrima plenissimaq; deliberatio: sed sat est, quod sit plenus vsus rationis & ordinatio: voco plenam quam aliqui Canonistæ, & Theologi, semiplenam vocant improprie satis, quamuis re non errent, sed in voce: semiplena enim deliberatio, non sufficit ad peccandum mortal. neque per consequens ad vouendum, sed illi plenam quam nos plenissimam, & semiplenam quam nos plenam vocant: volumus ergo dicere, quod non ex hoc quod quis aliqua ira etiam magna concitatus, vel infirmitatis metu percussus, voueat aliquid, vt religionis ingressum, vel peregrinationem (dummodo nõ sit omnino priuatus rationis vsu) quamuis sit priuatus omnimoda rationis libertate, si tamẽ, & si nõ tã liberẽ, tamẽ liberẽ aduertẽs, qđ deliberat, & quod vouet reus voti est censendus: quæ optima etiã regula est ad cognoscẽdũ obligationem voti, de qua latius infra. Deliberationem ordine naturæ debet sequi propositum, id est, actus voluntatis quo deliberatum à rationeque ordinatum, voluntas vellit exequi, quem actum sic explicant nostri Theologi tractantes de actibus (vt nos supra sanctum Thom. 1. 2. q. 2.) quasi deliberans ratio dicat, bonum est vouere religionis perfectionẽ, & voluntas respondeat, Volo vouere religionem, seu placet vouere: ad quos actus debet sequi alter voluntatis actus quo voluntas voueat, quasi dicens:

cens: Ego me obligo ad religionis ingressum Deo: & ante quam adueniat hæc promissio siue obligatio, votum nõ est: nam & deliberare possum, & velle possum, siue proponere religionẽ ingredi, & meritoria erit propositio, & actus voluntatis sanctus, non tamen obligatorius, neque vinculum voti inducens, quo vique promittam & me obligẽ: & quãuis sufficiant deliberatio & propositum præteritũ, cum præsentẽ actu obligante, non tamen sine illis villo modo. Volo dicere, quod ego nullatenus me possum obligare ad id quod nunquam deliberaui, vel proposui: si tamen deliberaui heri, & proposui esse religiosum, possum hodie vouere religionem, & promittere, obligando me sine noua deliberatione & proposito nouo actuali, sed obligãdo ad illud quod iam deliberaui & proposui, quod Canonistæ, & Nauarr. vocant sufficere virtualẽ deliberationẽ, & propositũ, sed hoc de actibus volũtarijs, actu vel virtute, nux est, quam si à Canonistis fractã speres, nunquam nucleum comedes: est enim delicata in Theologia materia, sic bene potest deliberatio & propositum præcedere promissionem siue obligationẽ tẽpore, & non solũ natura, vt vult Nauar. Manual. c. 12. nu. 16. imò dictum Panor. super cap. litterarum. de voto. colum. 2. debet intelligi de præcedentia etiam temporis, quia cum sint actus humani, & si interni, quodammodo sint tempore mensurabiles, de quo aliàs. Dictum est, quod promissio facta Deo est votum, quia homini aut creaturæ nequit fieri votum; cum vouere actus sit religionis latrĩe, soli Deo ipso fiendus: secus cultum diuinum exhiberemus per se, & secundum se creaturæ, quod

quod esset idololatricū scelus: potest tamē fieri Deo & fit virtualiter, factum actualiter creaturæ. Vnde si voueo Petro me non lasurum cum Ioanne, votū non est, quamuis si inde Petro aliquod commodum eueniat, sit humana promissio, iure naturę obligās. At si voueo Virgini Deiparę rosarium me dicturū omnibus diebus, vel aliquo die, votum est, quia promissio Deo fit virtualiter de recitando rosario, in honorem sanctissimæ Virginis: & sic si vouens intenderet non Deo obligare se, sed alteri, promissio humana esset, non tamen votum.

§. XIII

DICTVM Fuit in diffinitione voti, quod debet esse de bono, siue de meliori (idem enim per ambo intelligimus) quæ pars vltima est, & de materia voti quod fuit secundum a nobis huius materię membrum. Vnde primo absoluimus dubiū quod de rebus a Deo præceptis mandatis Decalogi, vel ab Ecclesia, potest votum emitti, & tenebit supra vinculum præcepti, vinculo voti, vt si quis voueat se non fornicaturum, non vsurpaturum decimas, tenet: ita vt si fornicetur post voti huius emissionem, vel decimas non soluat, duplex mort. eodem actu in genere rei committat, habet enim duplicem deformitatem in genere moris: nam & fractio præcepti est, & etiam fractio voti, in quo audiui aliquos Theologos decipi, & sic hæc circumstantia necessariò confitenda est, quicquid Ioann. Tabien. contrarium dicat falso, verbo, votum. §. 2. & Ioan. Maio. in. 4. dist. 30. q. 1. Sed si quis vel sacro ordine insignitus, vel religionem professus, voueat se non fornicaturum, vel non habiturum proprium voueat professus, votum

non

non est, quia iam supradicta solēniter vouit, & votum simplex non cadit supra solemne, qua pulchra decisione, cuiusdam religiosi conscientiam sedauimus. Doctrina est S. Tho ad aliud propositum, quam etiam iterum adducemus. Secūdo, votum factum de re, quę nō est magis bona, quam eius oppositum, votum non est: imò sacrilega promissio, vt si quis voueret se ducturum vxorem, vel se remansurum in seculo, vota non sunt: quia & si nubere in Domino bonum sit, & in seculo remanere illicitum non sit, tamē simpliciter melius est, castē absq; vxore viuere, & religionem intrare. Similiter de re quæ neq; bonum, neq; Dei obsequium habere videtur, votum non est, sed inanis promissio, vt quod mulier vouet se non filaturam Sabbathorum sero, & quod certis diebus non comedent res igni assas, quia istę sunt de rebus, quas nostri Theologi indifferentes vocant, quæ & si in individuo nullæ sint iuxta nostrum S. Thom. sunt tamen in specie, dicendum modo indifferentes remaneant. Nam si ex aliqua circumstantia fiant bonæ & meliores, tenet votum si sic se vouens intendit obligare: argumētum c. paratus. 23. q. 1. & c. disciplina. 43. d. Insuper votū de re mala sacrilegiū est, vel negatiuū rei de se bonę vt si quis voueat se occisurū, nō ingressurū religionem, nō comodaturū: doctrina est quæ habetur expresse. c. si aliquid. & c. in malis. 22. q. 4. & est nostri S. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 2. & cōmunis omnium, vnde miror Maiorem, & Ricardum, aliās Theologos, in. 4. dist. 38. ansam ex hac doctrina sumpsisse affirmandi falso, quod votum neq; de rebus malis, neq; de illis quæ sub præcepto cadunt posse fieri,

Cc

fed

sed tatum de illis, quæ consilia sūt Euāgelica, quod visum est supra quam sit falsum, vt etiam optimè S. Anton. docet. 2. part. tit. 11. cap. 2. §. 1. & Caiet. super articulum primum, citatū supra S. Tho. sed multo peius, in hoc errauit contra supra habitam doctrinā Ioan. Tabien. author Summę (quam Tabienam vocant) satis inutilis, verbo, votum. 1. §. 2. solum in hoc aduertimus, quod votum factum de re mala mortaliter est sacrilegium mort. confitendum necessario, etiam si quod promittitur non adimpleatur, & de re autem venialiter mala est veniale, quod contra meam antiquam opinionem teneo, sicuti de iuramento tenui, quia in rebus lenitatis & misericordiæ placet, sequi multos & graues Doctores, qui hoc sic tenent, & fundamentum non deest. Dummodo venialiter malum non voueatur in iniuriam Dei, quia secus esset maximum sacrilegium. Votum insuper factum de re quæ necessario euenit, vel quæ impossibilis est, nō est votum, sed illudere, vt si quis voueat se moriturum, vel quotidie inueterandum, vel si quis voueat se volaturum, vel pugno percussurum Lunam.

§. XV.

DE MVM Quotiescumque, quis vouet aliquod de se bonum, vt eleemosynam vel peregrinationem, ordinando hæc bona in finem malum, vota non sunt, sed sacrilegia & non seruanda, vt si quis voueret se daturum eleemosynam mulieri, vt cum illa fornicationem negotiaretur, dare non debet, vel etiam si quis voueret magnam eleemosynam facturum, si adipisceretur foemina ad illicitum concubitum, vel ad adipiscendam Victoriā belli,

iniusti,

iniusti, vel duelli vetiti, istæ enim potius de se sunt irrogationes iniurię factæ Deo, quam voti actus. Sed aduertat prudens confessarius, quod si quis supradicta vouerit non dirigendo illa, vt medium ad dicta mala finesque perniciosos, sed ad habendum Deum propitium pro exitu periculoso, & obseruatione vitæ & salutis, vel quasi in gratiarum actionem, tunc licet communiter infructuosa sit promissio: voti tamen rationem habet & obligat, vt si exiens ad duellum, vel iniustum bellum, promittam si liber & sanus exeam eleemosynam daturum, vel peregrinationem additurum, tenebor sub mort. adimplere, quia iam tunc non voueo pro re iniqua adipiscenda, secundum quod iniqua est considerata, sed pro re bona, scilicet liberatione mea, & euasione mortis quæ bona sunt, vt coiens illicitè, si voueat quod si Deus ex coitu illo dederit filium, quod offeret Deo Calicem, tenetur voto. Similiter omnia vota pœnalia, quæ ponuntur in ultionem peccati proprii obligant, vt si promitto quotiens fornicatus fuero, vel in munditiam molici ei commiserō ibo Romam, vel Hierosolymam, teneor voto, si similia peccata admisero, vt optimè cum Caietan. omnes. 2. 2. quæst. 88. art. secundo, si tamen pœnam imponam similium peregrinationum, vouendo quod si fecero talem rem, quæ licita est, vel indifferens, vel tantum venialiter mala, vt si quis voueat iturum Romam peregrinando, si commodauero, vel si audiero Missam, vel si transiero per hanc viam, voto non tenetur, quia tale votum est pœnale, & pœna culpæ respondet: at tales res bonę sunt, aut

Cc 2 non

non malè ergo indigne pœna, imò rebus de se bonis si fiant, imponere similia vota pœnalia est sacrilegium mort. vt pote impeditium boni, de malis autem venialibus, quia mentionè fecimus, dico tria. Primò, quod votum de non peccado venialiter omnino stultum & temerarium est, neq; tenet, in quo omnes Theologi cõueniunt quia de re impossibili circa omnia, licet non circa singula, vt diximus nos cum omni Theologorum schola supra. 1. 2. q. 88. & materia de gratia, dicemus. Secundò, quod votum de vitandis aliquibus venialibus, vt iocosis vel officiosis mendacijs, tantùm obligat sub veniali, ob facilitatem admissionis: quidquid dicat quidã frater Ioseph Angles in suis Floribus quarti Sent. Tertidò dico, quod votum quo grauißima pœna imponitur, si admittatur veniale peccatum, vt si quis dicat. Ego voueo ire Hierosolymã, si dixerio iocosum mendacium, non tenet tale votum: tum propter dicta, tum etiam, quia tam parua mala, & quæ tam facile admittuntur, non sunt tam graui pœna plec. eda, & tam difficilis adimpletionis. Hoc intelligo, si vouens præcipuè intendat in pœnam peccati vouere peregrinationes dictas, vel alia grauißima bona, de quo neminem vidi tractantem, sed euidens ratio mouet: nam si votum de non admittendo, hoc veniale nõ obligat nisi ad aliud nouum veniale (quod concedunt omnes Theologi & Sũmistę, vt S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 5. & facit cap. vnum. 25. d. §. fin.) ergo similiter, pœnale votum super non peccado venialiter, solùm venialiter obligauit ad pœnę executionem, quando obliget.

§. XVI.

§. XVI.

E. X. Dictis constat quod votum sit (quod primo proposuimus dicturos nos) constatq; abrenunciationem illum Sathanz, & pomparum eius, & malorum omnium quæ in Baptismo fit, nõ esse in rigore votum, de quo nobis est sermo, quidquid falso Magister Sent. & cum illo alij senserunt, vt optimè improbat Caiet. supra S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 2. Superest iam de tertio, scilicet, qui vota valida emittere, qui vero non quivè irritare, annullare, & dispensare possint & qui non: cum quo materiam concludemus, quod & longius & difficilius est.

§. XVII.

A. D. Hoc ergo præsupponimus primo, quod duplex est votum apud omnes: simplex vnum, alterum solenne. Solenne illud vocant omnes, quod Ecclesia sancta eius sanctis ritibus solennizauit, siue expresse, siue tacitè fiat: & illud solum est, quod in professione alicuius religionis tacitè, vel expresse fit, dummodo religio approbata sit ab ipsa Ecclesia, & in susceptione etiam ordinis sacri. Votum autè simplex illud dicunt, quod de supradictis materijs vnusquisq; absq; solennitate singulariter facit publicè, vel secreto, vt quis vouet Religionè, Castitatè, &c. sine solennitate, inter quæ duo vota multum interest: & si coincidunt in materia, vt votum solenne castitatis, & votum eiusdè simplex, quia vltra dispensationè (de qua dicemus inferius) grauius peccatur in fractione voti solennis, quam voti simplicis, tum ratione solennitatis Ecclesiæ, cui fit iniuria, tum ratione scandali si sequatur. vt S. Anton. benè, 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 1. imò deducitur ex argumento cap.

C c 3 hom.

hom. 40. dist. & 11. q. 3. c. præcipue, & tenet Palud. in 4. d. 38. q. 2. & Nauarr. Manual. cap. 12. numer. 31. Præsupponimus secundo, bona facta ex obligatione voti plus meriti & valoris habere, quam eadem facta sine obligatione voti, ut eleemosyna decem regalium argenteorum facta ex voto, plus meriti habet quam eiusdem quantitatis eleemosyna sine voto facta libere: doctrina omnium est Theologorum & Canonis præcipue S. Tho. 2. 2. q. 88. art. 6. in corp. ubi tertiam adducit pulchram rationem, quare opus ex voto, sit magis meritorium quam idem sine voto. Primò, quia opus factum ex obligatione voti, est actus iam non eleemosynæ. v. g. (ut in exemplo posito persistamus) sed actus religionis, & cultus diuinitatis, qualis est reditio voti. Secundò, quod in opere facto ex voto plus homo se Deo subijcit, quàm in eodem facto sine voto, cum in illo & opus, & voluntatem sacrificet (quod vocat S. Anselm. lib. 5. de similitudin. offerre fructum cum arbore) in isto autem quod sine voto fit offertur fructus operis, remanente arbore, id est, voluntate nobis libera. Tertio Demum, quia per votum magis voluntas firmatur in bono, & facere aliquid bonum ex voluntate magis in bono firmata, pertinet ad perfectionem virtutis. Idem S. Thom. opusc. 17. cap. 12. & 18. cap. 3. & omnes Sententiarum in 4. dist. 38. & habetur in glossa Clement. primæ de reliquijs & venerat. Sanctorum.

§. XVIII.

PRÆSUPPONITVR Tertio, maiorem vim obligationis habere votum quam iuramentum, ex hoc quod votum ut tale sit, debet fieri Deo, ut
constitit

constitit ex definitione supra habita, & iuramentum semper fit vel fieri debet in commodum, vel vtilitatem proximi: & licet ambo sint (si bene & debite fiant) religionis actus, tamen votum est quasi contractus factus cum Deo. Iuramentum autem contractus cum homine, sub attestazione diuinæ veritatis, quam radicem si aduertisset Ioan. maior in 4. d. 38. q. 5. oppositum non diceret. Imò Micha. Medina Franciscanus, nostris diebus, non ita pertinaciter contrarium defenderet perperam, libr. suo de coelibatu siue continentia. 5. cap. 22. & 23. quamuis non omnino radicem & fundamentum ignorarit, quo coactus in fine ferè, id quod nos dicit.

§. XIX.

CONSTAT Ergo iam quæ sint necessaria, ut votum tale sit, & obliget: nunc autem propter confessarios & parochos, oportet dicere quæ vota ab ipsis emittentibus sint irritanda, & quæ ab alijs. Primò, omnis vouens res impossibiles sibi mortaliter, vel aliqua stulta, vel quæ scandalum, vel indecentiam causarent, vel quæ superstitionem, potius quàm vtilitatem aliquam redolerent, talia vota non sunt, neque obligant, imò adimpleri minimè debent, ut si quis voueret vno die ire Hierosolytam ab Hispania, vel alere omnes pauperes ciuitatis, si ipse pauper sit, quæ mortaliter impossibilia sunt. Et si aliquis voueret se non loturum manus diebus Dominicis, stultum enim esset, vel si quis voueret, vel quæ mulier adire Sanctum Iacobum omnino nudus, vel nuda, vel nunquam salutatuum, vel locutuum in publico, ei qui vel quæ, erat occasio peccandi. Primum enim inhonestum, &

turpe esset. Secundum vero, scandalum generaret, vel si quis voueret, non manducaturum capita arietum aut auium, in honorem decapitationis S. Ioannis Baptistæ, vel in die S. Laurentij non comesturum res assas igni istæ enim superstitionem magis redolent quam pietatem, iuxta mentem omnium Theologorum, & Canon. istæc si voueantur ex ignorãtia, & inaduertentia, vel suæ impotentia, vel indecentia, non erit peccatum saltem mort. in vouendo, & statim atque de illorum inualiditate, quis sit certior ipsemet irritare tenetur: vel rigurosius (vt moris est nobis) loquendo, ipsa vota talia de se irrita & inania sunt. De quibus vt moneat Parochus hæc scribimus: sunt enim innumera de rebus ferè superstitionis vota, quæ per supra posita exempla deducet, doctrina est S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. & Albert. in 4. d. 38. S. Anton. 2. p. tit. 11. §. 2. quamuis non benedicat, quod talia vota. in alia esse commutãda, cum irrita sint: & est Graciani. 22. q. 4. c. final. & Raym. & aliorum.

§. XX.

ADDIMVS Insuper, quicumq; vouens, qui suorum actuum non est compos, vel de re quæ quomodocumque ad alterius voluntatem, & dispositionem pertinet, vouet: votum tale vel vota, sunt irritabilia ab illis, qui vel supra vouentes, vel supra res potestatem habent, secundum ius naturæ & leges. Volumus specialius dicere, quod omne votum reale de re aliena, vel personale de persona aliena, est omnino inualidum & irritum. Vocant omnes Doctores reale votum, quod sit de consumptione rei familiaris, vt de elemosynis, & ædificationibus templorum,

plorum, &c. Personale autem, quo obligat quis personam propriam, vt vouens ingressum religionis, vel castitatæ, &c. Volumus ergo dicere, quod Ioannes vouens elemosynam de re non sua, sed aliena: vel vouens quod Petrus (si sanet) vel pater pro filio, quod ibit Romam, vel ingreditur religionem, votum est nullum. Vnde vouens seruus, vel filius familias, vel religiosus, vel vxor sine licentia mariti, vota realia non tenent, cum res non sint in ipsorum facultate ad dispositionem: quæ omnia sigillatim explicemus oportet, sicuti nos in alijs multoties desiderauimus.

§. XXI.

PRIMO Igitur dicimus, impuberes, id est, qui viri ante. 14. annum, & foeminae ante. 12. vouerunt, si vsus rationis non adsit ad discernendum quid sit vouere, & se Deo obligare, votum in se nullum est, neque vlla ratione tenet, reale vel personale. Patet, quia actus deliberationis, qui est rationis perfectæ, præsupponitur ad voti valetudinem & obligationem: & sic, si de tali rationis pleno vsu dubitetur, iudicandum est votum irritum, cum ius vtrumque talium impuberum actus reales, & personales irritos iudicet, ob dictam rationem, & fundamentum naturale, defectus vsus pleni rationis, ad rem tam grauem: at si adsit in impuberibus plenus rationis vsus, votum quidem tam reale quam personale tenet, sed ambo irritabilia sunt à patre, vel deficiente patre à matre: quæ quo ad dictorum subiectionem, patri succedit, etiã si tutrix nõ sit: quo ad hæc, quidquid frater Ioseph Angl. cum quibusdã Canonistis falsè teneat, & etiã deficientibus patribus à tutoribus,

similium vota irritabilia sunt, quia alienę subijciuntur potestati, quoad res, & quo ad personas. Et possunt suprascripti similium impuberū vota irritare, non petiti: & similes impuberes poterunt ab ijs in quorum potestate sunt, votorum irritationes petere, absq; peccato: imò postquam iam ad annos pubertatis peruenerint (si tamen de nouo votū ante annos pubertatis emissum, non firmauerint) à prædictis irritari poterunt, quia emisserunt tempore potestatis alienę. Doctrina est omnium S. Thom. secunda secundæ, quæst. 88. artic. 6. 7. & octauo, & Caietan. ibi Soto, de iust. & iur. libr. septimo, quæst. 5. artic. primo, Syluest. verbo, votum. 3. §. 5. & 6. & verbo, religio. 2. §. 12. vnde Summa Angl. & alia Summa Rosel. in paucis credendæ, duo extrema falso S. Thomæ imponunt circa hoc. Neque audiendus frater Ioseph Angles, qui in Floribus suis ait, vota emissa tam personalia, quam realia, ante pubertatis annos, non possunt irritari à suprascriptis patribus, vel tutoribus, post annos pubertatis: quia si non fuere de nouo post dictos annos ratificata de se facta fuere tempore, quo non erant sui compotes, in rebus neq; in persona. Et sic eorum potestas ad illud tempus emissionis refertur, vt ratio naturalis dicitur. Votum solenne Religionis non est validum nisi sit emissum post decimum sextum annum expletum, vt habetur Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de regular.

§. XXII.

ET Post. 14. annum, si rationis sit compos potest quodcumque aliud votum personale emittere, & fo-

& foemina post. 12. etiam castitatis perpetuę, & non sunt irritabilia, vt patet toto titulo de regular. in. 6. Si autem impubes sic voucat, promitto me ingressum religionē, postquam adimpleuero. 15. annum, vel castitatem postquam adimpleuero. 14. quando suprascriptos annos non adimpleuit? Caiet. videtur dicere patrē & tutores, talis impuberis nō posse talia vota irritare relata ad annos pubertatis, quę vnus aut alter iunior sequitur. Sed nobis, cum communi sentiendum videtur, posse suprascriptos talia vota irritare, quia voti essentia in promissione obligatiua consistit vt dictum est supra: hæc autem obligatio, consistit in actu promissionis emisso & producto, quando ego non sum meę personę compos: & sic si non firmauero de nouo adimpletis annis pubertatis, irritabilia sunt, quia voluntas impuberum est voluntas paterna, cum propriam non habeant. Hoc tenet Syluest. verbo, votum. 4. §. 2. particula. 5. & omnes, quam videtur innuere quamuis non clarē S. Thom. 2. 2. q. 189. arti. 5. cuius sunt ferē omnia verba huius doctrinæ: imò modo extat, & in manibus habemus Extrauagatē sanctissimi D. N. Sixti V. accerrimi Ecclesiasticę libertatis propugnatoris, qua post. 20. annū adimpletum, omnes ab ingressu religionis arcet, satis iusto hæc diebus fundamēto, cuius tenor modo quo à succedentibus Pontificibus moderatus est, aspiciendus est, & obseruandus, vt hodie anno. 1589. fit die Transfigurationis Domini, quō hæc scribimus. Nā moderatus est Greg. XIII. eius Extrauag.

§. XXIII.

VOTA. Autem realia ab his, qui emancipati

non sunt neq; attigerūt. 25. annum, nisi sint de bonis castrensis, vel quasi castrensis, irritabilia sunt à patribus, siue tutoribus: & etiam vota mixta, quæ vocamus illa, quæ non in sola obligatione personæ, sed etiam in consumptione rei familiaris consistunt: vt sunt, vt in plurimum peregrinationes longæ, vbi ex mendicitate sola nequit iter agi (hæc inquam) quia mixta sunt, & ex hac parte habent aliquid iuris alieni, irritabilia sunt totaliter. Volumus dicere, quod si quiuis filius familias sub patre aut tutoribus degens, vel seruus, vel monachus, promittant Calices, vel alia donaria, vel eleemosynas, possunt hæc vota irritari à patre, vel tutoribus, vel superioribus, & manet vouens tutus in conscientia in perpetuum, etiam si ipse petierit irritationem: doctrina est cõmunis omnium, & fundata in illo. Numer. 30. Mulier si quidpiam vouerit, &c. Quod & adducit S. Thom. vbi supra, excepto, nisi habuerit bona castrensis: nam si filius familias aliqua habuerit in bello iusto acquisita ex stipendijs, vel spolijs, vel quasi castrensis, vt si dono ab aliquo domino, vel iure salarij, ab aliquo hero adquisierit, iuxta vtriusque iuris peritos, istæc sunt sui iuris, neque potestatis sunt paternæ, de quibus filius siue filia vota emittere possunt, & tenentur adimplere: imò seruus si aliquod salariũ ex facultate domini acquisiuit sibi, vt voluerit expẽdendum, vt fit in terris Americæ, quas nos Indias Hispani improprie vocamus. Similiter supradicti vota non irritabilia post pubertatis annos emittere possunt: de his in quibus non subsunt potestati parentum, tutorum, vel dominorum, vt de orationibus dicendis,

dicendis, de iure iurando: seruorum autem vota reliqua, realia, vel personalia non tenent, quia neque personæ neque res, sunt iuris ipsorum, vt patet. De vxore autem dicimus, quod neque ipsa imò neque vir possunt vota emittere de quocũque, quod præiudicet quomodocumque iustitiæ coniugij, id est, traditioni mutæ suorum corporum, ad copulam conjugalem: & si præter obligatoria Ecclesiæ ieiunia quilibet coniugum, aliam abstinentiam voueat absque alterius tacito. l. expresso consensu non tenet votum tale, vt habetur ferè expressè cap. manifestum. 23. q. 5. & ibidem cap. noluit. quod & Innoc. affirmat ibi: nam in omni illo quod attinet ad conjugale debitum, pares sunt vir & fœmina, & pari mensura iustitiæ metiendi, iuxta cap. gaudemus. de diuortijs: illas autem abstinentias, quæ illis per experientiam constiterit, non præiudicare debito coniugali reddendo, poterit vterque illorum vouere, vt optimè sentit glossa supradictum cap. manifestum. Vnde omni veritate caret, quod Abbas & summa Rosel. dicunt, tales abstinentias non præiudicantes debito posse voueri à viro, non autem ab vxore: isti enim, vt minus in hoc aduertentes iuris periti, volunt parificare voluntatem vxoris voluntati impuberis pueri, quod verum non est, cum in multis voluntas vxoris non sit voluntas mariti, sed possit habere propriam, quam non habet impubes iuridicam. Insuper, nullam peregrinationem potest vouere vxor sine consensu tacito, vel expresso viri, neque vir similiter sine consensu vxoris factim longam, & præcipue quando de alterius, vel vtriusque in continentia timetur, quia istæc præiudicant iustitiæ

stitiæ debiti matrimonialis : scio quod quoad iuris Canonici peritos falit hoc , quando peregrinatio , quæ promittitur est in subsidium Terræ sanctæ , quod deducunt ex cap. ex multa , deuoto in tatum , vt Hostiensis plenis bucis affirmet , quod vxor in viro marito potest Cruce signari (sic enim illis diebus dignoscebantur milites pro Terra sancta , vnde & cruciata nomen accepit) & pergere Hierosolymã . Sed certè gaudeo pro hac materia , quod iã nõ est locus disputationis , cum subsidium sanctæ Terræ cum opprobrio Christianorum sic dormit : sed & si vigeret , vt vigebat tempore quo dicta iura decreta sunt , doctrinam talè existimo falsam , & contra ius naturæ coniugij : supra quod nullum potest condi ius humanũ , & sic bobem illum lassum nostrum S. Thomé placet sequi , qui tenet cum Albert. non tenere tale votum , neq; obstat quod maritus in vita vxore possit facere , quæcumq; itinera pro mercatura , vel pro administratione rei familiaris , quia istæc ad regimen imò ad substetationem onerum matrimonij (quorum administratio & cura commissa est principaliter viro) sunt necessaria : sic hæc itinera & absentias vxor sine licentia viri facere nequit , naturaliter enim ei regimé domus intra portas , & viro extra illas commissa est , & certè viros consulerem , vt nullatenus peregrinationibus mulierũ consentirét , quia hodie magis , quam hucusque mundus in maligno est positus , & paruè occasiones iam magnam syluam incendunt .

IN SVPER Vir vota realia omnia , quæ nõ impediunt condecemtem vxoris , & familiæ sustentationem , & filiorum educationem , & quod non attingant ,

tingant , ad dotem & arrhas vxoris , potest facere & tenent , quia de suo facit : at vxor solũ de illis , de quibus potest eleemosynã facere , quæ sunt in parua quantitate , iuxta diuerlitatem facultatum , potest & vota realia emittere & tenent , vt facere dicere Missas , vestire vnum aut duos pauperes ; dare lectum Xenodochio siue Hospitali , Calicem Ecclesiæ si diuitiæ supersint . Et ratio huius discriminis est , quia dos non est vxoris viuente viro , cum illam receperit vir in subsidium onerum : cæterarum autem rerum , familiarium principaliter commissa est cura viro & dispensatio . Insuper si matrimonium non est ratum , & per verba de presenti , sed tantum sunt sponsalia de futuro liberum est vtriq; religionem , vel castitatem vouere . De quo nemo dubitat & votum tenet iuxta verioré opinioné Palud. & S. Tho. & Syluest. verbo , spõsal. §. 7. & sponsalia dissoluntur , quo ad forum interius dico , quidquid de hoc aliqui Canonistæ dubitent , sed hoc est alterius loci .

§. XXIII.

SI. Autem matrimonium sit ratum , & cum solennitate Ecclesiæ , liberum vnicuique est vouere Religionem ante matrimonij consummationem , secus non , & tunc dirimitur matrimonium & uens tenetur profiteri religionem , & alter remanet liber & poterit cum altero contrahere , ex tunc quæ doctrina est communis in Ecclesia Dei , & quasi per traditionem accepta , & vt axioma fuit semper in ore omnium Pontificum Summorum . An verò sufficeret votum solenne , susceptionis ordinis Sacri remanendo in seculo , quo ad me semper

semper fuit cum grauissimis Doctõribus sub dubio positum, in quo illud relinquo, quia nõ tutũ existimo affirmare, post consummationem autem matrimonij, possunt ambo aut quilibet coniugũ de consensu amborum aut alterius, religionẽ vouere, vel castitatem perpetuam, & votum tenent & obligantur ad illud, ita vt postea si cocant, sacrilege fornicentur. Neque potest vllus coniugum sine alterius consensu, votum emittere de non reddẽdo debitũ, propter dicta, quia non est sui iuris vllus illorum quoad hoc; neq; potest vllus illorum votum emittere de non petẽdo debitum, quia licet aliqui contra hoc affirmant, quorum meminit S. Thom. in. 4. d. 22. innixi hoc argumento, quod quo ad petitionem debiti vnusquisque coniugum est sui iuris, vt Ricard. arguit, & se conuictum ostendit, & Palud. non dissentit: tamen (vt ait S. Tho. acutissimẽ) verius est non posse, quia esset reddere quod alium qui non vouit, onerosissimum matrimoniũ obligando, vt semper petat, & totam verecundiam patiat, & sic non est sui iuris. Demum dico, quod si vxor voueat sine consensu mariti, se portaturam religiosã, vel beatã habitum, votum non tenet, quia causat horrorem marito, & detrahit ab amore maritali, & a petitione debiti. Vnde non est reprehendendus imò consulendus vxoribus externus moderatus & cultus ornatus, vt non displiceant viris, quod vidi in aliquibus sanctis, & illustribus fœminis, quarum animas tractaui & cognoui.

§. XXV.

SUPEREST. (Nequid intactum relinquamus) quid quo ad nos religiosos de votis sit censendum:

dum: scio duas esse opiniones. Vnã extremam, quẽ Ricardi fuit, in. 4. dist. 28. quod religiosus profectus nihil omnino vouere potest, & si vouet, eo ipso votum est irritum & nullum: ratio est non absurda (vt e rat illa quod nullo tempore esset iuris sui, & quod omnia quã vouere potest sunt sui Prælati, cum non sit tempus in quo ab eo occupari non possit) grossa satis est ratio, sed illa Ricardi est satis cõgrua, quod cum religionis votum solenne, & vita excellens adeo sit, & arctissima, nolluit Ecclesia sancta, vt supra tale votũ aliquid addi posset, & supra tale onus aliud, vt importabile omnino redderetur: & sic Ecclesia suis decretis vota religiosorum iure ipso annullat, cap. nolluit. 33. q. 5. & cap. Monacho. 20. q. 4. vbi est quãdam bona glossa ad hoc: hanc opinionẽ sequuntur illę duę Summæ onerosæ Rosel. & Angelica, & ambæ attribuunt opinionem istam D. Tho. in quo certè ostendunt illum non legisse. S. Thom. enim tenet opinionẽ in medio semper vt moris est illi consistentem. 2. 2. q. 88. artic. 7. ad secundum. & artic. 8. ad tertium, vbi dicit primo, quod si religiosus vouens aliqua pœnalia, subintelligit virtualiter rati habitationem Prælati, vouendo non peccat: secus peccaret, & quoad executionem voti oportet, aut quod Prælatus consentiat expressè, aut tacitè, vidẽdo & tacendo. Dicimus ergo specialius loquendo, quod religiosus subditus professus nequit vouere de nouo se non fornicaturum, vel nõ admissurum volũtariam pollutionem, vel se non furaturum, vel habiturum proprium aliquid, vel se obediturum superioribus, & nihil facturum contra obedientiam, non (inquam) quia horum votorum materia subsit

Prælato, sed quia talis materia quæ solenni voto est promissa Deo, incongruum esset voto simplici, & minori obligari, de nouo quod neminè vidi aduertentem, nisi solum sanct. Thom. obiter tangentem. Insuper non potest se astringere voto nouo aliorum præceptorum Decalogi, quia cum in solenni voto sit inclusum votum perfectionis viæ, non impediedæ (quæ in perfectiori mandatorum adimplentione consistit) ideo voto simplici ad id obligare se non potest de nouo, ad aliqua autem venialia vitanda, vt de non dicendo verbo otioso, si votum fiat, iure ipso votum tale irritum non est, cum talium materia neq; in voto solenni sit inclusa, neque subintellecta in via perfectionis. Et de prioribus loquuntur iura allata à Ricardo, & de his secundis docet verum Caietan. ex parte, supra sanctum Thomam, dicto articulo. 8. Tamen addimus nos contra ipsum, quod sunt irritabilia talia vota à Prælato, quia cum religionis onus de se sit magnum, & vinculo magno astrictum, omne quod in periculum vergit peccandi mortaliter, ex noua obligatione, potest auctoritate Dei irritare Prælati; & non tantum commutare, vt Caiet. vult. in quo veritatem habet dictum Ricardi, neque disconueniunt prædicta iura.

§. XXVI.

INSUPER nõ est validum votum professi religiosi qui vouit se adimpleturum aliqua quæ iubentur in sua regula, vel constitutionibus, vel nõ facturum, quæ vetantur, si vtraque licent ex dispensatione Prælati, vt sunt multa huiusmodi in religionibus sanctissimis N. P. & Dux monachorum Benedictus multa remisit in sua regula dispensationi Abbatum, & in nostris Cyster-

Cysterciensibus, siue sancti Bernardi, multa vetantur nobis quæ ex Abbatum dispensatione sunt licita, vt comedere carnes diebus quatuor septimanæ, nisi igitur virtualiter includat monachus excepta dispensatione Abbatis, non tenet votum factum de non comedis carnibus feria secunda totius anni, quia secus vt optimè dicit Caietanus (cuius est doctrina) voueret religiosus de nõ suo, vel saltim inane reddere intenderet dispensationem sui superioris, & facultatem quoad se, quod iustum minime est, & quodammodo vergens inobedienciæ dandum: poterit tamen illa vouere sic non petat dispensationem regulæ, vel constitutionum in hoc, vel in hoc in tota vita, sed si motu proprio Prælati iubeat, faciam.

§. XXVII.

POTEST Etiam religiosus vouere aliqua opera super erogationis, quæ neq; præiudicent suæ monasticæ obligationi, neq; regulæ, neque dispensationi sui Prælati, vt supra diximus, vt recitare Rosarium Virginis, ieiunare sine scandalo aliorum aliquo die in pane & aqua, abstinere à parte cibi sibi appositi, & hæc dummodo sub ratihabitione voluntatis Prælati facta sint, tenent & obligant, sed quando ipse sciuerit, non etiam requisitus, potest similia vota commutare in alia opera, quæ secundum ordinem & regulam fiunt. Neque potest religiosus vouere sine licentia tacita, & ad minus suo tempore petita (& in nostro Ordine Diui Bernardi, & in ferè omnibus religionibus approbatis, quorum licet priuilegia videre, etiam nisi licentia expresse obtenta à Prælato, imò in nostro Ordine, etiam à maiori parte conuentus) strictioris

religionis transitum, vt quoad nos patet cõcessum per Nicolaum. IIII. priuileg. 46. & Eugeni. IIII. priuileg. 77. Imo nostræ Obseruantiaæ Hisp. idem concessit priuileg. 7. num. 13. quodd si quis etiam Cartusianorum, vel cuiuscũque alterius ordinis nostrum monachum receperit nisi intra triũ dierum spatiũ restituerint, excommunicati ipso facto maneant, à solo Summo Pontific. absoluendi. Idem concessit dictus Ponti. congregationi Benedictinorum Hispaniæ, Romæ anno. 1446. vt cõpendio illorum priuilegiõrum, num. 22. & Cœlest. 5. congregationi Cœlestinorũ. nu. 24. & 25. & idem concessum reperi, cõgregationi Montis Oliueti priuilegio eorũ. 24. fo. 50. & extat concordia antiquissima inter nostros Cistercienses & Cartusienfes, quod sine suorum Superiorum licentia expressa non se mutuo recipiant. Extant & de hoc aliorum ordinum priuilegia quæ viderim, & quæ superfluum esset recensere, cũ cuiuscumque religioso in suo ordine sit facile videre: superfluum etiam existimauit hic (vt animus erat) differere quæ sit religio alia strictior, & quæ perfectior: non enim idem sunt, nam sunt strictiores Mendicantes iudicate quatuor: Franciscanorum, Dominicanorum, Augustinianorum, & Carmelitarum, supra omnes monasticos, præter Cartusianorum religionem, vt patet per Extrauag. Martini. V. viam ambiciosa: nõ tamen perfectiores cum perfectione à multis monasticis excedantur, iuxta sanct. Thom. 2. 2. q. 139. artic. 8. in corpore, & expressius. q. 188. artic. 6. in corp. & ad tertium, quia perfectio religionum non ex solis arctitudinibus est attendenda, sed præcipuè ex approximatione ad finem religionis, in quo

quo iuxta eundem monasticę bene institutæ excedunt, cũ magis ordinentur ad contemplationem quã approximentur. Idem Syluest. verbo, religio. 4. §. 1. Non ignoramus, quod in capit. licet. de regular. fit religioso facultas transeundi ad strictiorem, & perfectiorem religionẽ, quia licet ibi solum strictior dicatur: sed Doctores dicunt, & nos cum illis, debere intelligi etiam perfectior, vt sanct. Antonin. 2. part. titu. 16. cap. 1. §. 2. & Abbas, & alij in cap. sanè. de regular. post Innoc. numer. 1. & Ioan. Andre. numero. 8. & Butrium numero. 7. petita, (ait citatum cap.) licentia, etiam si non sit obtenta, sed idẽd proposuimus supra dicta ordinum aliquorum priuilegia, vt intelligatur illis derogatum prædictum cap. licet. de regul. Lege etiam Aug. de Anco. de potestat. Ecclesiæ. quæstio. 97. articulo. 5. & Cassanẽũ in suo Cathalog. gloriæ mundi. parte quarta. consideratio. 58. & 59. quamuis ibi multum affirmet nostrum Cysterciens. Ordinem defluxisse, quia certè ipse non viderat obseruantias & reformationes, quæ in Hispania & alijs partibus surrexerunt, vt modo extant. Ad æqualem vero religionem necessaria est obtenta licentia superioris; ad minorem vero solius Papæ dispensatio, & non alterius est necessaria, quod maxime perspiciendũ est, & maximè post Concilium Tridentinum, ses. 25. capit. 19. de regular. quo decernitur nullum, regularem cuiuscumque facultatis vigore transferri posse ad laxiorem religionem. O, quantos videmus perditos in laxissimis ex perfectis translatos, sua inquietudine, sed sibi viderint! Hæc digrediens dixerim obiter de votis religiosorum tra-

Stans in eorundem gratiam, cum illis præcipuè scribamus.

§. XXVIII.

ABBATES Autem, & alij superiores regulares, & si cum sola rati habitatione capitulorum, vel suorum superiorum, possint emittere vota quæ nõ præiudicent suæ religioni, vel regimini, in reliquis dicimus idem de illis, respectu suorum superiorum, atque quod diximus de religiosis respectu ipsorum: tamen (quod aliquibus ipsorum displicere arbitramur) non possunt vouere peregrinationes, quia cum residentia Prælatorum sit ex iure diuino, & inuigilatio necessaria, esset in præiudicium officij maximum, & si voueant, peccant, & iure ipso votum est irritum, vt habetur cap. Abbas. 18. quæstione secunda. quod etiam tenet verum etiam si voueat ire in subsidium Terræ sanctæ, vt optimè Syluest. verbo, votum. 3. §. 4.

§. XXIX.

EPISCOPI Autem, etiam non possunt vouere peregrinationes extra diocesim, quia ex hoc irrogaretur iniuria vxori suæ (Ecclesiæ scilicet) cū qua est desponsatus, vt optimè dicit Hostiens. & habetur capit. nisi cum pridem. de renuntia. & capit. licet. de regular. potest tamen vouere ingressum religionis cum rati habitatione licentiæ Papæ, iuxta Petrum de Palude. quicquid Hostiens. contra nitatur, & iuxta eundem (quod & credimus) tenetur verè, & non fictè renuntiare in manibus Papæ, & suum votum declarare: si autem Papa renuntiationem non acceptet, absolutus est à voto. Et si emisit votum peregrinationis, quod non valet, & hoc etiam

si pe-

si peregrinatio sit in subsidium Terræ sanctæ, quia esset magna absentia, vt patet capit. magnæ. de voto. & capit. Clemens. octaua quæstione prima. tenetur tamen expensas quas facturum erat, pauperibus elargiri, vel in subsidium Terræ sanctæ mittere. Alia vero vota ieiuniorum, & elemosynarum, & orationum, liberum est Episcopi emittere, & tenent, dummodo non præiudicent muneri Episcopali, vt patet capit. Clemens. citatum. & capit. relatum, el segundo, de testament. Clericus autem, habens curam animarum, sine licentia Episcopi, nullum votum emittere potest longæ peregrinationis, neque si emisit tenet, etiam in subsidium Terræ sanctæ, vt patet ex supra habitis & allegatis, & vltra illa, capite, non oportet. secundo. de consecrat. distinctione quinta. tamen potest vouere religionem & tenetur implere, absque aliqua Episcopi licentia vel superioris: & idem de omnibus Ecclesiasticis dignitatibus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decania, &c. quod habetur capit. duæ. 19. quæstione secunda. & tenet sanct. Thom. secunda secunda. quæstione vltima. & Abbas cap. quod Dei timorem. de statu monach. & dictorum beneficia, neque eorum fructus vltra necessarios ad seruitium beneficii, non possunt ab Episcopo alijs prouideri, vsq; dum dicti tacitè vel expressè profiteantur solenniter, vt patet. c. beneficiu. de regul. in. 6. & latè Canonistæ super. c. de lapsis. 16. q. 6. & c. Gofaldus. 17. q. 2.

§. XXX.

RESTAT Hic aliquibus dubijs respondere: & primo, si vnus voueat pro altero, an teneatur alter adimplere, quod nisi in vno casu non inuenio, nisi

Dd 4

ridi-

ridiculum votum (cùm ad votum necessario dixerimus, prærequisitam promissionem, quæ est actus propriæ voluntatis volentis se obligare, & non alium) simul, quando maritus vxorem infirmam, vel filium impubem promittit portaturos sanctum Iacobum, vel missuros alibi ad quodcumq; sanctuarium, & tunc vxor, vel maritus promissus ab vxore si quilibet eorum nollet, votum non teneret, neque esset obligatio. De filijs autem paruulis, quia matres vel patres inuoluunt votum proprium personale eundi & portandi eos, & reale aliquid offerendi pro illis, vtrumque votum obligat: secus, si filios paruulos vellent obligare ad vota personalia tempore quo rationis habuerint vsu, vt quod castitatem seruabunt, vel quod erunt monachi, quia talia vota nulla sunt, vtpote quæ requirant promissionem & deliberationem personæ, & si Anna primo Reg. primo. promissit, si Deus daret filium, se illum Domino oblaturam, non est ad propositum, quia illa oblatio perficiebatur quantum ad matrem attinebat, quod offerebat paruulum ablactatum in tabernaculo Domini, sed non tollebatur eius voluntas, quin postea eligeret statum, & hoc liberius modo. Hæres autem vota nulla personalia mortui tenetur adimplere, vt si mortuus promissit castitatem, vel quod ingrederetur religionem, non tenetur hæres eius hæc facere, neque si promissit peregrinationem cum votum sit mixtum ex personali, & reali, non tenetur ad peregrinationem, neque ad sumptus itineris: ad omnia autem realia vota mera tenetur, si hæreditatem acceptat, in conscientia, vt si promissit mortuus calicem, vel Eccle-

siam

siam ædificare, & de hoc illi constiterit sciat se teneri, quia illa obligatio cadit supra res quas hæreditario iure accipit, videat ipse quid acceptat, quia testans res suas voto, & cuicumque obligationi potuit subijcere: communis est omnium Doctorum doctrina, & similiter qui ab intestato mortuus est.

§. XXXI.

EX Quo emergit, quod si quis metu, vi, vel dolo, siue persuasione, retardauit volentem ingredi religionem aliquam, vltra quod mortal. peccat, & est excómicatus per decretum Concil. Trid. ses. 25. cap. 18. de regul. non tamen tenetur sic reuocans, dare religioni à cuius ingressu illú auertit, aliú talem nouitiú, imò & si iá ingressum nouitiú exire fecit. Et amplius dico, etiá si iá professum apostatare fecit, vel ipse loco eius ingredi, vel alterum talem, & tam proficuum religioni dare virum, non tenetur, vt fuit visus sentire Scotus in. 4. 15. distinctio. quæstion. 3. Ad secundum & multi alij saltim de faciente apostatare professum, imò etiam Antonin. prima parte. titulo secundo. cap. secundo. §. primo. & Adrian. in quarto. quæstione, de restitut. tertia. Sed tantum tenebitur tales persuadere, vt reuertantur ad cœptum iter, vel ad solenniter voto professum Ordinem, & ad hoc, facere quod in se est moraliter, neque teneri arbitramur suadere ingressum religionis illius, alterum æque proficuum, sicuti ille quem auertit, vel extraxit, quod sentit Caietanus, & visum est etiam Scot. vbi supra, mitius sentire: ad quam doctrinam persuademur vltra quod videtur esse grauissimorum Doctorum;

Dd 5

vt

vt sanctus Thomas secunda secundæ. quæstio. 62. articulo primo & secundo. & Caietan. ibi; nam licet non sit illis ibi sermo de speciali casu, in quo versamur, potest deduci ex tractata materia restitutionis ibidem ab ipsis. Et hanc nostram sententiam, tenens prius Ioan. Maior. expressè probat in quarto. distinctio. 15. quæstio. 17. non aspernandis argumentis, eandem tuctur Soto libro. 4. de iustitia & iure. quæstione. 6. articulo. 3. vbi optimè soluit contrariæ opinionis argumenta, præcipuè Palud. & Nauarr. Manual. capit. 12. numer. 44. & 45. Sed principalius adducor in hanc sententiam, motus ratione efficacissima: nam cum etiam ad fidem Catholicam nullus inuitus trahi debeat, & licet multos à religione Christiana Paganus deterruerit, vel ne accipiant dissuaserit, vel vi, metu vè astraxerit, nemo sanæ mentis dicet teneri talem Paganum vi iustitiæ commutatiuæ, vel etiam Christianus, tot homines Gentiles facere Baptizari, quot impediuit Baptizari, & à Christiana religione deficere fecit, & minus quod ex hoc teneatur ipse Christianus fieri, ergo à fortiori non est obligatio restitutionis prædictæ, quoad accipienda consilia Evangelica, quorum est religionis ingressus, sed est grauissimum peccatum mortale, vti dictum est, & si fiat de honestatione status religionis, est hæresis, & si cum in honoratione alicuius religionis sanctæ ex approbatione ab Ecclesia, tenetur ad restitutionem famæ: vt probant supra dicti Doctores, si autem retrahit aliquem ab ingressu religionis, huius vel omnium, ex bono zelo consideratis personæ leuitate, morbo, vel inquietudine, vel alio

alio iustitiæ in seculo impedimento, tunc non solum talis non peccat, neque incidit in censuram prædicti Concilij, verum ex charitatis lege procedit, & bonum de se opus facit, vt bene Nauarr. tangit vbi supra.

§.XXXII.

SECUNDVM Dubium: quo tempore quis teneatur adimplere votum, i. a vt mortaliter peccet intra illud non adimplendo? Tertium num vouens ingredi religionem satisfaciat intrando, & si non profiteatur, & insuper an vouens vnã debeat aliam ingredi, & an vouens strictiorem satisfaciat in minus stricta; & quid faciet qui promissit ingredi religionem sancti Benedicti, in congregatione Cythercenti, siue sancti Bernardi, si ibi non admittitur? Et demum quinto, si qui promissit voto astringens se virginitatem, si illam fregit, an teneatur sub voto castitatem seruare, & qui religionem vouit, matrimonium contrahens, an illo quomodocumque dissoluto, teneatur adimplere votum?

QVOD Primum respondemus, quod si quis præfixit tempus voto adimplendo, vt intra hunc annum ero religiosus, vel ibi sanctum Iacobum, sub mortal. teneatur intra illud tempus suum votum adimplere, nisi intra illud accidat impotentia, vel necessitas naturalis, vt infirmitas, vel extrema parentum necessitas, vel nisi intra id tēpus, quis faciens, quod in se est, non potuit, res suas disponere seculi, pro tuitione conscientie, quod relin-

relinquimus ad iudicium prudentis confessorij, nisi enim in his casibus, non adimplens votum intra taxatum à se tempus, non est absolvendus: doctrina est sancti Thomæ, secunda secundæ quæstione. 88. articulo. 9. præcipue ad tertium. & in quarto, distinctio. 38. quæstione. 1. articulo. 1. imo doctrina est iuris diuini, Deuth. 23. Si autem quis vouit non præfiniendo tempus determinatum, non peccat mortaliter, nisi quando tantum differt adimpletionem, quod fit impotens ad impletionem voti, Verbi gratia. Si votum est reale, & ex dilatione quis videt, quod consumuntur res & substantia eius, ita vt si magis differat, adimplere non poterit eleemosynã, ex tunc dilatio est mortalis; & sic votum est personale, & ex dilatione persona fenescit, vel fit impotens, vt peregrinari non possit, neque in religione, (si illam vouit) admitti, ex tunc non est in bona & sana conscientia, & quando incipit esse in periculo huius impotentia, nisi adimpleat, nõ est absolvendus: quæ doctrina & regula est omnium doctissimorum, vt patet ex Caieta. supra citatum locum S. Thom. artic. 3. & Nauar. Manua. cap. 12. nu. 41. quamuis non placeat eius regula, quia remittit iudicium peccandi, vel non peccandi mortaliter. ad remorsum cõscientiæ vniuscuiusq; quæ regula, est non equa, sed plumbea in multis, vt illa Lesbica: nam & si iuxta Chrysostomum optimum sit testimonium conscientia, imo iuxta Paulum: tamen hoc solum est apud timoratos, & habentes salutis suæ curam, non tamen apud illos qui plus æquo sibi blandiuntur, & minus æque contra suam obligationem iudicant: & sic nobis curæ fuit regulam

can-

eandem ponere timorata conscientia pro se, & diligenti confessorio pro seignibus. Vnde obiter inferimus, quòd nulla res, siue negotium, homini cõtingere (dempta naturali impotentia) potest, quo excusetur ab adimpletione voti sub mortali: nam & si contrahat matrimonium, & illud ratum est & firmum, & si virginitatem seu religionem vouerit, tamen contrahendo, mort. peccat, & petere debitum non potest: licet possit reddere: & tenetur eodẽ vinculo voti, si quomodocumq; matrimonium dissoluatur morte, vel separatione. Et qui virginitatẽ vouerat, tenetur ad castitatem, de quo latius infra, & habens votum simplex religionis eligatur in Episcopum, tenetur renũtiare electioni de se facta, & si religionem intrare sub mort. neque ad hoc est necessaria Papæ licentia; doctrina est quæ habetur expresse ab Innoc. III. cap. per tuas. de voto. & tenet Syluest. verbo, religio. 2. §. 19. Ad secundum, de quo dubitatum est, & tertium ordine respondeo, in hoc vnumquemque sibi esse Doctorem, si enim vouens, voluit se obligare ad ingressum & probationem religionis status, & hoc solum intendit promittere, intrans satisfacit, & si non profiteatur, quamuis talis modus vouendi non sit perfectus, neque votum nimis acceptum, sin autem, respondere debemus secundum communem intellectum huius promissionis, & voti, quò quis promisit se intraturum religionẽ, Hispane, *Prometo y hago voto de meterme frayle* (quæ regula alijs Vernaculis linguis iudicandi tribuimus ansam) dico in communi modo intelligendi, taliter vouentem teneri ad perseuerantiam vsq; ad professionem, & facere totum quod in se est: secus: votu

illu-

illucufque non adimpleuit: nam aliàs quæ differen-
tia eſſet inter intrantem religionis probationem, &
nouiciatum, ſine voto, & illum qui ex voto?

§.XXXIII.

AD Tertio loco quaſitum, dico abſolutè, pec-
care mort. eum qui vouit religionem perfectiorem
& ſtrictiorem, ſi profiteatur in minus perfecta &
minus ſtricta religione, tamen profeſſio facta in
quacumque ab Eccleſia approbata, eſt valida, &
dummodo poenitentiam egerit facti, de cætero non
debet ſolicitus eſſe, neque ſcrupulis vacillare, ſed
ſeruire Deo ſub iugo quod elegit, & hoc etiam cum
nouitius eſt, exire non debet. Tamen in gratiam
curioſorum, & ad multos ſcrupulos ſedandos, vo-
lumus hic ſicut fecit ſanct. Thom. 22. quaſtio. 188.
religionum comparationem facere, in quo primo
obteſtamur Deum, nos non moueri aliò zelo, quam
indagandæ veritatis, ſicut ille ſanctus, abſit à legè-
tibus inuidia ſicuti à nobis (gratias Deo) abeſt petu-
lantia, & vanæ gloriæ ſtudio: ſeu propriarum (vt
aiunt) acuum laudatio, ſcio enim, omnes religiones
ab Eccleſia ſancta approbatas eſſe virtutum ſcho-
las, vitiorum abominatrices, diſciplinas militares
coeleſti ſmilitiæ; tamen hinc non tollitur excel-
ſus tum perfectionis viæ ad culmen charitatis, tum
aſtrictioris belli contra vitia, neque enim omnino
idem ſunt (vt vulgus exiſtimat) ordinem eſſe perfe-
ctiorem, & eſſe ſtrictiorem: nam ab inuice dantur
ſeparata ſtrictio maior, & maior perfectio: nam cū
religionum diuerſitas, attendatur primario ex par-
te finis, qui eſt perfectio charitatis in hac vita: &

quam-

quamuis omnes religiones quæ tales dici poſſunt,
hunc finem intendere debent, vt ſe totos Deo de-
dicent, & quamuis media vniuerſalia & commu-
nia ad dedicandum ſe Deo ſint tria vota, quæ eſſen-
tialia vocamus, ſcilicet caſtitaſis, paupertatis, &
obedienciæ: ſine quibus religionis ſtatus conſiſte-
re nequit, tamen ex diuerſa maiori ſiue minori ap-
proximatione ad hunc finem religionis, quæ fit
per diuerſa charitatis exercitia, diſtinctio earum
ſicuti & perfectio attenditur; ſtrictio autem, ex eo
quod magis minusuè, caro domatur, vtpote im-
pediens ſecundum ſuam concupiſcentiam, perfe-
ctionis iter ad charitatem: vnde fit, vt detur reli-
gio ſtrictiſſima quoad veſtitu, victu, ſomnu, habita-
tionem, &c. quæ non ſit tam perfecta ſicuti alia,
quæ in his non ſit adeò ſtricta. Victus enim & ve-
ſtitus Cartuſianorum, & noſtrorum Cyſtercen-
ſium, & domus habitationum, non ſunt adeò ſtri-
ctæ, & tenues, vt Carmelitarum reſormatorum,
ſiue Diſcalciatorum, & Franciſcanorum: tamen
quis dubitabit contra ſanctum Thomam prædi-
ctos duos Ordines imperfectiores eſſe? ſpecialius
igitur loquentes, dicimus etiam ſimpliciter reli-
gionem eſſe perfectiorem, alia, cuius exercitium
præcipuum eſt, circa finem perfectiorem, & quia
Religiones Monachiæ bene inſtitutæ, & non re-
laxatæ, præcipuè in contemplatione verſantur,
& ad illam ſunt inſtitutæ, & illam ſectantur, ſunt
perfectiores Mendicantibus, vtpote, ſicut Maria op-
timam partem elegerunt. Nam Mendicantes, circa
actiuæ vitæ opera magis laborant, & præcipuè iu-
uando proximos, & carnem macerando, in frigore
& nu-

& nuditate & mendicitate, & sic generaliter Mendicantes religiones quæ non penitus à suo defluxerint instituto: sunt strictiores monachalibus, vnde illa Extrau. Mart. V. viam ambitiosæ intelligitur, quæ mendicantibus intercluditur via, ad transeundum ad ordines monasticos, quia licet sint perfectiores, cum (vt fatetur conditor Extrauagantis illius) sub palio huius perfectionis maioris, operiant vt in plurimum mendicantes, leuitatem & ambitionem, fugiendi strictiorem paupertatem, & obtinendi aliquod beneficium seculare, qualia multa obtinent Canonici regulares præcipue: ideo vna sola excepta Cartusia religione, omnium aliorum monasticorum ordinum etiam Canonice regularium, ostium clauditur ingressus siue mutationis: quia Cartusiæ ordo in hoc vno præter alia eximia religionis opera, inuigilauit, vt primum feruorem, & antiqua instituta, maximè conseruare statuerit, & studuerit. Quod contra nostræ illustrissimæ Cisterciensi familiæ contigit, quod cum fulserit, vt stella matutina in medio nebulæ, in suis initijs & aliquantulum progressus, in toto orbe, vt dicit Bened. XII. Papa, in quodam suo diplomate, postea defluxit maximè, vt contigit præcipue diebus illis Martin. V. & maximè Cælius memoriæ prodijt, tamen in diebus nostris, imo ab hinc ceterum viginti annis, anno vltimo eiusdem Martini. V. cœpit reformari prædictus ordo, & pristino restitui vigori, in Regnis Hispaniæ, & postea Neapolis, & nouissimè hisce diebus Romæ, vt omnes querelæ iure cessare debeant, & prædictus ordo antiquum recuperauit decorè. Vnde hodie (testis mihi Deus sit, imo & sunt omnes quotquot oculis equis prospici-

prospicere voluerunt) non videtur in Ecclesia Dei, vel ordo perfectior strictiorvè, in speciali monachorum paupertate, obedientia, abstinencia, clausura, subiectione, silentio, ieiunijs, & alijs obseruantijs, & hospitalitate. Vnde & si contemplatione ceteros ordines antecellit, vt S. Tho. docet. 2.2. q. 188. art. 6. actiue vitæ operibus nulli est inferior. Et extat quædam ab hinc quadringentis septuaginta annis concordia, inter Cartusiam & hunc sanctissimum ordinem, vt hinc inde, Monachorum non admitteretur transitus, quam ego legi in hoc insigni Cœnobio Carrazetenſi, in quodam originali coriaceo siue pergameneo, scripto ab hinc quadringentis annis, hæc dixerim adhuc cõmuniter loquens nisi quod obiter hoc se obtulit & diximus, in gratiam legentium, quod neque omnino erit inutile addicenda.

§. XXXIII.

ADDIMVS Insuper nullum esse ordinem ex approbatis, in quo non sit, & sollicitudo Marthæ, quo ad opera misericordiæ, impendenda, & Mariæ otium ad vacandum Deo, iuxta contemplationis requiem: secus in religionibus non esset cõdignum Dei hospitium, vbi aliqua fororum deficeret: vt dicit Aug. sermo. de Assump. Virgi. supralectionem illam: Intrauit IESVS in quodam Castellum, Lucæ 10. & sanctissimus P. N. Bernard. sermo. 3. eiusdem festi, tamen vbi magis Mariæ otium, quam Marthæ negotium excelluerit, imò vbi ambo vigerint officia, & insuper, vbi ultra hoc tractetur de illuminatione proximorum, per prædicationem & doctrinam, hæc perfectissima religio. Ex quo dicimus,

Ec quod

quod omnes religiones mendicitate viuentes: quæ non sunt equator medicantibus, scilicet Dominicanorū, siue Prædicatorum, Franciscanorum, seu Minorum, Augustinianorum, siue Eremitarum, & Carmelitarum, relatis in cap. vnico. de relig. domibus, in. 6. & nominatis à Greg. IX. in Cõcil. Lugdu. posse transire ad dictos quatuor, & ad quemlibet illorum iure communi, scilicet petita quamuis non obtenta superiorum licentia, iuxta tenorem capituli licet. de regular. idem dicimus de illis monasticis, vel quasi monasticis ordinibus obseruantibus regulam sancti Augustini, vt de Præmostatensibus, & Hieronymianis, quamuis nimis in his vigeat obseruantia regularis. Et consequenter dicimus, quod qui vouit Religionis ingressum, quorumcumque prædictorum ordinum nominatim satisfaciet, & in melius mutabit intrans quemcumque quatuor prædictorum ordinum Mendicantium: loquor in omni hac materia, iure communi: nam de specialibus priuilegijs Apostolicis, supra. l. præter ius commune concessis, neque potest, neque debuit à nobis penè infinita fieri mentio, neque de his curare debent vouentes. Sed eorum promissio, iuxta cõmune ius à Doctoribus, & confessarijs est interpretanda, secus quod ad iam professos, quoad transitum, quia aspicienda sunt priuilegia: idem dicimus de Canonicis regularibus S. Augustini, imò & de verè pijs & modestis Patribus ordinis clericorum Societatis I E S V, quorum plantationem nouellam, in insigne augmentum dat Deus & dabit.

§. XXXV.

§. XXXV.

NVLLVS Professus quatuor prædictorum ordinum Mendicantium, potest transire ad perfectiores, etiam quoscumque ordines monasticos Benedictinorū, Camaldulensium, vel Cœlestinorum, vel etiam, Cisterciensium, nisi ad solum ordinem Cartusienstem, ob eximiam & perpetuam clausuram, qua clauditur ambitionis fucus, obtinendi beneficia secularia, & hoc post dictam Extrauag. viam ambitionis. Nam ante illam communissimus erat transitus, vt in ipsa refertur: nam illa prouidetur ne prædicti ordines religiosi careant, & clarius hoc Benedic. XII. Papa dicit in quodam priuilegio. ordinis Cisterciensis num. priuileg. 60. concessio anno 1334. Auinioni. 4. nonas Iulij Pontific. sui anno primo, quo vetat ob quietem Cisterciensium, prædictos mendicantes recipi deinceps. Tamen emitens votum simplex, cuiuscumque ex quatuor ordinibus mendicantibus: & à fortiori aliorum ordinum mixtorum, vt sunt illi de Mercede, & Trinitarij, & omnium supradictorum monasticorum, vel quasi, adimplet votum suum tutè, & in melius mutat intrando Cartusienstem ordinem, & etiam ordinem quemcumque monasticum regulæ sanctissimi Benedicti, vbi iuxta eius regulam Ducis Monachorum, & Patriarchæ viuitur, vt fit in illustri congregatione Cisterciensi, siue sancti Bernardi, præcipuè vbi est reformatus, & sub obseruantia, vt in regnis Hispaniæ, & modo Romæ, & rationes imò & iura expressa (vltima priuilegia) non desunt ad hoc, eius enim sum ingenij, vt quæ aliqua amoris passione, seu phy-

Ee 2 lautia,

*Comenda-
tio ordinis
S. Bernar-
di Cistere-
ciens.*

lauria, vel affectus in meos, quæ (testis est Deus, cui in hoc seruire veritate, & non mendacio volo) à me omnino abest, maximis neruis, & indissolubilibus rationibus fundata credibilia reddere nimis velim, quibus suspicio absit omnis. Habetur enim primo expressè ex doctrina, ex iure, cap. non est vobis. de regular. & transcunt, vbi est glossa expressa de ordinis Cisterci. maiori perfectione: certum enim est, quod tempore Innoc. III. conditoris cap. siue decretalis relatæ, cap. licet. de regul. & trans. ad relig. Tum duo illustriores mendicantium ordines Dominicanorum, & Franciscanorum, iam recenter fuerant instituti, vel iam de illis tractatum anno, scilicet. 1216. qui est datæ prædictæ de Decretalis, vt patet ex originali copia: & insuper omnes religiones monasticæ, non erant tunc temporis nimium relaxatæ, neque Canonorum regularium, sed Pont. Innoc. III. citato cap. licet. decernit expresse illum, qui ex Conuentu Dimoliensi Monachum transierat, ad ordinem istum insignem Cisterciensem, fecisse vt apud Cistercienses vitam duceret arctiorem, & perfectiorem, vt liquet ex præfaciuncula capitis: ergo ab hinc ferè. 400. annis hic ordo alijs, qui tunc non adeò, vt nunc deflexerant perfectior, non solum verum & strictior iudicabatur ab Ecclesia Dei. Ergo à fortiori modo, quando aliquantulum alij defluerunt, & si reformati sunt plures, non tamen adeò suo sunt antiquo decori restituti sicuti ipse, vbi reformatus viget. Sed est aduc aliud, & aliud ipsius iuris argumentum, in Concil. Lateran. sub Innoc. III. illo celeberrimo. plusquam duorum millium patrum cap. 12. relato. cap.

in

in singulis. de statu Monacho. iubetur omnibus per vniuersum orbem dispersis regionibus, vt ad conseruationem status, & meliorationem religiosæ vitæ, celebrent sua capitula vt modò fit, & quod omnes aduocent duos Cisterciens. siue sancti Bernardi ordinis Abbates, à quibus instruantur in religionum regimine: ecce hic ordo, metrum & mensura aliorum ab Ecclesia tunc incipientium ponitur, neque parum imò multum iuuat, ad hoc pientissima illa correctio Concilij Lateran. sub Alexand. III. quæ habetur tertio tom. Concil. parte dicti Concilij 49. relatæ cap. recollentes. de statu Monach. vbi Ponti. & Concil. vocant hanc religionem plantationem sanctam, vitam fructiferam, vineam Domini Sabbaoth, vbi videnda & notanda cura est, quæ sancta mater Ecclesia prouidebat ne ordo hic illustris (vt in aliquibus monasterijs cœperat aliquantulum fieri) deuiaret à sui illustrissimi initij viribus & perfectione: & ad hoc maximum est argumentum comminatio eiusdem capitis, infra cum dicat Pontif. quod si in hoc ordine Cister. siue sancti Bernardi voluerint relictis originalibus ordinis institutis, ad communia aliorum monasteriorum, siue ordinum iura diuertere, oportere, & ordinem dictum communi iure censerì: quasi illum qui perfectissimus censebatur, & vt alijs specialissimis decorabatur fauoribus, si communibus aliorum ordinum vteretur quasi alicuius imperfectionis licentijs, communi etiam illorum lege iudicari imposterum debere. Et addit infra. §. cæterum. quod si aliorum ordinum, vel monasteria, vel personas receperint dicti Cistercienses, quod faciant illa, vel in illis degi

Ec 3

&

& viuere, secundum Cisterciens. ordinis instituta; hic est ergo ille communiter in Ecclesia vocatus priuilegiatus, & certè extat peculiaris Ecclesiæ matris in illis affectus, titulo de dicimis, extra cap. ex parte. & cap. suggestum. & cap. ad audientiam. & non deest magnum argumentum, ex allata Extrauag. Martini Quinti, viam ambitiosæ: quia ibi intercluditur ostium mendicantibus ad ingressum monasticorum ordinum, vel Canonicorum regulam excepta Cartusia; quia ibi nullus est additus ad seruienda secularia beneficia: at ordo Cisterciens. pari pede sic visus est currere, cum prædicto Cartusiæ ordine, & sic sunt & fuere hæ duo instituta similitudine, & amore vinculisque amicitiae deuincta, & constitutionum. Vt viguerit & vigeat ab initio institutionis amborum lex, de non admittendis fratribus huius in illo, vel illius in isto ordine, de qua supradiximus, quam non dubito habuisse initium diebus sanctissimi patris nostri Bernardi maximi, Cartusianorum amatoris, vt patet præter plures alias, Epistola illa siue tractatu ad fratres de Monte Dei, ex qua desumpserunt patres Cartusiani, non minorem partem suarum sanctissimarum legum & institutorum: ergo si huic ordini defuisset tempore Martini Quinti, seruitiorum beneficiorum secularium prouisio, sicuti modo, extra ordinem deest, (extra monasteria inquam) certè sicuti Cartusiam, sic & Cisterciensem ordinem reseruaret dubio procul. Et ne in numeram priuilegia referam, sufficere credo illud Innocent. Quarti, expeditum anno. 1245. sexto nonas Maij, anno secundo sui Pontif. & habetur numero priuileg.

uileg. dicti ordinis vigesimo, numero primo & secundo, vbi expressè dicit ordinem Cisterciensem, non eguisse adiutorio alterius ordinis, sicut alij eguerunt suo. Et illud Alexand. Quarti expeditum anno. 1260. Anagninæ idibus Iunij Pontif. sui, anno sexto, & est vigesimumquartum in nume. priuileg. dicti ordinis, & aliud numero. 41. Clementis Papæ Quarti datum Perusij Pontif. sui, anno primo idibus Iunij, quo mire de hoc ordine applicatum, interpretatur illud libri Esther, de fonte paruulo, & dicit hunc paruulum fontem in suis initijs, cæteras postea irrigasse Religiones, & Ordines, &c. Encomiaque prudens omitto legenti, ne videar mei ordinis blandus assentator. Et aliud Gregorij IX. priuileg. quadragesimo tertio dicti ordinis, expeditum anno. 1275. nonis Aprilis Pontif. sui, anno quarto, in quo vt alia innumera referam verissimè refert (quod ferè quis ex vulgo credit) quod in dicto ordine fit: sunt enim pauperibus infirmis & hospitibus largi, sibi parcissimi, alijs diuites, sibi pauperes, omnibus blandissimi, sibi rigurosissimi, & certè quod viderat hic sanctus Pontif. hoc fatetur: nam non ignorò vulgus eum videt Discalciatum Franciscanum, & Carmelitam, ex reformatis pauperrimo habitu indutum, domos strictas, & paruis cellis, & pedestres ambulare: nostros vero & Cartusianos, Mullisvè hi, habitu albo & nigro honoratissimo, famulis seruari, Monasteria ampla & nitida iudicant illorum rigorem extremum, horum vero lautam potius vitam, ad quorum defectuosum, & (vt verè est) vulgi iudicium respondet, dictus Pontif. imò respon-

derat iam sanctissimus Pater N. Bernardus licet ad aliud propositum, quod isti sic iudicantes, vident consolationes nostras, & non vident cruces nostras. Vellem vt sicuti vidit iste Pontif. aspexissent specialem monachorum paupertatem in cellis, in lectis, in utensilibus omnibus, ita vt huius Anferinæ poenæ, cum qua hoc scribo licentiam Abbatis inscriptis habeam: & Abbas eius mentionem in memoriali, quod eorū quæ quilibet in vsu habet apud se retinet, aspicerent optarem vigilias, perpetuum chorum, ieiunia, selectum ciborum, clausuram perpetuam, eremi carcerem, perpetuum silentium, & quod magis est maximam in Ecclesia Dei Prælatorum, & multorum præsentium obedientiam supremam, sed de his satis, qui non credit veniat & experiatur. Vnde quicumque vouens ordinē istum in solius Cartusie ordine adimplere votum suum sine culpa potest, sicut & intrando illud adimplere potest votum de intrando Cartusiam factum, & cuiuscumq; alterius ordinis; promittēs vero quemcumque ordinem, etiam monasticum regulæ sanctissimi Benedicti, in melius mutat intrando Cisterciensem, non tamen promittens Cisterciensem reformatum, intrando quemcumque ex regula sancti Benedicti. Quicumq; promittens ordinem vnū ex quatuor mendicantibus, adimplet tute intrando alterū ex quatuor, nō tamē intrado ordinē Mercedis, vel Trinitariorū, vel Apostolorū, vel Barnabæ in Italia, vel Terciariorum, vel Canoniorum, ordinum militarium, neque etiam ingrediens ordinem clericorum Societatis IESV, loco iure communi, & absque priuilegijs: benè tamen

men è contra promittens hos potest tute adimplere intrando illos, de minimis quos de victoria vocant æquiparant omnes, & nos ob illorum rigorem quatuor mendicantibus.

§. XXXVI.

ADDIMVS Insuper qui vouit esse, vel ingredi ordinem sancti Fracisci Discalciatorum, tute adimplet intrando Calciatos de Obseruatiã, quia in illis non est distinctio, sed transitus communis ab vno in alterum, cum sola licentia Prouincialis: at promittens se futurum Carmelitam Discalciatum; nō adimplet tute votum, intrans Calciatorum Carmelitarum ordinem, quia in illis non est adeo facilis ex cōstitutionibus transitus suis: & insuper est notabilissimus in reformatione, & obseruatijs excessus, vt potius alium dicas ordinem, si attente perspicias. Faxit Deus vt in dies magis magisq; omnes religiones crescant, & virtute, & numero seruorum Dei, sunt enim dentes & nerui Ecclesie sanctæ. Solum hic addam, quod nullus superior vilo colore religiosum sibi subditum potest licentiare ad transitum laxioris, vel minus perfecta religionis, sub mort. & factum non tenet, sed solum Papa hoc potest, vt habetur expressè Concilio Trident. sess. 25. cap. 19. de reform. regul. Potest tamen inferior Prælatus dare licentiam, ad equalis religionis transitum, quod autem diximus de perfectione religionum, tractant vltra sanctum Thom. secunda secundæ, quæst. 188. & quæst. 189. artic. 8. & Doctores Canon. supra cap. non est de regul. vbi est optima glossa ad supradicta Abbas, Panorm. & alij super cap. sanè. de reg. & Innoc. ibidem num. 1. & Ioan.

Andre. nu. 8. & Butri. num. 7. S. Anton. 2. p. tit. 10. cap. 1. §. 2. & August. de Ancona de potestate Ecclesiast. quæst. 97. artic. 5. Cassianus in Cathal. gloriæ mundi. part. quarta, confid. 58. quæst. 59. legatur, & Syluest. verbo, religio. quarto. §. primo, & §. 6. & septimo, quamuis contra regulam à se ex sancto Thoma positam, de perfectione Religionum, nimis deuiarat à veritate amore propriæ familiæ, quamuis sanctissimæ Dominicanorum, vnde moratus, & melius loquitur sanct. Thom. secunda secundæ, quæst. 189. art. 4. & Caietan. ibi & si ambo etiam fuerint Dominicani. Hæc ad longum tractauimus, quia nusquã sic tractata reperi ea quæ nollem ab studiosis desiderari, sicuti à nobis quondam: solum hoc in calce aduertens, quod iam monachorum præcipuè nostrorum religio ordinata est à sua institutione, ad diuina mysteria celebranda, & sic omnes sunt Sacerdotes, Monachi, & Prædicatores maiori ex parte, in tantum vt in sola Hispania sint plusquam decem Collegia, sacræ Theologiæ, & plus hodie quam quingenti verbi Dei concionatores, cum non sint octoginta monasteria, in tota Corona Hispaniarum, & sic maximè floret hæc sancta religio omni ex parte.

§. XXXVII.

AD Quarto loco quæsitum respondeo, ex mente sacrè omnium, quod qui promisit determinate vnã aut alteram religionem ingredi, ver. g. Cartusiam, vel sancti Bernardi, tenetur sine fraude requirere quatuor, vel quinque monasteria, & orare quantum potest, & illa media ponere quæ moraliter

raliter poneret, ad rem seculi sibi in temporalibus proficuum, maximè adipiscendam poneret, secus non est tutus in conscientia, & hoc festo debet quiescere, neque tenetur ad requirendam voluntatem alterius Religionis, neque ad omnia monasteria huius promissæ, neque enim Metaphysica, vel Mathematica, diligentia in rebus moralibus petenda est sed moralis: si autem Religionem in communi promisit, tenetur vniuscuiusque earum quæ in suo regno (nam extra regnum exire nemo Doctorum illum obligat) dempto fratre Ioseph. Angles singulariter, & sine ratione loquente in suis Floribus supra quartum Sentent.) satis iusta Morali & æquitatis ratione, vigent, Religionum approbatum duo, ad minus Monasteria requirere sine fraude, & cum omni desiderio, & si ab omnibus repellitur, intelligat se inutilem religionibus iudicari, & liber remanet neque tenetur qui vouit esse Religiosum intelligens tacitè, vel virtualiter ex Sacerdotibus & choro addictis, si ad laicorum siue conuersorum fratrum (vt nos vocamus) gradum admittatur, non tenetur ingredi, quia hoc in suo voto non intendit: quod contra supradictum frat. Ioseph. sit dictum, neque mirum imò laudabile & sanctissimum, quod à Religionibus non omnes admittantur, non enim debet DEO claudum aliquid, vel maculosum offerri, neque domus & cœlæ DEI, debent esse stercoraria mundi.

Ad ultimo modo quæsitum respondeo: quod est quæstio facti & non iuris, & sic responsio ex facto dependet, si enim qui virginitatem promisit

solam

solam abſtinentiam à primo actu venereo, quo virginitas perdetur intenditur, fracto virginitatis ſigillo, & ſacrilegio admiſſo liber impoſterum remanet à voto, neq; in alijs actibus ex vi voti peccabit, & tute poterit matrimonium contrahere, debitum petere & reddere, quia actus agentium non habent vim ultra fines ſuos, vt patet cap. ad audientiam. de decim. & l. non omnis. ff. ſi cert. pet. ſin autem hoc non intendit vouens, ſed quod communiter ſonat, etiam rupta virginitate, ex vi voti ad caſtitem tenetur, neque contrahere licite poteſt: & ſi cõtrahat, non poteſt abſque Epifcopi, vel Ordinarij diſpenſatione debitum petere: legatur Nauarr. Manu. cap. 12. nu. 43. quamuis certè ibi falſum vnum dicat, vel non coherens, quod obiter nos docere volumus, ſcilicet, quod qui vouet vxorem non ducturũ, non teneri ad caſtitem ex voto, quod certè falſum iudicamus: nam aliàs de non ducendo vxorem, vel non nubendo, votum non poteſt eſſe, niſi ratione perfectioris & melioris ſtatus, vt manet præſuppoſitum ſupra in principio: at ſolutorum vita non eſt melior, imò eſt periculoſior vita coniugatorum ſub ſancto matrimonij Sacramento, niſi ratione caſtitem, iuxta expreſſam Paul. doctrinam. 1. Corint. 7. Dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant ſicut & ego: quod ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere quàm vri: ergo ſi non cõtinent, minus bonum eſt: ergo de non nubendo, vel votũ non eſt ſine incluſa continetia, vel ſi votum eſt, illam includit; & ſi illam non voluit includere, imò eſt licentia luxuriandi, & laxius viuendi, peccatum eſt & non votum: & ſic ducendo

vxorem,

vxorem, vel nubendo non peccat, quidquid indiſtinctè dicat Nauarr. qui ſi diſtinctius locutus fuiſſet nobiſcũ, credo ſentiret. Sed ſecutus fuit vt allet Summam illam Roſel. verbo, impediment. 4. c. 12. Votum autem factum de nubendo, vel ducenda vxore, votum nullatenus eſt, cum ſit & ſi bonus & ſanctus, & adeò inſtitutus, omnibus tamen imperfectior & inferior ſtatus, & ſic eſſet deſcendere neq; continendo, vt patet ex argumẽto cap. Nuptiæ. 32. q. 1. Secus autem ſi illud voueret quis, quia ſolutus ſentit ſe pro num ad luxuriam, & in mixtum occaſionibus & facile cadere, nam tunc intrat Pauli doctrina ſupra allata, & ſi vouit matrimonium in hoc caſu tenet, iuxta S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. & expreſſus Caiet. ibi. Demum ad quinto ſiue vltimo quaſitum reſpondeo, quod qui religionem vouit intraturum, & matrimoniũ contraxit, tenetur ſub mort. ante conſummationem matrimonij illam intrare, ſed cõſummato matrimonio, etiã tenetur ſub mort. intrare ſi vxor cõcedat vltro: dico vltro, quia non tenetur illam perſuadere vel rogare, vt concedat, neq; tenetur manifeſtare illi ſe vouiſſe. Et mortuo altero coniugum, ſiue quomocumque diſſoluto matrimonio, per iudicem Eccleſiaſticum & eius ſententiam, tenetur qui religionem vouerat ſub mort. illam intrare, & qui caſtitem ab illo puncto illam ſeruare de quo iam ſupra. Qui tamen vouit religionem intrare & non recipitur, vel impotens ad illam factus eſt abſque fraude, non tenetur ad caſtitem neque ad aliud ſolenne votum, ſed tute poteſt vxorem ducere, vel nubere mulier viro: quia votum de intrando religionem, nõ eſt votum caſtitem.

tis, &c. sed intrandi vitam vbi castitatem quis voueat, & sic non intrans, vel non receptus cum deficiat primum deficit, & non habet effectum voti emissio de secundo, cõmunis est doctrina omnium, præcipuè S. Tho. 2. 2. q. 189. art. 3. Soto lib. 7. iustitię & iuris. q. 2. art. 1. demptis paucis minoris notæ & authoritatis in hoc deceptis.

§. XXXVIII.

REMANENT Autem modo aliquot quæreda pro resolutione huius materiæ à Parocho, curioso vè cõfessario. Primò, votum emissum sub cõditione, si hoc euenerit voueo hoc, tenet ne? cum non sit deliberata promissio, quod ad ratione voti diximus pertinere? Secundo tenent ne vota pœnalia, vt si in hoc peccauero, promitto me iturum Romam, vel Hierosolymam, tenent ne? Tertio vota emissã metu sint ne valida?

Ad primum dicimus, quod votũ factum sub cõditione, quæ de se est bona adimpleta illa votũ obligat, secus non, iuxta regulam iuris peritorum cap. si prote. de rescriptis in. 6. & l. cedere diem. ff. de verb. signi. quod omnis contractus conditionalis deficiente cõditione, reddit in suam naturã, & sic, qui promissit peregrinationẽ Deo si filio suo salutem, vel patri dederit, si salus secuta nõ fuisset, nec à Deo data, non obligatur voto: diximus de re de se bona, quia si quis voueret Calicem si adipisceretur mulieris consensum ad coitum illicitum, tunc non votum emitteret, imò committeret sacrilegium: si autem quis voueret peregrinationẽ, si Deus daret illi filiũ ex cõcubina obligaretur voto, quia & si actus generationis cum non suasisit malus, quod autem illa

pariat,

pariat, & ille ex illa recipiat filios, donum Dei est & desiderabile, vt diximus supra. Vnde colligo primò, quod vouere Deo aliquid si nõ fornicauero in tota vita, vel non furauero aliquid, votũ non est, imò habet quandam speciem illusionis, & quasi à lectionis ad fornicandũ vel furandum, vt voto non teneatur: nam omnis cõditio cuius adimpletio est in nostra potestate mera, nõ potest cadere sub obligatione conditionata voti, absolutè autè in nostra est potestate peccare, & deficere à Lege Dei. Secus autem si quis habens propositum vitandi fornicationem & furtum, &c. peccata mortã. si sic voueat, promitto Deo peregrinationem, si adiuuerit me ad perseuerãtiã, sine fornicatione vnus anni vel plurium: nam si illo tempore illam vitauerit certo, & de fide Catholica sciat adiutorio Dei factum, & cõditionem à Deo adimpletam, & sic voto teneatur: quam doctrinam, & si communissimè accidat, a nemine hucusq; vidi traditam in speciali.

§. XXXIX.

AD Secundò quæsitum respondeo, quod si id quod sub pœnã promitto facere est opus bonum, imò opus melius contrario, vel quasi cõtrario eius, ad cuius adimpletionem pœnam mihi impono, si opus bonum non fecero, de quo est promissio, vel malum non vitauero, teneor obligatione voti seu pœnæ impositę. Exẽplis hæc doctrina quo ad simpliciores patefiat, dicit quis, si amplius iusero, vel fornicatus fuero, promitto ingressum Religionis, vel quod ibo Hierosolymã, dicim⁹ quod talis si iuserit, vel fornicatus fuerit, reus est, sanctę pœnæ, & voti à se positi sub mort. Si autẽ quis diceret, promitto vxorem

rem

reducere secus ibo Hierosolymã hæc pœna nõ tenet, & possum vxorem non ducere, quia pœna hæc non fuit imposita meliori sed minori bono, & præstat castitas coniugio, nisi iuxta doctrinam supra habitam, periculum immineret. Religiosi vero & serui & pueri ante pubertatem, qui vota realia neq; personalia emittere possunt, & Episcopi, Prælati, Curatique, qui peregrinationes longas promittere non possunt supradictorum pœnas, sibi imponere non possunt, super aliquo bono faciendo, vel malo vitando. Et si imponant ad illas non obligantur, quod consului viro religioso, qui vouerat se nõ admissurum peccatum moliciæ, & quod si admitteret perpetuo tribus diebus quacumq; hebdomada ieiunaret, cui duo respondi. Primò, quod votum religiosi de non admittendis peccatis cõtra castitatem, non erat votum, cum si esset deberet esse simplex, at votum simplex supra solenne, quod ipse in professione emiserat non potest cadere. Esset enim candelæ lucẽ adiuuare lumen Solis, & sic affirmavi sicuti & affirmo talem præter peccatum sacrilegij ultra speciem moliciæ, ex hoc secundo voto non grauius peccare, quod & ratio monstrat. Secundo respondi, quod pœna imposita trium dierum ieiunij, in quacumque hebdomada si considerata fuit, vt medicina ad similem excessum luxuriæ euitandum, tenet non vt pœna, sed vt medicina & defensionum iudicatum: tamen à Prælato potest irritari, imò à subdito peti, vt irritetur non solum vt illa, in quam iam incidi non teneat, sed etiam vt si imposterum incidam, non cadam in similem pœnam à me mihi impositam: & ratio est de se patens, quia

nemo

nemo imponere sibi potest pœnam de his actibus, in quibus alterius subditur potestati, vt sup. patuit. De quo autem maius dubium est in hac resolutione, illud existimo num si ego vni peregrinationem Hierosolymitanam, vel Romanam, vel sancti Iacobi (quæ hodie reseruata sunt Summo Pontific.) vel religionem, vel castitatem, si hoc bonum intra annum non fecero, vel si tale malum ludum. v. g. vel fornicationem admisero, an præter Summi Pontificis dispensationem, pateat aliud remedium: est enim casus communissimus, quem millics, & eo amplius me à diuersis interrogatum credo, in diuersis materijs? Nauarr. Manual. cap. 12. num. 43. dicit hic esse duo vota: vnum de non ludendo, vel furando: & alterum de castitate, vel peregrinatione Hierosolymitana, vel Compostellana, vel religionis ingressu: & sic dicit, quòd neq; ante quã incurrat, vel postquã incurrat pœnã, Episcopus nõ potest dispensare, vel inferior Papa Prælatus, sed certè distinctio hæc nõ est nimis Metaphysica, neque mirum, cum tales Canonistis non subsint, sed Theologis: & sic dicimus, solum pœnam ibi esse vnicum votũ, ita vt qui postquam fornicatus fuit, vel lusit, quamuis in pœnam sibi impositam incidit, & ad illam remanet obligatus, tamen non peccauit nouum peccatum (neque quis sanæ mentis hoc dicet) ultra fornicationem, neque ipse Nauarr. dicit, imò neque alius sanæ mentis quod ultra fornicationem sacrilegum commisit. Et sic liquet, quòd potest Episcopus & quilibet quasi Episcopalem habens iurisdictionẽ, in similibus pœnis dispensare, antequam incidat sibi imponens in illas: quia & si pœnæ sint, quas supra nominavi-

ff

mus,

mus, quæ sunt Summo Pontific. reservatæ, hoc est, quando vota Deo sunt: at quando in odium peccati ego imposui mihi pœnam, de illis vota non sunt, & per consequens neque reservatæ quousque incidam in illas; hoc tenent Thomistæ multi, vt Soto libro. 7. iust. & iure. quæst. 4. artic. 3. neq; ibi in tali casu est vlla differentia, quod voueam non fornicari sub pœna quod Hierosolymam, vel quod voueã ire Hierosolymam si fornicatus fuero: nam vtroq; modo votum non est de eundo Hierosolymã (quod est indispenabile ab Episcopo & ab alio à Papa) quousque fornicatio sit admilla, & sic dispensabile est ab Ordinario illud vinculum pœnæ ne incidam in illud, in quod incidissem si dispensabile ab Ordinario non esset, cum sit ex quinque à solo Summo Pontifice dispensabilibus, qui sunt (vt obiter dicamus) castitatis perpetuæ, religionis, peregrinationis, in subsidium Hierusalem, & Sanctæ Terræ locorum, quod habetur tantum expressè cap. ex multa. de voto. cum glossa, verbo, incumbit. & in Romæ sancta loca, & in sanctum Iacobum Compostel. Nam licet quatuor non habeantur expressa in iure quoad reservationem Papalem, colliguntur ex Extrauangan. Sixti quarti, & si Dominici, el segundo, de pœnitent. & remis. reservata esse, & qui præter Papam in illis dispensaret, esset excommunicatus, quod credimus, quãdo id fieret ex concessione eiusdẽ Sixti. III. vel Pauli. II. facta ante dictã Extrauag. quæ omnia derogantur & suspenduntur indulta similia, & sub pœna excommunicationis arcetur vsus talis indulti. Sic intelligit Syluest. verbo, excommunic. 7. casu. 32. Nauar. c. 12. Manua. nu. 75.

AD

§. XL.

AD Vltimo loco quæsitum respondeo, quod distinguit Canonistæ & nostri Theologi, quod vel metus est incusus ab extrinseco, vel ab intrinseco, si ex metu cadente in virum constãtem (scilicet mortis, vel æquivalentis morti, vt percussio, iactura honoris, incarceration personæ grauis, vel torturæ grauis) votum quodlibet emittatur, non est validum, cū talis metus, faciat actum coactum, & non voluntarium, nec spontaneæ deliberatum. Hunc timorem ab extrinseco vocamus nos (quib' clausi aliqui modi loquendi Summarum semper displicent) metum quem non incussimus nos nobis, sed alius homo comminatus, vt si religionem nõ voueam, vel castitatem, &c. quod me occidet, vel membrum amputabit, vel incarcerabit iniuriosè, vel dehonora-bit: tunc iste talis peccaret peccatum sacrilegij magnũ, & votum à me ex tali metu emissum reale, vel personale, non valet, votum vero ex metu ab intrinseco incussum, id est, quem metum egomet mihi incussi, ex timore Dei, & periculo meo quocumque, siue vero, siue tantum existimato, tale votum et si ex metu factum est, validum est, & obligat, dummodo adfuerit vsus rationis, & si nõ omnino plenissimus ad deliberandũ, quia & si tale votũ nõ emittere, nisi in periculosissima infirmitate, vel naufragio, vel bello, me quasi morti datũ inuenire, tamẽ hoc non tollit, quin cū emitto liberè & spontaneè emittã, & à nullo coact' est enim, & si illud periculũ, motiuũ, vt voueã, nõ tamẽ villo modo cogit. Doctrina est communis Doctorum, & nimis in practica omnĩu receptissima, cū religiones plenas videamus hominib'.

Ff 2

qui

qui in maximis naufragijs & infirmitatibus illas uerunt: & itinera sancti Iacobi, & sanctissimæ Virginis Mariæ Montis ferrati, & Guadalupæ in Hispania nostra, videmus plena erutorum à captiuitatibus, & naufragijs.

De votorum dispensatione. §. XLI.

DE MVM, vt vltimam huic tractatui, & præcepto imponamus manum de dispensatione & cõmutatione votorum pauca dicemus: nam de irritatione fat credimus dictum, & amplius adhuc cum se obtulerit occasio dicemus. De quo tria videbimus. Primò, in quo differat commutatio à dispensatione, & irritatio ab ambabus. Secundo, quis dispensare, irritare, vel cõmutare, vota possit. Tertio, quo modo dispensatio fienda est.

Quoad primum sciendum est, Summum Pontificem posse cum rationabili causa omnia vota irritare, cõmutare, & in omnibus dispensare, excepto solenni voto religionis, in quo dispensare non potest, quia ibi est solennis consecratio, qua vnusquisq; se Deo solenniter dedicat. Et certè quamuis contrariũ senserint (præter Innoce. glossa super cap. cum ad monasterium. & sanct. Bonau.) aliqui & non pauci minoris notæ & autoritatis Doctores, vt Ioann. de Neapoli. & Richar. August. de Ancon. Duran. Archidia. Herueus & Dur. & Panor. quos sequitur Nauarr. Manua. cap. 12. num. 76. & super cap. literas. de restitutio. spoliato. Tamen in contrarium est sanct. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 11. & si contrarium visus fuerit dixisse in quarto, sed non determinatè, loco ve-

ro allegato Summæ expressè, & ex professo loquitur, & illum sequuntur Thomistæ Caietan. ibi Syluest. verbo, votum. 4. §. 5. Soto vbi supra post Albertum Magnum: imò est expressa sententia à Summo Pontifice. decreta in iure Canonico cap. cum ad monaste. de statu monach. vbi habetur, abdicatio proprietatis, sicuti & custodia castitatis ad eò annexa est regulæ monachali, vt cõtra eã neq; Summus Pontif. possit licentiã indulgere: quid quæso clarius? & hæc est modo cõmunis doctrina Cõplutensis, & Salmatinæ Academiarũ, toto modo orbe celeberrimarũ in Theologia & iuris peritia. Et si adducunt cõtra ius factas aliquas dispensationes ab Ecclesia, respõdeo, nõ vt Soto negas omnes historias, quod semper mihi displicuit, sed quod aliqui Reges videtes, quod hæreditario iure ipsi suis fratribus succedebant, exhibant professi à monasterijs, & hoc non consulto Pontifice, nisi postquã erant iã in regno nimis radicati, & Pontifices nõ audebant, imo neq; poterant illos potentissimos cõpellere: & si Constantiã Summus Pontif. extraxit monialè, vt regnaret in vtraq; Sicilia, multi non infimæ notæ Cronographi dicunt nõ fuisse professam, sed in monasterio Panormitano reseruata inter sanctimoniales, quod certissimũ est de nostro Alphonso. II. Rege Legionis, qui & si in monasterio S. Iuliani de Samos, & S. Facundi, sicut & pronepos eius. 7. Alphõsus. VI. Castellæ latuerint tẽpore suæ fugæ viuentes vt monachi, non tamẽ professi: & demum Summi Pontifices, qui tunc fecerunt dispensantes sequuti sunt probabilem tunc opinionem, quã probabiliore reddebant eximie tunc necessitates. Et de nullo lego, neq; credo, quod dispensauit

in castitatis voto solenni religionis, sed quod exirent & regnum gubernarent, & ipsi ducebant vxores, nunc autem hæc iam neque probabilis; imò neque opinio dici iam potest: post citatú cap. & quod verum est & negari non potest de Ramiro monacho sancti Pótij de Tomerijs, filio Sanctij Primi Aragonum Regis, dicimus quod fuit dispéfatus, vt vxorem duceret, ab Anacleto. II. sic vocato, falso Pontifici. vt testatur Hieron. Zurita lib. I. Annal. Aragoniæ, cap. 31. & 50. & sic non mirum. In solenni autem voto castitatis, solennizato per susceptionem sacri ordinis, potest Summus Pontif. dispensare, quia tale votum non est essentialiale, neque iure naturali & diuino annexum ordini sacro, sed iure positiuo iustissimo; at iure diuino, & naturali itidem diuino, Deo solenniter & totaliter dicato, est annexa: secus esset implicatio contradictionis in adiecto, iuxta illud Leuit. vltimo: Si quis vouerit quod immolari potest Deo, nõ potest mutari nec melius malo, nec peius bono, sed sanctificatum erit; & quod sanctificatum est Domino, non poterit in alios vsus commutari; potest & Summus Pontifex irritare quæcumque vota quæ potest pater & tutor, & Prælatus, & Dominus, cum sit omnium pater; Prælatus atque Dominus, & sic omnis vouens si non actualiter, tamen omnis virtualiter referuat, sui superioris, Prælati, patris, vel tutoris, vel Domini voluntatem, in his, in quibus ille subiectus est, quando votum simplex emittit: nam quando solenne cum debitis ab Ecclesia declaratis circumstantijs, & solennitatibus facit: solum Omnipotentis Dei referuat voluntatem.

ET

§. XLII.

ET Quamuis irritatio sit omnimoda annullatio voti, tamen minus est & minorem autoritatẽ, arguit & si fundetur in iure naturæ: potest enim pater omnia vota personalia filij, ante. 15. annũ inceptum irritare, & realia vsq; ad. 25. inceptum, & tutor populi, & Dominus sui ferui, & vir vxoris, & vxor viri, de illis votis realibus & personalibus, quæ quomodocumq; concernunt petitionem vel redditionẽ debiti coniugalis, & Prælatus religionis sui subditi: dispensatio vero dat vel supponit iurisdictionem spiritualẽ, & similiter commutatio, quãuis maiorẽ autoritatẽ requirit dispensatio quã commutatio: & sic qui nõ potest primũ, etiã nõ potest secundum. Dispéfare enim est etiã votũ annullare, declarando non esse bonum, quod votum tale adimpleatur. Sed debet fieri supposita rationabili causa: secus non teneret, & sic soli Ordinarij Iudices Ecclesiastici, id est, Episcopi, vel habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, possunt in suorum ordinariẽ subditorum votis dispensare, exceptis voto religionis & castitatis perpetuæ (nã tẽporalis possunt) & peregrinationis Terræ Sactę, quę alio nomine sola vltra marina peregrinatio vocatur in Sũmis, & etiã in Bullis Apostolicis, & in ciuitatẽ Romanã, & sancti Iacobi Cõpostellę, in quibus solus Sum. Pont. dispéfatur ex stylo Curie, & declarationi Sixti. IIII. extra, & si Dñici de pœnit. & remis. cl. 2. poterat Cõmutatio autẽ, est quasi redẽptio huius p illo, vel ablatio obligationis ad hoc, cũ obligatione quę fiat illud. Solum hic aduertã, quãuis cõmutatio, in æquale moraliter bonũ, vel in aliud minõ bonũ, solius est autoritatis

Ff 4

Præ-

Prælati, & in illorum votorum genere, in quibus dispensare possunt: tamē, quando dico æquale moraliter, nemo existimet dictum à casu: nā si æqualitas esset cognita, & nō dubia, alia esset ratio, vt infra patebit: tamen cōmutare in maius bonum, authoritatis est vniuscuiusq;: si enim promisi peregrinationem in sanctā Mariam de Monteferrato, & volo commutare in Hierosolymitanam, & si voui calicem Ecclesiæ, & volo commutare in ædificium totius Ecclesiæ: promisi rosarium me recitaturum, & postea commuto in officium Domine sanctissimæ: quis ambigat quod absq; alia authoritate possit vnusquisque sibi commutare? vt si quis negaret, quod si ego debeo modium hordei ex promissione à me facta, quod absq; creditoris licentia soluerē rectē dādo modium tritici: & in nullo credo fundatū axioma Theologorum, & Canonistarum, quod per professionē voti solennis religionis cessant omnia vota absq; superioris alicuius authoritate, nisi quia cū sit euidenter de re meliori & perfectiori, cætera absolventur ab illo, & in illud iniuria procul, omnia commutantur. Imò addiderim, quod in æquale cognitum, authoritate propria commutari potest votum, quia si promisi me ieiunaturum. 6. quartis ferijs, possum ego mihi ipsi commutationem facere de ieiunandis sex sextis ferijs: & si promisi calicem valoris. 10. ducatorum Ecclesiæ, & illa calicem argenteum cū habeat, vult vouens facere planetam siue casulam eiusdem pretij eidem Ecclesiæ, non dubito quin satisfecit: & hæc doctrina aliquibus visa est noua, quæ vetustissima est apud sanctos & Doctores. non aspernandos. Sed hoc maxime est circa hoc aduertendum

dum

dum pro confessarijs, quod omnis qui potest irritare vota, vt pater, Dominus, & Prælati religionum, & si sine vlla causa irritet, sed tantum pro sua voluntate, nullatenus peccat, cum iure suo vtatur, & ille, cuius votum sic est irritum factum, nullo scrupulo vacillet: nam ad nihil remanet obligatus, etiam si ipse petierit irritationem à potente irritare: secus autem in dispensatione, sine causa enim dispensans in materia voti graui mort. peccat, & dispensatus nō est in conscientia tutus. Causas autem rationabiles ad dispensandum velle certē perstringere, in gratiam omnium Prælatorum, sed res morales, & nō Mathematicas, quis poterit sub puncto fixo & numero certo enumeratas dare? Exempla subnectam aliqua, & regulam generalem tantum, vt ex illa liceat, reliqua penē innumera cōiectari. Regula igitur sit, quotiescumque Sum. Pontif. vel alij Prælati viderint, quod adimpletio voti simplicis, habet periculum impediendi bonum commune regni, aut reipublicæ, aut prouintie, aut ciuitatis, causa est sufficiens ad dispensandum, vt si vouit religionis ingressum aut castitatem princeps, cuius absentia timetur de pace regni, prouintie, vel ciuitatis: vel quod si vxorem ducat quies reipub. sequetur, vel damna magna euitabuntur, factiones, & ambitiones cessabunt, tunc iustissima est causa, vt Summus Pontifex dispenset, imò vt iubeat, vt non executioni mandetur votum. Similiter de alijs votis quorum dispensatio pertinet ad Episcopos, & alios quasi Episcopos. Similiter dicimus, quoties timetur de impedimento maioris boni: nam quando impedimentum maioris boni liquet, tunc votum non tenet de se,

Ff 5

fed

sed potius adimplere illud est imperfectio & peccatum. Addimus insuper quotiens est periculum vitæ, vel impotentia voutentis, iuxta est causa dispensandi, vt si quis rato matrimonio & non consummato, voutit religionis ingressum, & consanguinei vxoris iniuriantur, & timetur quod nisi cõsummetur matrimonium occidant voutentem: vel si delicatus & infirmus promisit religionem, vel ieiunia, vel asperitates quas nequit sanus adimplere iuxta erit Papæ & Prælatorum, cùm hoc dispensatio: ad commutationem autem, non sunt necessaria tam vrgentes causæ, sed possunt librari à Prælato, & si non sunt omnino sufficientes, cùm commutatio obligationem referuet, ad aliud bonũ supererogationis, potest fieri tute, cū minori scrupulo ex aliqua rationabili causa, in minus bonũ, & in hoc vellem ego Prælatos solertes nimis esse. Sũt enim quædam opera quæ & si minus aspera hominum iudicantur selectu, sunt tamen in commutatione maioris, vel paris valoris, disciplinæ enim si ue flagella in carnis domationem, asperrima carnalibus videntur: est tamen lectio sancta, & meditatio melior, vel saltem æque bona ieiuniumq; nimis timetur: est tamen visitatio pauperum, & oppressorum, magis accepta. Et sunt alia pietatis opera. Vnde Paul. primo Thimot. quarto. corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia. Demum pro commutantibus ex priuilegio seu Bullis, aduertendum est, quod tales excedere nequeunt, sed omnino seruare perscriptũ in Bullis, & cum modo veniat in illis (quas Cruciatas vocamus) omnium ditissimis diplomatiibus, quod electi

electi confessarij per illas possint commutare omnia vota, exceptis religionis, & castitatis, & vltra marinæ peregrinationis, quæ solũ quoad nos Europeos, intelligitur, Hierosolymitana, & in subsidium Terræ illius sanctæ (vti supradictum est.) Possunt omnia supradicta vota commutare, vel in sequelam militiæ contra Turcas Mahumetanos, & hæreticos, vel commutando expensas quas facturus quis erat Romam, vel Compostellam iens, & aliquid amplius pro labore itineris, ad iudicium boni viri, in subsidium prædicti sancti belli. Si quis aliquot annos sextis ferijs ieiunare vouerit, pro tribus vel quatuor annis talibus vnum annum militiæ vel suo nomine & sumptibus, mittat militem vnum, vel eroget pretium quo vnus miles possit stipendiari, vel si facultas non adsit, saltem dimidium stipendij, ita quod vota realia commutent in subsidium reale dicti belli: vota vero personalia quæ sunt orationũ & ieiuniorũ, possunt in aliud opus pium factum pro bono successu dicti belli, commutari; si facultas non adest, ad commutandum in elemosynam. Vota verò mixta, nisi in omnino pauperibus, & impotentibus, nequeunt per dicta diplomata cõmutari, nisi in subsidium dicti belli contra Turcas, & hæreticos, saltem quoad expensas, quas in adimplerione voti quis consumpturus erat: quia cùm commutatio sit ex priuilegio non se debet extendere, nisi iuxta concessionem: vnde consului cuidam Prælato religionis nostræ, vt cuidam nouitio suo pro anno nouitiatus, habenti in seculo emissum votum, de quibusdam ieiunijs per annum, disciplinis, siue flagellationibus, & rosa-

rosarij: quod cū hæc illi vota irritare non posset, vt pote non professo, neque commutare virtute Cruciatæ, in subsidium belli: quod commutaret in opera quæ aliàs facturum erat, ad probationem religionis, scilicet, in ieiunia ordinis, sequelam sancti officij in Choro, & alias pœnalitates ordinis, ad arbitrium & obedientiam Abbatis, & aliorum præsidium, suo nomine, id est, quod si licentiaret eum hodie à choro ob aliud opus faciendum, cum illo satisfaceret, & hoc pro illo anno: nam post professionem solennem, omnia vota reliqua cessant, iuxta supra dicta, neque post illã aliqua vota simplicia sunt valida, vt diximus constanter supra.

§. XLIII.

DE M V M Pro calce addimus, quod omnia vota emissa ab eo qui alterius est potestatis, cum licentia eius ad cuius potestatem pertinebat, sunt valida: tamen nihilominus, si postea emergat periculũ, possunt ab eodem irritari modo, quia in licentia semper sunt virtualiter excepta damna conscientie, & alia notabilia pericula, & sic vir qui dedit licentiam vxori ad castitatem vouendam, si postea in se vel in illa videat certum periculum incontinentiæ, potest votum vxoris irritare, neque ad hoc est necessaria dispensatio, vt volunt communiter Summistæ. Tamen si id faciat, sine iustissima & certa causa, peccabit mortal. quia non impediente causa legitima, iam celsit iure suo, quo vt i vult contra bonum promisi facti Deo, & sic iudicandum est de alijs.

ADD O

§. XLIIII.

ADD O insuper, quod qui vouit castitatẽ simplicis voto, & matrimonium contraxit ratum, peccauit mor. nõ tamen peccat de nouo consummãdo matrimonium, neque tenetur intrare religionẽ sub mor. nouo, ante cõsummationẽ, vt satis absurde cõcedit Nauarr. Manual. cap. 12. num. 80. qui non bene mutat sententiam: quia ibi tantũ est mort. positionis obijcis adimpletionem voti: nam si quis vouens castitatem contrahere matrimonium, cum certo proposito amborum contrahentium de castitate seruanda, & sola cohabitatione cõtentorum, nemo esset qui de mort. peccato tales vt tales iudicaret, ergo in sola cõsummatione matrimonij, peccatũ est: nam quis dicet Deiparam Virginem matrẽ nostrã, quæ primo in toto mundo virginitatem vouit, peccasse in contrahendo cum sancto Ioseph vero matrimonio, absque obscenæ copulę proposito? Ergo vnum tantũ est peccatum, scilicet, matrimonij cõsummatio, vel saltim cõsummationis periculũ si adfit. Secundum etiam risum mouet quod vellit Nauarr. ad obseruationem vnus voti simplicis castitatis, obligare me ad vouenda tria vota essentialia religionis, & solenniter, quod de se liquet ridiculum, nos sequimur Soto in. 4. dist. 38. q. 2. artic. 1. Vellemus, &c. quæ in hac diffusa materia se offerunt summam perstringere, sed Summę ne transiliamus metas, contenti confessario & pœnitenti necessarijs, vel communibus huic proluxæ materiæ finem, sicuti & secundo præcepto damus.

Capitulum

*Capitulum quintum, de tertio præcepto Decalogi, de festorum observatione.**De observatione dierum festiualium. §. I.*

TERTIVM Decalogi mandatum sic habet in tabula illa lapidea prima duarum Mofi, à Domino datarum: Memento vt diem Sabbathi sanctifices, Exod. 20. & repetitur Deuth. 5. Obserua diem Sabbathi, vt sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus. Ex quo inferimus primò, quòd iuris diuini est habere aliquos dies selectos ab occupationibus alijs pro cultu diuino, & de hoc fuit præceptum morale, prisco populo datum, quod modo non cessauit, & dicitur à nostratibus Theologis, tertium, primæ tabulæ, & tale præceptum non est in gratiæ & Euangelij Lege abolitum: signatio autem huius, aut illius diei ad feriandum Deoque vocandum, quod Iudæis esset septima dies Sabbathi, fuit merè cæremoniale præceptum, & per consequens abolitum in Lege Gratia, in qua Ecclesiæ & eius Prælati relicta est facultas, assignandi hos dies qui sint vt festiui obseruandi. Doctrina est communis Theologorum. S. Thom. 2. 2. quæst. 122. articul. 4. ad primum. & Caieta. ibi, & hoc Syluest. verbo, Dominica. §. primo. & sanct. Anton. 2. part. titul. 9. cap. 7. Tho. Vbaldensis de sacrament. capit. 14. & omnes Canonistæ super cap. primum, de consecrat. dist. 3. & in cap. ieiunia. eadem distinctione. & super cap. licet. & cap. conquestus. de ferijs. quod si perspexisset Nauarro Manual. capit. 13. num. 1.

num. 1. non sic indistinctè loqueretur & reprehenderet aliquos, qui in modo quo nos loquuntur vero, & ad sensum. S. Thom. igitur iuris Pontificij sunt assignationes festorum. Vnde ipso iure aboletur obseruatio Sabbathi septimæ diei septimanæ; quia hoc cæremoniale erat, & transfertur in diem Dominicum primum, scilicet, septimæ diei, quod ab Apostolis fuit factum ob reuerentiam Dominicæ Resurrectionis, qua mundus renouatus est, & ob alias rationes & motiua, quæ capiuntur in Hymno Ambrosiano matutinorum Dominicorum, incipiente: Primo dierum omnium, quo mundus extat conditus, & c. vt patet cap. pronuntiandum. de consecratio. dist. 3. & quod hoc fecerint Apostoli, ex eo liquet quod Ioannes sanctissimus Euangelista, in initio Apocalypsis, iam meminit Dominicæ diei, ex quo deceptus Panormitan. super cap. licet. de ferijs. quem sequutus fuit Angelus, verbo, feriæ. §. 43. in Summa dicunt, quod obseruatio festiua Dominicæ diei sit iuris diuini, sed certè obseruare & dedicare Deo tempus à virtute religionis procedit, & iuris est diuini, assignatio vero Dominicarum, sicut & aliorum festorum, iuris est meri positiui.

§. II.

IGITVR, quod attinet ad hoc præceptum, quatuor sunt scienda. Primò, qui sunt dies ex iure, vel extra ius obseruandi, sub mort. Secundo, quid in eis liceat, & quid non. Tertio, quis sit cultus à Deo in festis iustus, vbi de præcepto ab Ecclesia in festis posito de audienda in festis sacra Missa, agemus, cum ei nullus locus sit aptior. Quarto, de

de alio præcepto Ecclesiæ, scilicet, de ieiunijs ab ea Christianis impositis, tractabimus breuiter, quo ab soluetur materia omnis huius præcepti.

Dominica diei obseruatio traditione ab Apostolis est habita. §. III.

IGITUR Sicuti diximus, traditione ab Apostolis in gratiam Dominicæ Resurrectionis, primū omnium dierum, quam primam feriam, vel à feriando dictam, vel à feriando victimas, Deo vero in Veteri Lege, vel dijs fictis in Gentilitatis errore oblati (nos vocamus Dominicam) totius anni tenetur omnes Christiani obseruare, quæ numero sunt. 52. vel ad summum. 53. vel ad minus. 5. in anno; octauo quoque die, quare obseruatio etiam iure scripto iubetur cap. 1. & cap. Sabbatho. de consec. dist. 3. & cap. licet. de ferijs. de quibus etiã mentio fit in legibus Imperatorijs. C. de ferijs vel dies festos. Deinde diem Natalis sanctissimi Domini nostri. 25. Decembris, vt patet capitibus supra habitis: quorum primum est, ex Concilio Lugdunensi: secundum ex Alexand. III. tertium, ex Gregor. IX. quod refertur cap. conquestus. de ferijs. Festum quoq; siue Natalis dies sancti Stephani. 26. Decembris, & sanctissimi Ioannis Euangelistæ. 27. Decembris, & factorum Innocentium. 28. Decembris, quamuis quoad hoc festū consuetudo Episcopatum aspicienda est, quæ iustè iam obtinuit, vt in aliquibus non obseruetur hoc festum. Festum etiam sancti Syluestri obseruandum iubetur, dicto cap. 1. de consecra. dist. 3. & cap. conquestus. de ferijs. quod cadit die. 30. Decembris,

*que festa
sunt de iure
obseruanda.*

cembris, & iustè satis cum fuerit primus, sub quo Ecclesia maximum incrementum accepit in illo magno Constantino Cæsare, intrante per ianuam Baptismi, anno. 344. sed consuetudo obtinuit saltem totius nostræ Hispaniæ, & magnæ partis Franciæ, vt non obseruetur. Deinde caput conquestus addit festum Circumcisionis Domini prima die Ianuarij diem etiam Theophaniæ, siue Epiphaniæ, sexta Ianuarij die, quam nos Regum festum dicimus. Festum Purificationis Sanctæ Mariæ secunda Februarij, ponitur in dicto cap. 1. de consec. dist. 3. tantum cap. autem, conquestus. iubetur obseruari 7. dies Dominicæ Passionis, id est, tota Septimana sancta, & hoc iustissimè, sed iam introducta est consuetudo, vt sub obligatione nullus dictorum obseruetur, etiam sextæ feriæ Sanctæ, quæ Crucis dicitur, quamuis hoc satis sit redolens, nullam gratitudinem & pietatem. Ambobus etiam capitibus iubentur obseruari festa sanctissimæ Resurrectionis, cum tota Hebdomada. 7. dierum, vsque ad Dominicam Quasi modo, sed iam mos & consuetudo totius orbis obtinuit, vt post Dominicæ Resurrectionis diem duæ feriæ, scilicet. 2. & 3. sub præcepto colantur festiuè, cap. citato. 1. de consec. dist. 3. adduntur obseruandi tres dies rogationum, siue Litaniarum, sed crediderim solum iussisse quoad selectum ciborum, & non quoad obseruationem festiuam, vt & consuetudo optima legum interpres declarauit, de quo infra cum de ieiunijs agemus tractabimus. Deinde festum Ascensionis Domini. 40. die post festum Resurrectionis, & festum Pentecostes, siue aduentus Spiritus sancti, quod incidit Do-

G g. minica

minica die, cum duobus sequentibus diebus Lunæ, & Martis, & celebratur quinquagesimo die post Resurrectionis Domini diem. Natiuitas sancti Iohannis Baptistæ; vigesimaquarta Iunij, festa etiam duodecim Apostolorum, & præcipuè (aiunt ambo capita citata) festum Petri & Pauli, vigesima nona Iunij, vbi etiam includitur festum sancti Barnabæ vndecima Iunij. Nam Apostolatus Spiritus sancti meruit honorem, & sicuti Pauli socium eiusdem, quamuis non fuerit ex numero. 12. Apostolorum, ipsum ius quoad obseruationem cum. 12. coniungit, imo præfert vndecim, à simili Barnabæ, & sic consuetudo optima interpretauit, qua ab omnibus Ecclesiæ prouincijs festiuè obseruatur. Addunt ambo capita citata, festum sancti Laurentij, Martyris nostri Hispani, decima Augusti, & festum sanctissimæ Assumptionis Mariæ Virginis Deiparæ, decimoquinto die Augusti, quod festum traditione ab Apostolis credo recepit Ecclesia. Addunt ambo capita citata Natiuitatem Virginis sanctissimæ. 8. die Septembris, & non faciunt vllam mentionem de festo Annunciationis vigesimaquinta Martij: & si sit excellentissimum festum, & omniveneratione obseruandum, vtpote initium operum Redemptionis nostræ, vel quia (vt quidam Doctores cum glossa affirmant) nondum fuerat institutum hoc festum, vel quia tunc nolluit Ecclesia, sed postea voluit obseruari, quicquid sit illud obseruat Ecclesia sicuti diem omnium celeberrimum, & ad illud omnes tenemur, neque fit mentio de Conceptione Virginis, cum tunc nulla ab Ecclesiæ talis solennitatis, vel mentio facta fuerit, licet enim ante dicta

capita

capita, aliqua paucissima peculiare Ecclesiæ hanc festiuitatem introducere voluissent, vt author est sanctissimus Pater noster Bernardus, Epistola ad Canonicos Lugdunenses. Tamen caput Ecclesiarum Romana, & si non vetuit siluit tamen, quousque Sixtus Quartus condidit Extrauagan. graue nimis, de reliq. & venerat. Sanctorum. anno millesimo quadragentesimo octuagesimo tertio, quando iã Ecclesia vniuersalis hoc sanctum festum recepit, in quo Ecclesia sancta solennizat, quod certum est, & gratias agit pro eo quod concepta sit mater Saluatoris nostri, quæ salutem quodammodo attulit mundo, vt verbis vtatur Augustini. Relinquit autem sub dubio Ecclesia sancta, & vnicuique suam relinquit libertatem opinandi, si à peccato originali fuerit præseruata, vel si in illo concepta statim tamen sanctificata fuerit, & ferit in prædicta Extrauagan. (& postea Concilium Tridentinum ses. 5. cap. vnic.) anathemate, eum qui quamcumque harum opinionum, dixerit hæreticam, vel peccatum mortale celebrare dictum festum, hæc dixerim, vt desinat iam scandescere, Syluester verbo, Dominica. 5. tertio. Ego enim ex hac Ecclesiæ licentia professus sum, & voui tenere, & defendere pie, Deiparæ Virgini tale priuilegium esse concessum, vt ab originali præseruaretur omnino, non ignorans, quod ad laudem Virginis Matris sanctissimæ, neque hoc, neque illud conducit multum, quo ad eos qui intelligunt, ex quibus operibus laus debetur. Sed quod attinet ad meum propositum festum, hoc ex consuetudine iam ferè in tota nostra Hispania seruatur, quo probat Deus festum imo,

Gg 2

&

& opinionem illam piã nimis & sanctã. Addũt prædicta capita festum Dedicationis Ecclesię sancti Michaelis. 29. Septembris, & festum omnium Sanctorum. 1. Nouembris: & insuper festum sancti Martini Turonensis Episcopi, addit cap. pronuntian- dum, de consecr. dist. 3. quamuis in nostra Hispania multæ sint prouincię vbi mos inoleuit vt sancti hu- ius festũ non obseruetur, vt in Episcopatibus Suffra- ganeis Toletano Primate Archiepiscopo: at in Suf- fraganeis Compostellano sancti Iacobi, in omnibus vel fere, obseruatur, in Gallia vero, in omnibus, quã do vigeat in illo Christianissimo Regno fides Ca- tholica, sed nunc peccatis nostris promerentibus, nullus ibi ordo maiori ex parte Rege, vt suspecto in fide Henrico. III. de Valois, occiso à fratre quodam Dominicano, anno. 1589. mense Augusti, satis iuste tyrãnissimo. Cui æqualis successit Henricus alter Nauarrus. IIII. sed iã subiecus dicitur esse Ecclesię.

Quæ festa sint quasi ab homine. §. IIII.

CONCLVDVNT Duoprædicta capita di- cernentia illa festa obseruanda, vt talia quæ Episco- pus diocesanus cum clero & populo duxerit obser- uanda, quod sic intellige, quod in rebus grauibusc- clesia semper vt Christi Spõsa desiderauit & statuit, vt Episcopi qui pro Patribus nostris Apostolis suc- cesserunt omnia consulto suorum Capitulorum fa- ciant & plebis: tamen hoc certum est, quicquid di- cat Archid. supra citatum, cap. pronuntian- dum. de consecr. dist. 3. & Panor. super cap. conquestus. cita- tum, quod solus Episcopus potest quoad suam dioc- cesim

cesim instituere festa cuiuscumq; Sancti canoniza- ti: nam ipse canonizare non potest, vt decernitur de reliq. & venerat. Sanctorũ. cap. primo audiui- mus. & sic consensus Cleri vel Capituli, solum est con- sultius, sicuti & Summus Pontif. dicit in Decre- tis suis de consilio fratrum nostrorum. Et hoc ex- pressè Concil. Tridentin. ses. 25. cap. 12. cum iubeat à regularibus etiã exemptis ea festa obseruari debe- re, quæ Episcopus seruari præceperit diocesi, & non addit consulto Clero, siue populo. De festo cor- poris Christi certum est fere diebus nostris præce- ptum esse obseruari sollemnissimè feria. 5. post Octa- uas Pëtécostes: tum Decreto Urbani Quarti, de quo testis est San. Thom. nam non extat: tum ferè die- bus nostris à Clemente Quinto, & habetur Clemé. vnica de reliq. & venerat. Sanctorum, & multę cõ- ceduntur indulgentiæ, quod festum vbique præci- puè in nostra Hispania Catholicissima sollemnissi- mum, & lætissimum habetur. De festo autem Vifi- tationis Virginis sanctissimæ, secunda Iulij, scio ex- tare Extrauagan. Urbani. VI. Pontif. vt sicuti festũ solenne obseruetur: sed mos Ecclesiarũ ab hac obli- gatione liberauit, vt & Archidiacon. iam notarat. De festo Trãfigurationis Domini nostri Iesu Chri- sti extat viua voce iussum nostri sanctissimi Patris & Domini Calixti Tertij, Hispani quo instituit, & celebrari sexta Augusti die cum eisdem indulgen- tijs, atque festum Corporis Christi, & hoc consue- tudine totius Ecclesię, sic receptum est, ac festum Natiuitatis, & sic obligat. Festa autem duorum Euangelistarum, Marci videlicet. vigesimo quinto Aprilis, & Luca. 18. Octobris, vt Apostolorum fe-

sta venerata est, & obseruauit Ecclesia, & sic obligat
 sicuti dies Dominici, & hanc consuetudinem cre-
 diderim antiquiorē multo, statuto Bonifacij Octa-
 uii. cap. gloriosus. de reliq. & veneratio. sanctorum.
 in. 6. quia ibi solum inhibetur, vt sanctorum Euan-
 gelistarum quos, reuerendissimos vocat, & quatuor
 Ecclesiæ Latinæ Doctorum Hieronymi, Ambro-
 sij, Augustini, Gregorij, festa officio duplici cele-
 brentur, nihil autem mentionis fit de festi obserua-
 tione, & sic ex hoc non obligat sub mortali dicto-
 rum quatuor Doctorum sanctorum festi obserua-
 tio, cessando à seruilibus. Restat festum Inuentio-
 nis sanctissimæ Crucis. 3. Maij: cuius festum ab Ec-
 clesia omni obseruatione receptum est, & obserua-
 tum, & sic obligat vt dies Dominica, crediderim
 ex Decreto Marci Papæ, cuius tempore Crux in-
 uenta est Domini, ab Helena matre Constantini. I.
 pij Imperatoris, quamuis cap. Crucis. de conf. dif. 3.
 & tom. primo Concilio tribuatur Euseb. Papæ tri-
 ginta annis ante: quod certè ex Decretis Marci an-
 te positum est, sed Decretum extat; præcessit Euse-
 bii Helenam per septem annos, & Constantin. Im-
 perator. per triginta, & eo amplius. Ecce quomodo
 constat, festa aliqua quæ iure Canonico iussa sunt ob-
 seruari, à consuetudine esse abolita: vnde constabit
 vel maximè consuetudinem vim legis obtinere ius-
 tè, & similiter aliquot festa introduxisse, vel in pro-
 uincijs, diocesisibus, vel ciuitatibus vel etiam in to-
 to orbe, quorū obseruatio festorum obligat, sicuti
 si ab Ecclesia iuberentur obseruari. Vt etiam de in-
 troductione ieiuniorum dicemus infra, & sic festū
 Fabiani & Sebastiani, iam per vniuersum orbem
 pene

penè sic receptum est & obseruatum, vt vbique fe-
 stiuè sicuti Apostolorum festa obseruetur: quid de
 sancto Rocho Confessore, in ferè tota nostra His-
 pania festiuè recepto dicemus? Motiuum fuit labor
 pestis, quibus diebus memoriæ meæ laborauit hoc
 insigne regnum. Addiderim demum, quod licet Cō-
 cilium Tridentinum ses. 25. capit. 12. citatum supra,
 iubeat religiosi vt festa ab Episcopis imposta ob-
 seruent: non tamen abstulit quim religiones, quo-
 ad suos religiosos, festa etiam sua indicare possint, si
 cuti fecerunt antiquitus, præcipuè illustris Bene-
 dictinorum nostra Cystericiensis: nam cum in ea (si-
 cuti cæteræ Obseruantia regulæ) vigeat labor, &
 opus manuum, ex antiquissimis institutis, inueni-
 tur (præter festa ab Ecclesia instituta) statutum in
 originalibus manuscriptis, quos vsus cantoris, &
 Prioris nostri Patres vocauere, quorum habeo ori-
 ginalia pergamenea antiquissima, hodie non labo-
 ratur, vel hodie non laborant conuersi, siue barba-
 ti ordinis: quod nihil aliud erat, nisi statutum de ob-
 seruando tali festo, quod hodie obseruatur tradi-
 tione in dicto ordine, in omnibus festis quos de
 sermone vocant. Vnde illis & omnibus religiosi
 persuasum esse volo, quod si eorum Capitulum, vel
 ordinatio, illis imponat hoc vel illud festum obser-
 uandum, suo modo, quomodocumque dicatur: vt si
 nobis dicatur quod celebretur de sermone, quod te-
 nentur vt festa ipsi religiosi obseruare, & ad ea quæ
 festi sunt tenetur modo quo inferius declarabimus.
 De Dicatione autem Ecclesiarum, sic Matri-
 cium, sicuti parochialium, dicimus, quod licet
 capit. pronuncianum. & Capitulum conquestus.

citati, iubeant quod festiuis solennizentur diebus, vsus hoc abstulit, cum neque in ciuitatibus vbi Cathedralis Ecclesiæ sunt, non videamus tales dies obseruari, & sic remansit sola solennitas quoad officiũ decantandum à Clero. Demum dicimus, quod si quæ is potestas secularis vel communitas, iurauerit aliquod festum obseruari, tenentur omnes de tali communitate, iuramenti vinculo, ad obseruationem talis festi, sub mortali: si autem superior secularis festũ vel cõmunitas iubeat sub pœna, vel sine illa, in foro animæ, neq; ad culpam, neque ad pœnam illam quis obligatur, quia iubere festorum obseruationem, iuris est spiritualis.

Quæ non iubentur in festis. §. V.

QVOD Secundum dico, quod cum in festis diebus, ex vi mandati, de illorum obseruatione, non iubetur actus religionis interior, vè cultus Dei, sed tantũ exterior cultus: hinc fit primo, quod non iubetur contritio de peccatis haberi in die festo, vt quidam voluerunt, quos irridet iustè Caietanus supra sanctum Thomam, secunda secundæ. quæstio. 122. articulo. 4. cum contritio sit actus interior. Secundo, quod in peccatis circumstantia diei festi non addit malitiam, nisi fortè ratione scandali, vt alibi diximus, vt si fornicatio fieret, vel furtum in sancta hebdomada, quod sit contra Scotum: nam licet Dei Maiestas magis offendatur ex peccatis in die festo, quam si festiuis diebus fierent opera seruilia, vt admittit sanctus Thomas: tamen non ex vi huius præcepti, quia in illo
non

non iubemur non peccare, sed quocumq; præcepto Dei iubemur ea facere quæ Deus facienda iubet, & ab illis cauere quæ Deus cauenda, vel non facienda præcepit. Et sic quod contra præceptum Dei hoc vel illo die fiat, non addit nouam malitiam. Sequitur secundo, quod hoc præceptum solum est vetas opera seruilia in die festo, ita vt licet habeat sonum affirmatiuum, scilicet coles dies festos, & deputabis tempus Deo: est tamen virtualiter negatiuum, vt explicat supra capita citata Exod. 20. & Deuth. 5. Non facietis opus in eo. &c.

A quibus operibus abstinendum in festis. §. VI.

INFER TVR tertio quæ sint opera à quibus prædictis diebus cessare & abstinere debemus, ex iure diuino & humano Canonico, pro quo obserua, quod opera nostra sunt triplicia, aut omnino hominis in quantum homo est, id est, in quantum rationalis, & istæ vocantur ingenua siue liberalia, qualia sunt, orare, studere, docere, ore vel scripto, quædam vero sunt seruis adaptata solis cõmuniter, vel hominibus ad id cõductis, quæ præcipue corporalia sunt & seruilia dicuntur, vt pote seruis propria, talia sunt artium mechanicarum, vt fabrorum ligneorum, & ferrariorum, sutorum, & fartorum, agricolarum, &c. quædam vero tertia sunt opera media siue communia ingenuis liberis vè, & seruis, vt itinerari, negotiari, & his similia: de primis dicimus, quod possunt licite fieri diebus festiuis, cum non sint seruilia, neque in veteri (quæ rigidissima erat in hoc) lege: neque in nostra à fortiori gratiæ ve
Gg 5 tita

tita sunt: imò ad cultum Dei aliqua diebus festis iussa sunt alijs decretis, vt concionari, docere populum, legere diuinam legem, consulere, audire confessions. De tertijs operibus dicimus, quod sunt licita diebus festiuis in lege gratiæ, in qua per Ecclesiam modus præscribitur obseruationis festorum siue cultus diuini externi, scilicet, quod non fiant seruilia opera: ergo de medijs non est præceptum, & sic potest quis festiuo die iter incipere: si tamen faciet quod in se est vt audiat Missam, vt inferius dicemus. Et eadem regula de alijs operibus medijs habenda est. De secundis vero dicimus, quòd cum seruilia sint, sunt sub mort. vetita diebus festiuis, nisi quando necessitas naturæ, vel Reipublicæ moralis, aliud petat, nã in festis solennibus, prisco Iudeorum populo, non licebat, neque ea quæ ad cibum necessaria erant præparare, sed ex præcedenti die reseruare præparatos cibos: nobis vero, quibus iugum suauæ Christi, & eius Sponsæ Ecclesiæ, & onus leue impositum est, licet festiuis diebus coquere & præparare cibos ad comedendum, mundare domos, sternere lecta, fricare pultaria & catinos, & calices, & vestes, vestiri, & ornari cultu modesto, licet meliori, & curiosiori, quam alijs diebus, licet & lanio carnes discicare infrustra, pòderare, & vèdere, & hortulanis olera lauare & vèdere, & pistori, & panificijs vèdere panè & portare in forù, & pistori pastillos, quia multis est prandiù præparau licet & tabernario vinum ex antro vel cella vinaria educere & vèdere, imò si in Reipublic. contingat deficere panem, licet iudicibus iubere, vt molendina siue

pristina

pristina molant, ascendatur furni & quoquât, quòd esset maximè socordia, ascribendum, nisi præter spectationem contingeret, vel quia succedere plures simul feriati dies: possumus & diebus festis alijs necessitatibus Reipub. & nostris grauibus subuenire etiam rerum familiarium, & sic si timetur hostis aduentus supra ciuitatem vel castrum, licet festis, muros reficere, terreplenos obturare, portas fortificare, fossas aperire, comneatum & vitualia intrmittere, arma & tormenta bellica præparare: & omnia illa facere, quæ secundum militarem disciplinam sunt necessaria, & iussa à Governatore vel Duce, atque si dies festiuus non fuisse: vnde magis simpliciter & deuote, quam pie & vere fecerunt Iudæi. i. Machab. & lib. 2. cap. 15. quando hostibus Græcis pugnantibus contra illos, manum manui complicauerunt, & belluarum more, trucidati sunt: Vnde postea meliori deliberatione habita decreuerunt, vt etiam si inimici (qui iam hoc animaduenterant) venirent contra illos Sabbathorum die, arma acciperent, & defenderent se, vt fecerunt, quia vt Christus R. noster docuit Marc. 2. Sabbathum propter hominem, id est in vtramq; ipsius vtilitatem, & nullo modo contra vitam spiritualem vel corporalem eius institutum est, hæc genuina interpretatio, quam ex Hieronymo & Augustino Ecclesia, & eius Doctores recepit, & communi vsu & consuetudine approbata est. Similiter si timeatur inudatio loci, aut ciuitatis, vel fluminis impetus, vel etiam diruendam domum. possunt omnia præparamenta ad obuiandum fieri diebus etiam festis. Ad id autè quod modo quidã curiosi iudices.

iudices interrogauerunt nos, nùm quando festa parantur, possint sartores ciuitatis (vt communiter fit) consuere vestes tribunorum, varonum, & regentiũ, & aliorum qui in festo pro hastiludijs vel iactum arundinum, vel militum in ficto bello (quod nostri zoiza vocant) respondeo & respondi, quod si sit festũ & obstetatione gaudij, p receptione sum. Pont. vel Regis, in ciuitate, de qua ita tarde certiores facti sũt, vt nequeat preparari nisi laboretur in festis, post Missas, quod possunt honesta & festiua preparameta vestium facere, & sartores consuere, quia opus necessarium est necessitate morali, quia hisce ciuitates obedientiã suorũ principũ demonstrant, & beneuolentiã: si tamen de aduentu talium principũ sunt aded cito certificati, vt diebus nõ festis possent omnia preparari, peccaret nõ obseruantes festa: similiter quocũq; modo absq; peccato nõ frangi festa propter preparada hastiludia, ferarum agitationes, & alia barbara exercitia, iure vetita. Insuper addimus non posse in festis exerceri opera seruilia, etiam motiuo pietatis vel misericordiã, cum iuxta Paul. Roman. 3. non sint facienda mala vt veniant bona, vnde male quidã diebus festiuis Hyemis, mittũt seruos suos cum iumentis, ad portanda & cedenda ligna pro Xenodoquijs siue hospitalibus pauperum, & ad portandos lapides, siue calcem lignaque, pro ædificio Ecclesiarum: neque licet arare terras, vel putare, vel fodere vineas, siue hortos Ecclesiarum, aut Monasteriorũ pauperũ, diebus festis, & hæc doctrina est iuris ipsius expressa, cum solum vrgentiã excipiat necessitatis & pietatis, quoad opera nõ seruilia, sed iudiciaria, tantũ, de quibus

quibus infra statim dicemus, vt patet dicto cap. conuestus. de ferijs. Excipimus tamen, si Ecclesia esset nimis pauper, & secundo, nisi fieret ex concessione Episcopi, hoc enim multoties fit, & fieri vidimus. Addimus supra, & nostris necessitatibus grauibus, licet enim tempore messis, quando periculũ imminet pluuiarũ, messes colligere ex agro, & reportare in aream, & illas inter se componere, ex manipulis turres segetarias faciendo, quas nostri, *hacinas*, vel *medas* vocant: possunt & tempore quo deficit flatus venti, araturati panis aceruum quocumq; die festiuo, vento flante, vtilare, & purgata grana propter multa pericula in horrea mittere, vt fit in tota prouincia Betica nostræ Hispaniæ, & Archiepiscopatu Toletano, & Episcopatu Conchensi, in quibus tota Marcha (quam nostri *Marcha* appellant) includitur. Possunt etiam tempore vindemiæ, si fructus perditio imminet ob nimias pluuias (vt modo quãdo hæc scribimus anno. 1589. mēse Septemb. cõtingere videmus, & fieri permisimus, cum curam parocię monasterij nostri ex obediẽtia exercerem?) possunt, inquam, post Missas vindemiare in festis, & torcularibus præesse, & laborare ne præsum mustum perdat, demum in colligendis fructibus quos profustentatione vitæ concessit nobis Dominus, potest admitti labor festiuis diebus post Missas, quoties moraliter imminet periculum perditionis in mora vel punctus maturitatis amittitur: quod expressum est dicto cap. licet. de ferijs. & Alexan. III. traditam hic doctrinam decernit ibi, extremis verbis, & breuib; illius Decretalis. Possunt & artifices cuiuscũque artis, etiam mechanicæ (vt faciunt pictores, & scul-

sculptores) exercètes se in sua arte, aliqua probare & facere ad discendú diebus festis, quia discere, etiã in arte mechanica liberale quid habet. Possunt & architecti exemplaria facere ædificiorú, quas nostritragas, siue plantas, vocant.

*Quod non fiat pro pretio non facit laborem licere
die festo. §. VII.*

VNUM Tantum hic aduertant, quod omniú ferè animis in situm video, quod non excusatur à peccato fractionis festi, qui aliquod opus mechanicum facit, & si gratis faciat, nam hoc per accidens est ad obseruationem festorú si fiat gratis, vel obtentu pretij, in casibus enim positus supra, licet labore festis diebus, etiam ex pretio, vt optimè Caic. 22. q. 122. ad. 4. & in Sum. verbo. dies festos, & Nauarr. Manu. c. 13. n. um. 5. quidquid dicat Ricard. lib. 3. d. 37. & Angel. verb. feriæ. §. 9. & Tabi. verb. feriæ. num. 17. & Syluest. verb. Dominica. §. 4. at absque illis casibus, neq; sine pretio, neq; pro ecclesijs, vel pauperibus modo dicto. Clamãt autè barbitonfores ad nos, quid de illis? dico, quod chirurgis curare & illis emissionè sanguinis facere licet, sicut formacopolis medicamina ministrare & cõponere, & similiter dolentes possunt extrahæredentes: istæ enim necessaria sunt. Tõdere autè capita & barbas siue radere diebus festis, nescio ex qua licetia illis liceat in festo, nisi ex licentijs tonsorú ipsorum, quæ magnæ sunt sibi: vnus aut alterius ob aliquam causam barbam tondere non frangit festum omnibus autem venientibus, est frangere vt dicit Archidia. super capit. peruenit. de conse. dist. 3. & cum supra dicta,

dicta, de quibus supra tractauimus. Liceant ex iure, tamen iam quod Episcopi sententia expectari non possit vbi præsens non est, tamen curati saltem consuetudo est, vt expectetur licentia siue declaratio necessitatis; & satis congrue & conseruari debet, quia secus quicumque laborandi sibi finget necessitatem: quamuis hæc essentialis non sit. Sũt adhuc præter opera feruilia quedam vetita iure Canonico iustissimo dieb; festis primo mercatus fieri siue nundinas, Hispanè, *ferias, o mercados*, de quo magis cupimus, vt liceat flere quam scribere: nam videmus celebriores nundinas in celebrioribus festis referuatas & assignatas in nostra Hispania Catholicissima, ex hoc solum quia Episcopi locorum tacent, & non faciunt frontes aneas, ad hoc; nam vidi quod neque tacere possum quod Reuerendissimus Ioannes de Soto Clemente Dominus & amicus noster in Christo, vere Episcopus, dum Auriens. præsidet Episcopatu, quòd cum ibi septima quaque die mēsis cuiuscumque mercatus celeberrimus totius Galeciæ celebraretur, instituit quod si septima die mensis, festum vel Dominica dies incideret, vel accideret esse, quod mercatus transferretur in sequentem diem: initio obmurmurauit ciuitas, & mercatores, sed receperunt, & hodie celebrior sit, quod autem peccata in nundinis comitatur: & quot sint perditæ admittentes peccata, & Missam sacram non audiētes scit Deus, & nouimus aliqua ex parte nos. Secundo prohibentur actus iuridici, ciuiles & criminales, & ipso iure inuadantur. Vt patet cap. cõque stus. de ferijs, etiam si fiat de consensu partium, tamen actus minus solēnes, vt citationes fieri cõsueuerunt, & si

& si accidat die festo magnum & fragans delictum, si periculum sit in mora, examinantur testes, secus non. Insuper excipit dictum capitulum, quando pietas, vel necessitas aliud non suadet: de necessitate iã diximus: pietas autem est, quando miserabilis persona patitur, vel incarcerata est, vel debitum petit, tunc enim in eius fauorem actus iudiciales saltim interlocutorij fieri possunt, est etiam vetitum sacramentum, hoc est, iuramentum recipere iuridice, nisi pro pace Reipub. quia tale licet, & pro magna necessitate vti supradiximus. Vetatur etiam à fortiori pronuntiatio cuiuscumq; sententiæ ciuilibis vel criminalis, & à fortiori executio, imo qui die festiua criminali sententiam exequeretur, vt suspectus contra reuerentiam Deo debitam, & in fide, ideoq; esset puniendus. Vetatur insuper omnis strepitus iudicij, cap. fin. de ferijs, & processus iudicialis, & facta non tenent, neq; valent, nisi cum supra habitis limitationibus: Prohibentur & turpi ludi, vt patet cap. irreligiosa. de conf. dist. 3. scilicet inhonesti, & modo agitati taurorum, seu ferarum in diebus festiuis sub peccato mort. motu proprio Pij. V. moderato à Gregorio. XIII. & quicumq; ordinis sacri assistens quocumq; die dictæ agitationi, peccant mortal. contra obedientiam dictæ Extrauag. & erat excommunicatus ipso facto per illam Pij. V. Sed excommunicationem abstulit Dominus Gregorius. XIII.

Restat de tēpore quo festa finiuntur, & incipient tractare: dicimus ergo primò, quod Iudæorum lege à Deo præcipiebatur, vt à vespera, idest, à solis occasu, vsq; ad occasum solis diei, festiuitas duraret, inciperet, & desineret: iure autē communi, capitulis

primi

primi de ferijs. iubentur festa à Vesperis vigiliæ, vsque ad Vesperas diei obseruari, & hic mos fuit à Primitiua Ecclesiæ, & multo post obseruatus, & sic à Vesperis etiam modo solennitates incipiunt, & in iubileis & indulgentijs, in festo aliquo concessis, etiam modo hic mos in vsu est: tamen inoleuit totius Ecclesiæ vsus & consuetudo, vt à media nocte vigiliæ festum incipiat, & vsque ad mediam noctem sequentem duret: sicuti & ieiunia, & obseruantia ciborum: & sic hodie & non aliter obseruandi sunt dies festiui, quia in hoc multum potest consuetudo, & illud citati capitulis, crediderim solum voluisse tractare & statuere, solennitatem quoad Ecclesiã, quæ à Vesperis incipit. Neque peccat qui extra prouinciam vel locum inuentus, vbi non est consuetudo obseruandi aliquod festum, quod in sua prouincia, vel loco obseruatur, si illud non obseruet, etiam si (pauper cum sit) exeat à tua terra, vt possit laborare in alia, & lucrari denarium: vbi tale festum non obseruatur: vt patet ex argumento. 12. dist. cap. illa. cū sua glossa. Demum claudimus cum hoc, quod si aliquis sit ita pauper, & qui mendicare non liceat, & tamen vnde sibi victum vel silijs paret non habet, potest laborare in officio vel arte, caueat tamen scandalo non sit, & sic in die festo laboret occultè: quia necessitas lege caret: imò ab h. c. expressè necessitas excipitur, vt patuit. Licet & diebus festis audita Missa, piscari, & venari canib⁹, vel aucupio, & equitare, & alia opera ad recreationem exercere, quæ cōmunis est doctrina, lege glossam cap. conquestus, & in iure ciuili. ff. de ferijs. libro. 1. 2. & 3. & ff. de dan. infect. l. 1.

Hh

Quid

Quid iniungatur in festis pro cultu? §. VIII.

RESTAT Videre de cultu interiori iussu reddi Deo, quod declaratum est ab Ecclesia, quod festis diebus Missa audiatur: de quo Ecclesiæ præcepto hic nobis visus non absq; re locus est conuenientissimus. Præceptus est igitur hic cultus interior simul & exterior, tribui à fidelibus Deo, diebus festis ab Ecclesia sancta in cap. Missas. de consec. d. 1. & c. omnes fideles. ibidè: quibus locis Missa præcipitur audiri ab omnibus secularibus, quia de regularibus vel clericis præbyteris supponit quod illas dicant, vel quod audiât cõtinuè Missas, etiã dieb' nō festis, tamè hoc certū est præcepto imponi omnibus habētib' rationis vsum plenū, cuiuscūque conditionis etiam feruili, vt bene probat Card. supra dictū cap. Missas. & Ricard. quodl. 1. q. 19. & sanct. Antonin. 2. p. c. 10. tit. 9. §. 1. Nemo autem iure communi, ad aliud diuinum officium tenetur audiendū, quam uis aliquibus in prouincijs, audiāt homines Vespertinas Laudes diebus festis, quod nisi adsit aliàs obligatio voti aut iuramenti, solum est de deuotione & nullatenus Deo obligatione, quia hoc nulla consuetudine præscribi potest, quicquid falso dicat Palud. in. 4. dist. 15. Neq; tenetur quis die festo ex iure amplius quam vnā Missam audire integram, etiã priuatam, non autem maiorem, siue cantatam, quia qđ lege non cauetur, nulli onus imponendum est, vt patet capit. consuluisti. secunda. q. 4. & l. illam. C. de collationibus. quæ autem dicatur pars notabilis, vt Missa integra non sit, vel quæ Missa integra sit, sub iudice est: nam cū in materia morali non sit, ad

pun-

punctum Mathematicum iudicandum, relinquitur iudicio boni viri, & cum boni viri multi scripserint, multæ sunt de integritate sententiæ, & fere tot quot & capita: etiam iuniorum, cū autem hoc iudicio relinquatur prudentis: & de lege sic iudicandum sit, vt habetur. l. prima. ff. de iure deliberationis, hinc fit quod vsq; ad initium Euangelij, moraliter Missam integram reputari credamus, cum minor pars illi deficiat, imò etiam si sacerdos illuc usq; iusta causa omitteret dicere, vel quia non posset, vel non inueniret, credimus non peccare, & Missam integram dicere: secus sine necessitate. Etsi Euangeliū dicere non posset, credimus teneri ad non dicendā Missam, & si quæcumque adest congruentia vel necessitas, quia (sicut vt Anselmus ait) sicuti prædicatio Euangelij, nō fuit minor ex gratijs à Christo. R. nostro nobis collatis, & præbium ad Missam, quam ipse sacerdos in Cruce cruentam celebravit, sic in Missa, quæ eiusdem Domini & memoriale, & verū sacrificium est: in qua ipsum Dominū modo in cruce offerimus, oportet vt lectio Euangelica præcedat, & in fine, vt assistamus consummationi sacrificij sancti, in qua præcipuè Missa consistit, post consecrationem & actionem: dummodo fiat ex rationabili causa, non omittitur Missa integra, etiam si collectæ posteriores non audiantur, etiam si quis ab Euangelij initio illam tantū audierit, quia sicuti collectæ priores non iudicantur pars essentialis, vel notabilis Missæ, sic neque posteriores: in quo aliquantulum à Nauarro discedimus, & à Soto, quamuis illi vellint, nollint hoc admitterent, in reliquis cum illis consentimus. Insuper

Hh 2

addi-

addimus, quòd si quis ab vno sacerdote ab initio vsque ad medium Missæ audierit, & faccedente causa auferat, & postea ab alio ab illo puncto, vel circiter audierit, & profectus fuerit, præceptum adimpleuit, quia vna Missa integra est, quoad audientem, nec iubet Ecclesia, aut ab eodem, vel à diuersis Missa audiatur integra: doctrina est Joan. Maior. in. 4. dif. 45. q. 2. & Natar. cap. 22. Manus. nu. 2. & Enc. hirid. de oratione. cap. 10. num. 43. Neque obstat quòd. c. Missas. citato, præcipiatur, vt nemo exeat ante benedictionis sacerdotis, quia hoc non est præceptum, sed magna congruitas, & in nulla lege vel præcepto est vbi parum pro nihilo non reputetur, & paruitas non excuset à mortali.

Et quamuis laudabilissimum & sanctissimum sit, diebus omnibus Missam audire, tamen præter dies festos nemo etiam religiosus, vel clericus, imò neq; Episcopus ad audiendam Missam tenetur. Et voco dies festos illos de quibus supra: nam quamuis cap. quoniam Episcopi est, de priuileg. in. 6. videatur iubere, vt quotidie audiant Episcopi Missam, hoc solù est decentia, vt ibi expresse dicitur: & ob hanc decentiam, conceditur illis, quòd possunt portare altare viaticum, id est, laminam lapideam, lignæ capsæ inclusam (quam nostri Aram vocant) qua modo, ex multiplicatione Ecclesiarum, vbique vtuntur iam. Et diebus ieiuniorum etiam quorumcumque, non tenetur quis Missam audire, & sic illud. cap. solent. de consec. dif. 1. aut disuetudine ablatum est, aut de solo consilio loquitur, vt Syluester, verbo, Missa. 2. §. 2. & Rosel. verbo, Missa. §. 23. Duo igitur restant videnda: primò, cultus Missæ: Deo tribuendus, ad quos

quos actus internos vel externos obliget, ex vi præcepti. Secundo, qui excusentur ab audienda Missa, diebus festiuis, & ob quas causas.

Missæ auditio ex præcepto. §. IX.

QVOAD Primù dicimus, ex vi præcepti audiendi Missam, primo iniungi, assistentiam & præsentiam corporalem loci, vbi illa celebratur; corporalibus enim & sensualibus; corporale obsequium iniungitur, vel corporali cõiunctum: & fit qui esset trans parietem vbi Missa celebratur, etiam trans illù cui hæret altare, Missam non audit, æque præcepto satisfacit, etiam si verba audiret, dummodo nihil videret. Vnde colligitur, quòd cultus corporeis sensibus exhibendus, in adimplerionem huius præcepti, est audire & videre. Vnde in aliquibus nostræ Hispaniæ prouintijs dicitur audire Missam, in alijs & si paucioribus, dicitur videre Missam: & sic qui commodè potest, ad vtrumque hoc præcepto obligatur, scilicet, ad audienda quæ dicuntur, & principalius ad videnda quæ aguntur, præcipuè ad adorandum Redemptorem nostrum, visum sub speciebus sacramentalibus. Surdus autem qui audire non potest, tenetur vt Missam dicatur audisse, ad videndum saltim Hostiam sacram adorandam; cæcus vero ad audiendum quæ dicuntur, vt melius potuerit, quando vero sacellum perangustum est, vel multitudo conuenit, neque commodè possunt aliud templum adire, qui longè sunt ab altari, si non audiant pro tunc reputent se surdos: adimplent enim præceptum dummodo videant, quòd & communis vsus recepit, &

consuetudo fidelium: qui vero prope sunt si & si au-
diant alijs visum impediens procerioris corpo-
ris, qui ante illos sunt, reputent se cæcos, si fecerunt
quod in se erat, & præcepto satisfecerunt. Qui auté
neque audit neque videt, præceptum de Missa audié-
da non impleuit: qui autem duobus sensibus visu,
scilicet & auditu careret, ad hoc præceptum non
tenetur, sicuti impotés omnino. Insuper qui in Mis-
sa assisteret operando aliquid manibus, vt scriben-
do, legendo alia distincta, vel aliud seruire opus fa-
ciendo, non adimpleret præceptum, cum assisten-
tia dictorum sensuum nõ possit esse ad plura simul,
& illud quod in manibus est, vt propinquior actus
sensuum rapit.

Quæ attentio in Missa requiritur. §. X.

DE Cultu vero interno dicimus, attentionem,
siue assistentiam animi requiri: qualis auté & quan-
ta, hic labor. Dicimus ergo, omnem illú, qui sic Mis-
sæ interest, atq; si nõ interesset, & totá illá vel nota-
bilé eius partem, & transigit dormiendo vel collo-
quendo, ita vt á totius vel partis notabilis attentio-
ne, vel aduertentia vlla impediatur; Missæ præcep-
to audiendæ non satisfacit magis, quam si illa dice-
retur Parysijs, & ille esset Toleti: nam illo modo as-
sistunt etiam lapides & ligna templi: assistentia au-
tem dicit intentú & aduertentiam hominis, vel
creaturæ intellectualis, in quantum talis. Insuper,
quicumque saltim in confuso, & virtualiter non
intendens & attendens, se interesse diuino & sancto
operi sibi præcepto, illud non adimplet. Adhuc di-
co,

co, quod qui nõ astat saltim animo faciendi quod
illi iubet Ecclesia, & aliquo modo abstinédi interim á
vanis, & aliquo modo saltim memorádi Dei, & suorú
erga genus humanú, & erga se beneficiorum, Missá
secus nõ audit, neque præceptum de illa adimplet,
sed vt brutú ibi existit: & qui aliam doctrinam vo-
luerit, quærat á quo voluerit, quia scio, me totum
quod potui, iuxta Euangelij & Ecclesiæ sanctorúq;
Patrum doctrinam, extédisse, & (vt ita loquar) mo-
le fecisse, vnde condénandi sunt, qui tota Missa col-
locútur, vt in foro, & sola eleuatione sacramenti tá-
tum & vix abstinent, & qui vt leuent laborem ma-
ximum quod in audienda Missa sacra sibi videntur
transigere, quærent occupare interim imaginatio-
nem, & diuertere in alijs, & illi qui fere totaliter pro-
fanè, intendú foeminas aspiciendis, comptis, & có-
positis, vel foeminæ viros: quãuis non placeat illud
S. Antonin. 2. part. tit. 9. cap. 10. §. 1. à paucis secuti,
quod vir vel foemina quæ intrat præcipuè die festo,
& vadit vt videat puellas vel iuuenes, quod non ad-
implet præceptum: sicuti neque placuit pluribus
Scotistis, & Thomistis, præcipuè iunioribus, Caiet.
Sot. & Naua. & ratio est, quia & si quis peccet abiés-
in Ecclesiá principalitè ad hoc, tamé intrás illá, & cú
posita attentione, quæ satis facilis est, adimplet præ-
ceptú de Missa audienda. Nam nõ obstat quod quis
peccádo mort. quoad vnum præceptum satisfaciat
alteri: secus dicens Missam in peccato mort. in die
festo, & si in dicendo in illo statu Missam sacrile-
gium committat, non adimpleret præceptum de au-
dienda Missa, quod est absolum & ridiculum. De-
num non adimpleret præceptum, qui dū Missa tota

vel notabilis eius pars dicitur & celebratur, legeret etiam deuotissima quæque, vel recitaret, nisi essent illa, quæ ad prouocandam & excitandam attentionem & deuotionem mysteriorum in ipsa Missa signatorum prodesse: vnde hoc maximè reprehèdèdū venit, & difficilius tollitur, quia cū habeat specie boni, tardius creditur esse illicitū, sed certè est, vt si quis quādo iuberetur astare domino suo tacēs, & attèdes quid iuberet ei, vel per nutus, si occuparetur in dicèdis Laudibus, sui Dominialis, & Dño nō attèderet, nūquid hoc placere posset Dño? Sunt ergo omnes mouèdi, vt obediāt attèdètes quæ in Missa dicuntur, si intelligunt illa, vel saltem si non intelligūt in speciali, considerātes quod assistūt cū Angelis diuino illi sacrificio, & commemorationi per actorū omniū in Passione Domini: & sic recitare rofariū submisit hoc nō impedit, cū in illo cōmemoretur vita & Passio Christi, & illas orationes recitare, quæ hoc intèdunt, & sunt in libellis modo impressis & correctis, quas (horas vocāt communiter nostri) scilicet, post eleuationē corporis & sanguinis Dñi, ante Missam etiā inceptā, & post ipsam finitā, sed hoc non debet dici vt cæcorū oratio, sed intendèdo, neq; altè, vt audiètes imo ipsum sacerdotē celebrantem perturbet. Doctrina est cōmunis omniū, qui autè dum dicitur siue auditur Missa pro adimplendo præcepto diei festi, recitat orationes ad quas ex voto vel iuramento, vel ex obedientia tenetur, vt sunt Horæ Canonica, quoad obligatos ad illas, vel iniunctione pœnitentiæ iustæ in cōfessione posita, dubitant Doctores, nū possit quis; cū Missā audit, recitando adimplere obligationē dictarū oration-

tio-

tionū. Gabri. & Ioan. Maior. & Angel. verbo, feriè. §. 42. & 46. & Syluest. verbo, Missa. 2. §. 6. ad fin. absolute negant posse fieri, imo Sylu. addit absq; mor. peccato. Caieta. in Summa, verbo, dies festus. & in tomo. 3. opusculorū. opusc. de valore orationis, saltem ad veniale condénat, vno tempore Missam audire ex præcepto, & ex præcepto precibus assistere vel Horis. Soto & alij iuniores contrariū affirmāt, & Nauar. Manua. c. 21. nu. 8. & Enchirid. Horarum Canon. siue de oratione. c. 19. nu. 178. concl. 16. cum quibus nobis ire libet, quia eadē hora & tempore, licet duo præcepta implere: secus nō liceret eodem actu ieiunij Quadragesimæ diei, adimplere præceptū de ieiunio Quadragesimali, & vigiliæ sancti Matthiæ: & ieiunando sextas ferias Quadragesimæ, non adimplerè simul votū de ieiunando omnibus sextis ferijs anni, quod est ridiculū. Insuper quia Missa solū requirit attentionē assistentiæ, ad diuina modo explicato supra à nobis, quæ non impedit illā maiore (imò iuuat) quā debemus habere in diuino officio: nā rationes quas Nauar. hic adducit, neq; placet, imò neq; rationes sunt, & si verā doctrinā probare nitatur. Si quis autè experiatur quod audiens Missam, nō possit attèdere ad officiū diuinū, de tali non loquimur, cū leges & doctrinæ de his quæ vt in plurimū accidūt dādè sint: & certè quāuis ne cōficientia erronea peccet quis, hæc dixerimus, tamen quid in foro iudicandi amice dicamus, sic duo præcepta implentes, absque rationabili necessitate, solent esse homines parum de Deo tractātes, quæ si reuocantur a Deo, mundo & carui viuentes, socordes & ignauissimi, redimentes tempus lasciuis.

Hh 5

Qui

Qui ad audiendam Missam non obligentur. §. XI.

DE Secundo dicamus, qui ad Missam audiendam non obligentur diebus festis: conclusio igitur generalis sit, omnis ille qui sine graui damno salutis spiritualis vel corporalis, famæ, vel sine graui iactura bonorum fortunæ, Missam non potest audire, ad illam non tenetur; & quia semper animus est, ad pecuniaria descendere, dicimus, quod omnis qui certitudinē morali timet, si eat ad audiendā Missā, se inuenturū occasiones certas, & laqueos peccādi mor. vel occidēdi aliquē, vel vulnerādi, vel cōtendēdi verbis offensiuīs, vel cadēdi, laqueo oculorū suorū cū aliqua foemina, vel cū viro, non tenetur, imo tenetur non ire ad audiendam Missam, nisi alio loco celebraretur, vbi hæ occasiones non imminerent vel pericula: fecus, qui amat periculum, peribit in illo, Ecclesiastici tertio. Neque putandum est, Christum Redemptorem nostrum, neque Ecclesiam sanctam eius Sponsam, aliquid contra bonum militans instituisse, iuxta regulam illam sanctissimi P. nostri Bernardi, maximè, & nunquam satis à Theologis, & iuris Canonici peritis celebratam, quod pro charitate institutum est, contra charitatem militare non debet. Insuper omnis infirmus vel debilis, cui ad iudicium boni viri, ne dicant medici, conuenit ad calorem vel ad frigus non exire, vel non ambulare, non tenetur ad audiendam Missam. Insuper omnis prægnans, quæ abortum timet, ex iusta vel rationabili ratione, & omnis quæ peperit vsque dum perfectè conualuerit, imò vbi consuetudo fuerit non exire ad audiendam Missam, nisi peractis quindecim vel viginti diebus: potest etiam si conualuerit,

luerit, non venire vsque in diem præfinitum, quia licet Purificatio post partum in quantum quid æremoniale prisce legis abolitum sit, ita vt si quis ob obseruantiam Legis veteris, illud faceret Iudaizaret: vnde Augustinus relatus cap. ad eius. distinctione quinta, nullo menstruo dicit Legē Noua prohiberi mulieris ingressum in Ecclesiam: tamen ipsam posse ob reuerentiam aliquantulum abstinere: & hoc clarius decernit Innocentius Tertius capit. vnico. de purificatione post partum. Quæ autem menstruum ordinarium patiuntur, nullatenus debent ab ingressu Ecclesiæ, & auditione Missæ abstinere, vt vidi publicè fieri in Montanis Galetia, & Legionis Regno. Excusantur & omnes nutriendes infantes teneros, à quorum cura discedere nō licet, quia inquieti sunt & nimis plorant, & tales in Ecclesias deferre potius vitio ascribendum est, cū perturbent diuina officia vagitibus. Item excusantur clausi in carcere, quāuis vbi bona viget institutio, prouidetur de Missa in carceribus, vt ipsi audiant vincti, & tunc tenentur. Item excusantur excōmunicati excōmunicatione maiori, & interdicti, quāuis culpa sua perseuerent in excommunicatione, vel interdicto, quia hoc aliud est peccatum, scilicet contumaciæ: tamen ad audienda diuina, dum impediti sunt, nō peccāt nō audiendo. Circa hoc nostris diebus exijt dubitatio, nū tempore interdicti mei loci, tenear ego qui causā interdicto nō dedi, adire alium locum proximū, qui interdictus nō est, ad audiendā Missam? Secūdo, nū si ego priuilegiatus sum vel quia clericus, iuxta cap. alma mater. de sentent. excōmunicatio. in. 6. vel per Bullam Cruciatæ. vel

per.

per aliud Papale diploma. Vel rescriptum teneat, festiuo die Missam in loco interdicto audire, scio tempore Ioann. Andr. supra cap. alma. de sent. excom. in. 6. & Archid. iam hanc quæstionem fuisse motã, illo asserente, isto negante, nos vero dicimus, quod re bene & in rigore perspecta, nemo tenetur ex vi præcepti, ad audiendam Missam extra suam ciuitatem, imò neque extra suum locum, amplius dixerim, neque extra suum pagum siue vicum ire: nam præcepta iuxta communem sensum & consuetudinem sunt intelligenda, vt habetur. l. de quibus. ff. de legibus. at communi omnium consensu, si Missa deest in proprio loco nemo se teneri existimat adire in alium, & qui abire credit se ex supererogatione operari. Insuper quoad secundum dico, quod qui propter ius nouum, vel aliud priuilegium est priuilegiatus, vt cum causam interdicto non dederit, possit diuina audire, nõ tenetur audire Missam diebus festis, loco & tẽpore interdicto, ex vi præcepti: in quo cum Thomistis qui rem enucleatius penetrarunt sentimus, quorũ vnus extat fra. Bartho. Medina in sua Summula Hispana, & alijs doctissimis, qui nõ scripserere, dũ meliõ possẽt, & ratio est, quia iure cõmuni & Ecclesiastico, quo præcipitur Missa audiri in festis, vetatur audiri tẽpore interdicti, & in loco interdicto, vt patet. c. nõ est vobis. de spõsal. & c. quod in te. de pœn. & remis. & c. alma. in. 6. & si cõceditur, q̃ Missæ celebrentur, tamẽ ianuis clausis, & interdictis exclusis, qui sũt omnes de loco interdicto, sũt de iure priuati ne audiãt diuina, & hoc in penã, velut faciãt resipiscere eũ, qui culpã habet: audire Missã, habetur ve lex priuilegio

specia-

speciali, vel ex Bulla Cruciatę: at quicũq; liberẽ potest cedere priuilegio suo, & illo non vt liberẽ, vt liquet, quando hæc cessio non damniãt. Tertio ergo poterit in die festo non audire Missam, imò tunc exercere possunt actus obediencię seruando interdictam Ecclesiasticam, & non vtendo suo priuilegio, in quo non bene Nauar. Manual. cap. 21. nu. 4. quamuis quoad illos qui iure communi excipiũtur a sententia interdicti, placeat sententiã Nauarri propter dictas rationes. Excusantur & pauperes, quibus non est vestitus, vel calcei, vt sine verecundia apparere non possint, cum sint ex honoratis parentibus, & habeantur vt tales: nam alij quibus non est periculum ruboris, qui vt tales cogniti sunt, tenentur & si nudi ad audiendam Missam excusantur, & qui ex mandato parentum vel dominorum, remanent pro custodia domus, vel gregum, vel armetorum in pacuis, quando periculum imminet, si solã domus vel greges remaneant, quod ferẽ semper imminet, sed maximẽ reprehendẽdi sunt domini & domine quę filios, vel filias, vel seruos, & ancillas occupant, ne Missam audiant, quando commodẽ fieri potest, vt in mane vnã priuatam Missam audiant, vel quando possunt differri opera, in quibus occupant eos, vel eas post Missam auditam: imò tunc condemnarem eos vt reos lethalis criminis. Sũt & maximẽ reprehendendi, qui vel quę filias iuuenulas & non nuptas non sinunt egradi ad audiendam Missam diebus festis, quia si ob clausuram & custodiam earum hoc faciunt, certẽ deberet remanere mater etiã domi, imò si periculum imminet, dico cum Nauarri, quod excusatur etiam mater si non vadit ad Missam

ob-

obseruandam suam filiam, á fortiori quam obseruãdam domum: quia secus melius est mater filias ante se ad missam deferat, quam quod domi relinquat, quia tunc fiunt pactiones & forté colloquia, neque quoad hoc fidãt multum de ancillis, quia vt in plurimum adiuuant, & tacent. Quæ doctrina est cetero for mis ad argumentum. cap. accessorium. de regul. iur. in sexto. Excusantur & iter agentes ex mādato aliorum, vel pro negotijs regum: vel rerum publ. Et in super illi qui exierunt à diuersorio, vel à domo probabiliter existimãtes, & credẽtes se inuẽtuos Missã in tali vel tali loco, & postea ex accidẽti non inueniũt. Similiter & qui iter agit cũ socijs itineris, qui eius itineri sunt cõmodo, & si ipse demoratur ad audiendã Missam, credit illos præterituros & non spectaturos se, excusatur. Excusantur & omnes illi qui custodiunt castra tempore periculi, & carceres ne vincẽti fugiant, & qui si reliquissent domos vel irẽt auditum Missam ob eorum absentia vel egressum, eueniret perditio vel notabile damnum ciuitatis, loci, vel domus, vel segetum, vel vinearum, vel vini, vel panis sui, vel alterius rei familiaris, iactura, ad boni viri iudicium librandã, & in his consuetudo nimis docet, vt habetur. l. de quibus. ff. de legibus. & cap. fina. de consuetudinibus. l. venditor. §. si constat. ff. commu. pre. & sic Consultus etiam respondi cuidam nouæ nuptæ non teneri ire ad Missam, quia eius maritus zelotipiæ infirmabatur, & suspicabatur, q̄ eũdo vel stando in Ecclesia, colloquebatur, vel signa faciebat viro alteri, vel dabat, vel recipiebat literas.

DE

Quid de viduis pro anno viduitatis primo. §. XII.

DE Consuetudine autem aliquarũ prouinciarũ, quod viduæ nobiliũ intra annũ viduitatis, nõ exeãt ad audiendã Missam, scio aliquos ex nostris asserere bonã esse consuetudinẽ quoad excusationem peccati, vt enixe contendit Nauar. vbi supra, sed certẽ vt quod sentiam dicam, nõ ignoro posse consuetudinẽ introducere, vt lex aliqua etiã Ecclesiastica nõ obliget, vt patuit supra citatis legibus, vt. l. de quibus. ff. de legib. & insuper nõ ignoramus, quod vbi hoc in vsũ fuit, & Curati & Episcopũ tacuerũt, consuetudo introducta est, & iustẽ excussat præcipuẽ, vbi vidua laboraret aliqua infamia, si secus faceret, vel suspitione, sed addimus cõsuetudinẽ esse abominandã, & tollendã, & à concionatoribus reprehendendam, imò & à Prælatis abolendã, & ridemus, quod vir adeò doctus & ita pius, vt Nauar. dicat nõ posse Episcopũ talẽ consuetudinẽ auferre, sua cõstitutio ne, ex eo quod habet vim legis, quasi nõ posset Episcopus & quilibet Prælatus iubere, vt seruetur ius cõmune Canonicũ, sua constitutione, cum hoc nõ sit condere legem de tali materia, sed conditã restaurare. & consuetudinẽ contra illã abolere, & sic contra hoc non facit argumentum cap. inferior. 21. d. nam potius fieret in obseruationem legis superioris, quam contra, vel supra illam.

Seruietes infirmis excusantur. §. XIII.

ET Sicuti diximus excusari infirmum, sic dicimus excusari eum qui illis seruit, quia si est lex naturæ, vt infirmus non eat, erit vt & qui illi subuenit: secus infirmus periret, vel periclitaretur, vel graũter ferret. Vnde sanctissim⁹ P. noster Benedictus,

dictus, in sua discretione præcipua regula, infirmorum curam ante omnia & super omnia commēdat Abbatibus. Neque tenentur supradicti excusati, & ex vi huius præcepti aliquid recitare loco Missæ, vt voluit Scotus, à nullo in hoc secutus, in. 3. dif. 9. & 17. q. vnica, propter supradicta, quia supra dicto præcepto, non alius cultus in festis exhiberi Deo præcipitur determinatè, nisi audire Missam, qui legitimè non fuerit impeditus.

Quoad præcepti huius adimplerionem non curandum de persona sacerdotis, neque de loco in quo auditur. §. XIII.

DE M V M Dicimus, quòd vt adimpleatur hoc præceptum, non est curandum an Missa sit regularis, an secularis sacerdotis, an proprij curati, an alieni, & quod præcepit Concilium Trident. ses. 24. c. 4. de reforma. vt moneat Episcopus, vt parochiani ad proprias paroccias audituri contionem veniāt, bona gubernatio est, & ad melius esse: tamen vnusquisque potest adimplere præceptum, vel in Oratorio particulari audiens, vel in monasterijs vbi deuotius & quietius Missæ celebrantur, & hoc fit sciētibus Summis Pontificibus, imò in ipsa ciuitate vbi Papa residet, & vltra hoc decretum est Extrauag. sanctissimi P. & D. Pij Quinti, anno. 1567. & alio motu proprio Leonis. X. vt constat ex priuileg. minorum & nostræ Obseruantie concessis sancti Bernardi Hispaniæ, & sic qui hoc vellet vetare etiam Episcopus, scandalosè procederet. Imò, si proferret contra hoc sententiam excommunicationis, non tenet, &

& vt docet sanct. Anton. 2. par. titu. 9. cap. 10. §. 2. & Syluest. verbo, Missa. 3. & Panorm. a contrario sensu id colligit, super cap. 2. de paroch. & ali. paroch. & Nauarr. vbi supra. num. 5. Et sufficiunt causæ dictæ, & q̄ conciones in monasterijs frequentius & exactius habētur: & quicūq; omittit audire Missam à proprio Parocho, quia est notorius cōcubinarius vel vsurarius, non solum benefacit, sed tenetur id facere, vt patet cap. nullus. & cap. præter hoc. 32. d. & cap. si qui sunt. cum quatuor sequentibus. 81. d. & extra cap. vestra. de cohabitatione cleri. & muli. & hoc expresse fatetur sanct. Tho. quodl. 11. art. 8. & Turrecrema. Card. super citata capita nullus, & præter. 32. dist. Sed hoc debet intelligi, quando propria inuerecunda confessio vel sententia Iudicis pro concubinario datus fuerit publico & notorio, & vsurario, & non emendauerit: nam secus & si vt concubinarius omnium ferè ore decantetur: tamen adhuc toleratur, & Missa eius potest exaudiri absque incurfu excommunicationis, quā (vt refert Nicolaus Secundus. cap. dicto nullus.) fulminauit Synodus Generalis, ab ipso conuocato, & declarat Alexan. II. eius successor. cap. præter hoc. imò latius. c. consulendum. 28. d. & 15. quæst. vltima. & cap. vltimo. De auditionis Missæ præcepto satis pro Summa dixisse arbitramur, imò quoad nostram Catholicissimam Hispaniam, & Italiam, & ad id quod ex Galia modo sanum ab hæresi remansit, superflua diximus, quia ibi in hoc tanta est deuotio, vt fere omnes etiam mercenarij, omnibus diebus (Missam non audita) nihil audent facere laboris, & omnes se ad Missam ita obligati existimant, vt in hoc nullum fere casum referunt.

De præbyteris quoad Missas. §.

ET QVIA nõ sumus obliti promissionis factę in initio operis, scilicet, quod ubi se occasio offerret, quæ ad sacerdotes attinerent (quibus præcipue & ecclesiasticis scribimus) breuiter tangeremus, vt á debito exeamus, reddamus promissa: & sic breuissimè quoad attinet ad Ecclesiasticos quoad missas dicēdas, cum neq; cõuenientior se offert locus, tractabimus. Primo igitur sciēdũ est, quod in odiofis nomini sacerdotis, tantũ presbyter venit in iure intelligendus: at in fauorabilibus, nomine sacerdotis diaconus etiam & subdiaconus intelligitur patet primo. 15. quæst. 5. cap. de crimine in fine. Vbi Stephanus Papa, Diaconem, vocat Sacerdotem Dei, & cap. si quis quam. de cohab. clerico. & mulierũ. Vbi & hoc notat Panorm. Sed his omiſsis omnis sacerdos excommunicatus, aut irregularis, aut suspēsus, aut. degradatus, peccat mortal. Missam sacram dicendo, & suspensus & excommunicatus & degradatus vltra hoc fiunt irregulares: irregularis autē, non renouat aliam irregularitatem celebrando de nouo etiã millies, sed totidem peccat mortali, nisi esset in casu, ubi si nõ celebraret, notificaret peccatũ suum occultũ ob quod est excõmunicatus, vel irregularis: de quibus sat diximus supra. 1. p. cap. 9. & cap. 12. Omnis sacerdos dicens Missam in peccato mort. Vero vel á se existimato cõmittit nouũ abominadũ peccatũ mort. sacrilegij imò vt exeat à mortali tenetur sub nouo mort. (si copia confessoris adsit) cõfiteri, & qui contra hanc doctrinã dixerit vel affirmauerit, vt ferè hæreticus, eo ipso est excõmunicatus

tus, per sanctum Concilium Trident. sess. 13. cap. 7. & Canon. 11. Vti diximus part. 1. cap. 3. excipimus quando ex vi officij dicturus est Missam, vel ex vi præcum amicorum, & secus incurreret scandali notam: vel infamiæ, & non adest sacerdos, vel si adest, non expositus vel approbatus, vel timetur de publicando peccato, vel de alio graui malo: quia tũc ex iure naturæ quo, propria prospicitur fama, cum peccatorum dolore accedere potest: quia reputatur pro non copia confessoris. Tenetur omnis sacerdos præparare se ad missam ~~sub peccato~~. Volo dicere, quod tenetur ante Missam aliquem actum facere quo consideret vel aduertat in speciali, quid vultagere: & prospicere, iuxta August. quis ipse, & quis Deus, quem offerre tentat. Imò iuxta Ambr. aliquantisper considerare, quam Maiestatem atrectare conatur, secus iudicium sibi manducabit & bibet, non diudicans corpus Domini, hoc enim (iuxta prædictos sanctos) est non diudicare, non alia præparatione accedere atque ad mensam prandij corporalis & ordinarij pastus, sic & Sanct. Thom. super primam, Paul. ad Corinth. 11. lectione vnica, & sic magis aliquid, oportet vt sacerdos in hoc detineatur, quam postea in gratiarum actione; sunt ad hoc sanctorum considerationes & præparationes, & quando alia non ad sit illud Soliloquium Augustin. scilicet, quis ipse sit, quam vilis, quam abiectus, &c. & quis Deus, quẽ sumpturus est, quam purus, quam bonus, quam sanctus, imò ipsa sanctitas & bonitas: & quam infirmus ipse, & quomodo assumpturus sit saluatorem, medicinam, imò medicum, imò sanitatem

ipfam. Sed maxime ploranda est, in aliquibus, maxima deficiã, & quomodo accedant magis ob consuetudinem, vel ob pitantiam siue elemosynam; heu magnum malum, præparatio est exire à domo, colloqui iocose, vel etiam mordaciter cum omnibus, ridere, vestiri sacris colloquendo, caquinando? O magnum malum, propter quod credimus magna Dei flagella immitri! Tenetur insuper sacerdos diiudicare se, & cogitare memoriaque recollere, an sit in statu peccati mortalis: nam secus etiam si per obliuionem ~~procedat~~ cum illo, peccat de nouo, quia nõ recogitãdo de statu suo, illa obliuio fuit volita, sed si facta diligentia morali non recordatur, postea si cœpit Missam (ait Nauarr. & alij) non tenetur cõfiteri: amplius dicimus nos, etiam si non cœpit, sed iam exiuit à sacrario ad altare, non tenetur confiteri, quia scandalum generaret & suspicionem peccati mortalis, nisi adiuuãs solus puer paruulus adesset, & commoditas maxima transeuntis sacerdotis, cui annuere posset, vt accederet ad cornu altaris, vt cõfiteretur ei: secus enim, cum dolore & proposito cõfitendi data commoditate, posset procedere, etiam si recordaretur se occultè excommunicatum, suspensum, irregularem, vel interdictum: nam si publicè, deberet reddere ad sacrarium dicens: Non recordabar quod essem excõmunicatus, vel irregularis, &c. Debet insuper accedere ieiunus, non solum ieiunio Ecclesiastico, quod non frangitur per medicinas, & per medicinalia, sed etiam, ieiunio naturali qui per solam saliuam, vel per ea quæ per modum saliuæ sumuntur (vt sunt reliquæ quæ in tradentes remanent ex cibo heri sumpto, vel paxillum aquæ quæ tran-

transijt inter lauandum simul cum saliuã, cum qua reputatur) non frangitur: vt docet S. Tho. 3. p. q. 80. art. 8. ad. 4. & hoc præceptum est iuris positiui, iuxta eundem sanct. Thom. vbi supra, Canonici. Sed crediderim, vel fuisse diuini ex traditione, vel saltem ex illo deducti: & hoc ieiunium computatur, à media nocte præcedente, sicut & iam Ecclesiasticum ex consuetudine: neque ad rem facit, ad communionem vel sumptionem huius sacramenti, quod quis dormierit vel non, nocte præterita, vt vidi diebus iuuentutis & ignoratiæ meæ, maximè peti ridicule satis. Insuper quod ad præparationem præbiam attinget, oportet vt officium matutinum & primam illius diei recitauerit, quia sicuti Ecclesiæ mos, videtur obtinuisse, vt in Cathedralibus, Collegiatis, & monasterialibus Ecclesijs, Missa solennis, vel maior post Primam, imò iam post Tertiã celebretur: imò non videtur sacerdos doctus vel indoctus, qui hoc etiam non obseruet quoad Missam priuatam: tamen hoc solum est ex congruentia, & non ex præcepto vel iure: & sic cum quacumque rationabili causa, poterit quis Missam ante matutinos dicere, quicquid contra hoc Nauarro vellent, absq; textu & ratione (præter dicta ex congruentia) cap. 21. Manua. de horis Canonicis. super qualiter & quando, conuenientia. 21. & in Manual. confess. cap. 25. nũ. 83. in quo nos sequimur Theologos Summistas, & præcipuè Sotum lib. 10. de iust. & iur. quæstio. 5. artic. 4. & Syluest. verbo, Missa. §. 6. non bene citatũ à Naua. & certè in hoc omniũ est cõuenientia, q̄ si necessitas suadeat, potest Missa dici ante matutinos: necessitas autè, nobis videtur sufficiens, infirmorũ,

quorum stomachus non patitur spectare recitationem matutinorū: vel in hominibus occupatis, qui si expectarent ad recitandos matutinos Missam dicere non possent, quia vel deficeret tempus, vel altare esset occupatum, vel vestimenta sancta, vel quia tunc ex obedientia tenetur ad aliud negotium, & quando fieret ob solam voluntatem credimus tantum veniale. Nō tenetur sacerdos ex præcepto obligante ad mortal. Missam dicere eiusdem festi quod celebratur, etiā si sit parochus, & quamvis non esset alia Missa in populo, vel Ecclesia, quamvis magna esset incōgruitas, & si scādālū sequeretur esset mortale, & etiā si Missa sit pro defunctis, audiens illā & dicens in festo, satisfacit, & Eucharistia in illa ministrari potest communicaturis, in quibus omnibus absq; fundamento vidimus sacerdotes plures idiotas dubitare, & incūtere timorem, vbi timor nō est. In Cathedralibus autem, monasterialibus, & Collegiatis Ecclesijs, credimus mortale peccatum committi, si Missa solennis diebus solennioribus, de proprio festo (impedimēto cessante) vel maior non celebraretur, vel si in illis quotidie vna saltem Missa pro complemento officij diuini non diceretur & celebraretur: si esset numerus & quantitas sacerdotum: esset enim contra decentiam, ornatum, & ordinem, ab Ecclesia sancta præfixum, & contra obedientiam, in talibus enim Ecclesijs vult sancta mater Ecclesia: vt suppleatur pro omnibus parœcijs diœcesis, in quibus non possent diuinā cōmodè celebrari.

Tenetur insuper quilibet sacerdos sub mort. saltem tribus anni festis Resurrectionis, Pentecostes, & Natalis Domini, vel loco horum duorū festorū,

alio

alio vel alijs duobus festis in anno Missam celebrare, vt docet sanct. Tho. 3. p. q. 82. artic. 10. & Ricar. in. 4. dist. 13. artic. 2. & Nauarr. in Enchir. horarum Canoniarum, siue de oratione. cap. 3. num. 43. & in Manua. cap. 25. num. 88. & deducitur ex argumento capitis dolentes. de celebratione Missarū: & hoc licet nullā animarum curam habeant, vel obligationem nisi solum officium presbyterij, & hoc satis iuste, est enim scandalosissimum, & nunquam contingens, nisi in perditissimis sacerdotibus, imo post Concilium Trid. ses. 23. cap. 14. tenetur Episcopi diligenter curare, vt sacerdotes Dominicis diebus, & festis solennibus anni celebrent, etiā si curati non sint: nam ij tenentur ex officio ad celebrandas per se vel alium, omnes dierum festorū Missas sub mortali, & sub eodem tenentur per se (nisi infirmitate impediatur) pluries celebrare, etiā si haberent qui pro ipso Missas obligationis dicerēt: quoniam cæteri presbyteri non curati, scilicet, maioribus festis, Domini scilicet nostri, & Virginis sanctissime, & Apostolorum, & hoc ratione vitandi scādālū: (quod secus sine dubio sequi, nobis constat & omnibus, qui hoc aduerterunt) teneri affirmamus.

Locus sacer vbi Missa dicenda & audienda. §. XV.

NEQVE Potest sacerdos Missam celebrare, nisi in loco sacro, & altari sacro, vt habetur expressum cap. Missarum. de consecratio. distinct. 1. & cōtra illud ire, esset mortale, vt patet ex tenore præcipientis textus: præcipuè cap. hic ergo ibidem. ve-

li 4

rum

rum est, quod ex licentia Episcopi per prædicta capita, non utebatur sacra celebrare extra sacrum locum: vidimus enim nos & hoc fieri, & si tantû. 35. annum agamus anno hoc 1589. in infirmorum vxoratorum cubiculis: tamen post Concilium Trident. sess. 2. cap. illo celebri. de euitandis & obseruandis, in sacrificio Missæ, nõ possunt Episcopi in hoc dispesare, quia tale ius, illis est coarctatum, quidquid Nauarr. dicat cap. 25. Manu. num. 82. sed possunt Episcopi concedere, in domibus principum & magnatum, potentiumque, vt selecto loco & oratoria ornato, & ad sacra solum dedicato & separato, decenterque culto & obseruato, Missæ celebrentur: nam hoc iam summi Pontif. per suas Cruciatæ Bullas concessere cū moderamine visitationis Ordinarij post dictû Cõcil. Et insuper possunt parochi absque alia autoritate, in porticibus Ecclesiarû, altaribus factis cū ara, & extra Ecclesias illarû parietibus iunctis missas celebrare, cum ita numerosus cõgregatõ est populus, vt intra Ecclesiã sacra audire nõ posset, neq; illû caperet cõmodè Ecclesia: qd contingit in processionibus & litanijs & peculiariũ sanctorû, in eorû sacro die Visitatione siue peregrinatione. In eremitorijs autè decenter constructis, etiã ab Episcopis non visitatis, neq; ab illis benedictis, si iam antea erant edificata, tamè quia colapsa fuerant denuo in eodè loco, vel alio illi proximo reedificata, possunt altari factõ cum ara, missæ celebrari ob deuotionè, quia quod parum distat nihil distare videtur. Nullo autè modo, quocũq; priuilegio, & etiã sum. Põt. cõcessione (quã nunquã sua sanctitas dabit vel cõcedet) põt missa celebrari vbi imminet effusionis sanguinis

sanguinis periculû. Vt in nauib⁹ in mari, vel in trirremibus, vel in fluminibus, vel quo quomodo altari super aquã fundato, quia tale priuilegiũ vergeret cõtra ius diuinũ de reuerentia debita diuino sanguini, vt optimè S. Anton. 3. p. lit. 13. c. 6. §. 4. & Nauarr. vbi supra, & si aliquot contrarium priuilegia aliqua visa fuerint sonare, hoc modo & non alio sunt interpretanda, secus possent summi Pontif. contra diuinum ius concedere, quod absonum esset, quidquid perperam Summa Angelic. verbo, Missa. §. 39. adfert minorum & prædicatorum ad hoc priuilegia. Insuper omnis sacerdos peccat mortaliter celebrans in Ecclesia vel loco interdicto, & sit irregularis, ex ipso facto ex iure antiquo, vt patet cap. his qui. & §. 1. de sententia ex cõmunicationis in. 6. & peccat similiter lethaliter, qui in Ecclesia celebrat violata siue polluta, notabili effusione peccaminosa sanguinis, vel seminis, per licitum alias coitum cum vxore, ante emundationem per Episcopum si consecrata sit, vel per sacerdotem simplicem, si tantum sit benedicta, tamen in hoc secundo casu, non est pœna irregularitatis, neque in primo post moderationem capitis, Alma mater. de sententia ex cõmunicationis in sexto: nam post caput illud, omnes sacrum facere possunt etiam in loco interdicto dũmodo ipsi interdicto causam nõ dederint, & id fiat ianuis clausis, &c. quæ adnotauimus de interdicto agentes nos. I. part. cap. II. huius Summæ.

De Ornamentis sacris & defectu .§. XVI.

PECCAT Etiã mortaliter sacerdos celebrans Missam sine calice & patena cõsecratis si ex malitia

vel crassa ignorantia id fiat, vbi obiter quodam vulgare proloquium ridentes volumus ellegatum cordibus eliminare: dici enim ab antiquis audiui, qd si quis in calice non consecrato, sanguiné cōsecraret, per malitiam vel ignorantiam, quod remaneret consecratus deinceps, quod falsum est: nā eadem ratione si solo ex contactu specierum Sacramentalium, vasa vel res quas tangunt consecrarentur à fortiori linteamina, corporalia, & capsela in qua sacra reconditur Eucharista, essent cōsecrata, quod est falsum; si tamen alicui offeratur per errorem, & detur calix non consecratus pro consecrato, & in illo conficiat & celebret, neq; venialiter peccabit cum illud, quod inuincibiliter ignoratur voluntariū non sit, vti nos Theologi in Scholis dicimus cū S. Thom. 12. quæst. 76. & per consequens, neq; peccatū. Similiter peccaret mort. cōtra Ecclesiæ obedientiam, qui super altare non consecratum, vel nō habentem laminam lapideam consecratam (quam aram vocam⁹ modo) & antiquitus altare portatile. Similiter peccat si celebrat super hanc adeo fractam notabiliter, vel adeo paruam quod calicem & hostiam maiori ex parte non capiat, vt habetur. c. i. de Consec. Ecclesiar. tamen etiam si fracta sit ara, vel altare aliquib⁹ minutis respectiue partibus, vel magnis etiā quæ iunctæ remaneant, etiam arte vel cingulo ferreo, vel capsæ lignæ continentia, nullus est scrupulus per caput. quod in dubijs de cōsecratione Eccles. Similiter mort. peccat si in calice rimoso, vel perforato, in quo periculum effusionis sanguinis timeretur iuste celebraret. Similiter si sine vestibus benedictis celebraret, scilicet sine amictu pro

capite,

capite, quāuis non peccaret, si in necessitate defectu huius poneret pallā aliquā altaris, vel panū aliquod lineum vsus Ecclesiæ: si Camisia sancta, quā albam vocamus, quāuis si necessitas celebrandi in festo adesset, & offerretur alba nō benedicta, dūmodo ad id esset facta non credimus, quod esset mort. Similiter si oratio, vel stola super humeros & collū, antepetitus in modū Crucis trāuersa. Similiter manipulus pro brachio sinistro: de quibus dicimus, quod in necessitate iā dicta possemus sine scrupulo nō benedictis vti, pro vna aut altera vice: similiter si duæ essent stolæ & non adesset manipulus, possemus vna illarū breuiori, vel brachio inuoluta, vti pro manipulo, & si deesset stola & adessent plures manipuli, possemus absq; scrupulo lōgiori manipulo, vel duobus acicula iūctis, vti pro stola, dū super esset manipulus pro brachio; vel si diceret Missam sine cingulo benedicto, de quo in necessitate idem dicimus à fortiori, quod dictum est de alijs ornamentis: & quod illo deficiente possunt vti omnes alioqui fuerit, vel futurus sit in vsu Ecclesiæ, & possunt religiosi sacerdotes vel diacones, vti in necessitate suis religionis cordis, vel corrigijs, non tamen clerici, cum illorum cingula deseruiant ad vsus profanos; de planeta autem (quā nos capsullam vocamus) dicimus, quod sine illa quæ proprijsime & specialiter, vestis sacerdotalis est, absque peccato mort. nulla etiam vrgente necessitate, Missa à quocumque celebrari potest, etiam Episcopo, neque potest suppleri dalmatica vel tunicella, vel non benedicta, cū sacra sit sacerdotalis propria vestis: peccat etiam mortaliter celebrans sine libro Missali, vel sine illo

illo qui ad minus habeat Canonem, & actionem: nã dummodo hoc habeat reliqua Missæ, bene potest dicere memoriter si sciat, neq; restat scrupulus, si dicatur Missa per Missale Romanũ, ex decreto Conc. Trid. à Pio Papa. V. reformatũ, vel per aliud ex relictis & non reprobatis, ab ipso Pontifice, in quo vidi aliquos aliàs doctos stultè dubitare: peccauit & mortalit. celebrans sine lumine cæræ. cap. final. de celebratio. Missarum. & celebrãs similiter, in pane fermentato, contra Ecclesiæ sanctę prohibitionem antiquissimã, & renouatã prædicto. c. & nulla necessitas. exordinariè cõtingëtibus, sufficit vt cõtraueniatur illi. Similiter celebrans in onfacio, Hispanè *Agrax*, vel in aceto, siue vino corrupto, & ultra qđ sacrilegium committit contra ius diuinũ, etiam nihil facit, quia onfacium vel acetum, nõ sunt materia illius sacri mysterij: dixi acetũ, quia vinum & si aliquantulum sit acidum, potest administrari vt. materia, & in illo celebrari: idẽ de pane siue hostia corrupta dicimus. Similiter peccaret, si aquæ elementalis paululum non immisceret vino, ante consecrationem, per dictum cap. fin. de celebra. Missa. vt etiã patet de consec. dif. 2. cap. 1. & 2. legatur Ricard. in 4. d. 10. & 11. art. 2. q. 2. & nisi saltim vnum adiuuantem masculum non haberet: & si enim iure antiquo duo ad minus sacerdoti adesse deberent, sacrificanti, & 7. Episcopo. cap. Episcopus. & c. hoc quoq;. de conse. d. 1. tamẽ cũ iã in tãtũ creuerit sacerdotũ multitud, sicut & decreuit deuotio seculariũ, non vsu cessauit hoc ius, quod habebatur etiam de conse. d. 2. cap. 1. & 2. & iã vnus, duobus, & aliquãdo tribus administrat, legatur Ricard. in. 4. d. 1. & 11. vbi supra.

De

De vnicã celebranda Missa, & casibus plurimum
vno die. §. XVII.

N V L L V S Sacerdos potest eodem die nisi vnã tantũ Missam celebrare vt decernitur de cõsecra. d. 1. & c. sufficit. & c. consulisti. de celebratio. Missarum. Duas tamen celebrare posse in aliquibus casibus, exceptione ipsius iuris positiui, imò deductione à iure diuino concludunt Theologi, & Canonistæ Doctores. Casus autem in quibus id liceat, ad septem reducunt. Quorum primus est, ob mysterium declaratum, ab Ecclesia concedente & instituyente, & sic decernitur de consec. d. 1. cap. In nocte sancta. in die solenni Natalis Domini tres Missas celebrari ab vnoquoque. Quarum commodus celebrandi modus est, vt vna tantũ in nocte dicatur, vt docent Syluester verbo, Missa. §. 6. & 7. & Angel. ibi. §. 40. & Nauar. Manual. cap. 25. num. 87. Et ratio huius, iuridica est: quia Missam in noctibus celebrare, est contra ius Canonicum, vt optimè deducit glossa cap. final. de priuileg. in. 6. & receperunt omnes Doct. Theologi, & Canonistæ. Scio Paluda. in. 4. d. 13. quæst. 2. con. 2. art. 2. excipere Episcopum ab hac congruentia iuris, sed certè exceptio est merè voluntaria huius Doctoris, de quo infra latius. Secundus casus est, quando iam ferè dicta Missa, superuenit summus Pont. aut Episcopus: addimus nos, aut habens quasi Episcopalem iurisdictionem Ordinarius Prælatus, aut Rex, vel aliquis Princeps secularis, & nõ copia alterius sacerdotis: tunc si ieiunus remanet, illa finita Missa, aliã potest incipere: nam nõ ieiuno, nullo in casu licet absq; sacrilegio.

vt

vt decernitur de consec. dist. i. cap. sacramenta. Imo addunt omnes, quod si superueniant in fine Missæ, aliqui itinerantes, in die præcepti festo, debet si alius non adest sacerdos, dummodo (vt dictum est) ieiunus sit, nec lotiones acceperit, aliam Missam incipere. Tertiò, si cum finit Missam, nunciatur ei quod intrat defuncti corpus sepeliendum cum Missa, potest aliam incipere, quamuis non debet ex iustitia. Quarto, si non est seruata Eucharistia, & nuntiatur quem in externis laborare, debet aliã dicere & ad hoc remanere ieiunus. Quintò, ob benedictionem nuptiarum, quando aliqua necessitas, vel magna congruentia vrget. Sextò, ob rationabilem causam iudicatam à bono & cordato viro, ob quam videatur necessarium vel congruentissimum, vt Missa secundo dicatur, quod habetur cap. consuluisti. Demum septimò, quotienscumque, duæ parochiales Ecclesiæ vnitæ sunt, & ab eodem seruari est statutum, quo casu potest & tenetur, bis celebrare, & in hoc casu est magis, imò solùm, in vsu pluralitas celebrationis, & in primo.

De tempore celebrandæ Missæ. §. XVIII.

D V O Restant in calce, quæ tetigimus & promissimus. Primò an liceat noctu celebrare. Secundò an post meridiem siue sextam horam? De primo quod iure communi ante lucem sacrum celebrare nequit, nisi in nocte Natiuitatis Domini, & antiquitus in nocte Resurrectionis: At modo post dictum cap. in nocte sancta de consec. dist. i. nulli licet iure communis nisi priuilegiatis, quales non sunt Episcopi, nisi consuetudine, & nos Cysteriens. ex Apostolico priui-

priuilegio, & Franciscani, & Dominicani, & omnes fere religiones, quas cognouerim, hoc gaudent priuilegio, & iam vbique ex consuetudine videmus in Hispania nostra, imò & in Galia, vt audiuimus, & de magna parte Nauar. testatur inoleuimos, vt in locis studiorum, & in Cathedralibus multis, ante lucem Missa celebretur, ob laborantes, & occupatos, & vbique vbi vrget necessitas, vel non celebrandi, vel quod sunt tot sacerdotes & occupationes: quod si de nocte non incipiant, non celebrabunt, id fit, vt Compluti, quando in sacello sancti Illelonsi celebratur anniuersarius dies, depositionis bonæ memoriæ Reuerendissimi D. Card. fratris Francisci Ximenez de Cisneros fundatoris illi' almæ scholæ, nunquam satis pro merito laudati. Post meridiem autem in genue fateor cum Nauarro, me ignorare iuris prohibitionem, qua alicui sit prohibitum sacerdoti, celebratio dummodo sit ieiunus, neque antiquiorum quempiam Doctorum prohibitum legi asserere. Imò quod aliquibus diebus, à principio nascentis Ecclesiæ: vsque ad tempora à nobis non multum remota, solenniter celebratæ sint Missæ fere ad occasum solis, vt in Sabbathis Resurrectionis & Pentecostes, cõprobant præfationes & orationes, quæ canuntur illis diebus: Deus qui hæc sacratissimam noctem, &c. & Te quidem omni tempore: Sed in hac potissimum nocte, &c. Et si vulgi cõsensus qui fieri nõ posse, quasi clamat, & sic consuetudo visa est obtinere quæ vim legis possidere solet, & quod magis est postquã hæc primo scripseramus, legimus Extrauagantem Sixti Papæ. V. anno. 1589. (quam vulgo motum proprium vocamus) vetantis celebrationem post

*An liceat
post meridiem
celebrare.*

post meridiem: an autem hic motus proprius sit receptus & ut lex publicatus, animaduertimus præcipue in hac Regia Matritensi Curia, ut sententiã in hac parte dicere possemus: & dicimus ex statuto speciali huius Toletani Archiepiscopatus, vetitum esse & satis iuste, cū secus ij magnates pro maximo reputat honoris puncto, prope noctem surgere, & sacrum audire circa noctem. At his omnibus non obstantibus, eum qui Missam non audiuit die festo obligauimus nos, ut & obligari dicimus, ut celebret post meridiem, etiam pulsata hora prima: sicuti post horam secundam se fecisse dicit Nauarro, iter agentē: & hoc semper præsupposita aliqua honesta causa & iusta, secus ob pigritiam & ut faciãt diem noctem, ut faciunt perditii potentes, hoc scandalo sum dicimus & vetitum illo motu proprio. Sic respondimus cuidam Archiepiscopo Doctissimo de hoc interrogati, & si priuilegia conceduntur ad hoc non idē (ut sæpe repetiuimus) arguitur contra ius commune esse, aut supra, sed solū est supra communem modum concipiendi, & supra ius commune præsumptum communiter, non tamen verum.

Nullus sacerdos potest celebrare sub mortali peccato & in cursione irregularitatis, feria. 6. Crucis siue Veneris sancti, nisi ille qui consummit Eucharistiã consecratam, & reseruatã feria. 5. præcedenti, similiter neq; Sabbatho Sancto præter vnã solennem Missam pro vnaquaq; Ecclesia, quæ celebrabatur (ut ibi diximus) initio noctis, nūc autē iuxta meridiem, & quod tales fiant irregulares ostendimus supra part. 1. capit. 12. §. Feria autem. 5. &

sim

sim aliquibus Ecclesijs in sancta hebdomada sola vna celebretur Missa: tamen nulla est iuris prohibitio enque pœna.

De ieiunio. §. XIX.

R E M A N E T Promisso respondere circa non minus præcipuum in hoc tertio mandato Decalogi inclusum præceptum: de ieiunãdo, hic enim proprium locum sortitur, cū actum sit de obseruatione dierum, quoad cultum externum religionis Deo exhibitum, nunc de eodem, quoad selectum ciborum & abstinentiam, qui cultus etiam quidã est, & si autem abstinentia à nociuis cibis corpori & animæ, sit iuris diuini & naturalis, tamen ieiuniũ, quod à Christianis obseruatur, cū modo ieiunandi, & assignatione dierum, hoc meri est iuri Canonici positui, & de illo habetur Ecclesię, secundum antiquitatem præceptum: nam licet non sit speciale (ut Nauarro ait) cap. 21. Manua. num. 11. præceptum de ieiunio in communi: est tamen tum Apostolorũ traditio, à quibus illud recepit Ecclesia, sicut ipsi à Christo R. nostro. Et Insuper habetur expressum antiquissimum præceptum de specialibus ieiunijs, quicquid dicat Nauarr. vbi supra: ut patet cap. vt inam. 76. dist. quæ est ex Hieronymo, & tota illa distinctio 76. in statuendo ieiunio quatuor temporum occupatur, & cap. Quadragesima. de consec. dist. 1. præcipit ieiunium. 40. dierum, sumptis ex Homil. Grego. verbis ab Ecclesia & alijs cap. quæ infra citabimus. Doctrina autem est S. Thom. & Caieta. 2. 2. q. 147. & ipsius & aliorum in. 4. dist. 15. & Innocen. Papæ

KK

in

in Rubrica de obseruatione ieiunij, & omnium Sumistarum verbo, ieiunium. In tribus igitur quæ de ieiunio sunt, complectemur reducendo. Primû, quis ieiunare teneatur. Secundô, quomodo. Tertio, quâdo. Circa primum dicimus, omnem Christianum virum, siue fœminam, post vigesimum primum annû ætatis sanum, non alia maioris boni vrgentia, siue necessitate impeditum: teneri ad ieiunia Ecclesiastica sub mortali culpa. Nemo enim qui tertium septenium non adimpleuit (quod tempus à Phisicis, & Medicis ad acretionem hominum duratio communis ponitur, & ad naturæ vis perfectionem) tenetur ieiunio Ecclesiæ: illuc enim vsque ab Ecclesia exceptus, tanquam impotens iudicatur: iuxta sanct. Thom. 2. 2. quæst. 147. articul. 6. (quem vt par est) omnes sequuntur Theologi, & Canonistæ: lege autem naturali & diuina, tenentur tales ieiunare, quotiens salus corporis id petit, scilicet, quando post vsum rationis imminet illis periculum mortis vel grauis infirmitatis, ex nimia comestione, vel ex comestione alicuius notabiliter nociui, tunc enim sub mort. abstinere tenetur, tale enim ieiunium est Legis naturæ. Similiter á fortiori, quotiens imminet periculum salutis animæ, à decimosexto enim anno communiter incipit petulantia carnis, vrgere & rebellio sentiri, titilationesque genituræ membrorum, quæ cum communiter procedât ex naturæ vigore appetétis superflua expellere (quale est semé humanû) hinc fit iuxta bonâ Philosophiâ, vt quâto quis naturâ magis cibo & potu grauauerit, præcipuè carnibus & vino, tâto magis superfluis abundabit, & seminis prouocabitur pro fluuio: igitur quoties

car-

carnis tentatio vrget, & titilationes increbrescentes sentiuntur, magis ac magis, & ruina timetur, vt & iure timeri debet hisce temporibus calamitosi, & impudetiæ deditis, omnis iuuenis etiam ante. 21. annum tenetur sub mortali, lege diuina, & naturali ad ieiunium & abstinentiam, tãtam & talium ciborum, quantam & viderit expedire, & qualé sentiat salutaré corpori & animæ, quoad vsque trãquilitas reddeat, quod & iussimus cuidam iuueni in confessione & relatione cognouimus secutum sanctum & desideratum effectum, vnde Dominus per Prophetam Ezechiel. 16. causam perditionis nefandissimæ Sodomæ dicit otium fuisse, & panis abundantiam, id est, crapulam & ebrietatem, cui adiuncta otiositas animæ inimica, pariunt petulantiam, & sensualitatis effrenem impudentiam. Vnde R. noster Christus per Lucam. 21. monet, ne corda nostra crapula & ebrietate grauentur. Addiderim insuper, quod de sanctissimo consilio, deberent parentes docere filios, statim post rationis vsum, paulatim ad ieiunandum, vt assuescerent: nã ex hac bona doctrina in Regno nostræ Castellæ præcipuè nouæ melius obseruatur ieiunia, & non ita terrent homines, sicuti in Regno Legionis, & Montanarum Galetix, & Asturû, vbi vix clerici ieiunant, quia ab iuuentute, non docentes, sed fugientes ieiunium, viderunt, neque assuefacti sunt.

Qui non obligantur ieiunio. §. XX.

SE D obiter aduertendû est, quod quâuis ante. 21. annû adimpletû ex vi præcepti Ecclesiastici, nemo

KK 2

tenea-

teneatur ieiunare, quicumque tamen post. 14. annū ante prædictum vigesimum primum, voto simplici vel solenni, poterit se obligare ad ieiunia alicuius, vel aliquorum dierum, sub mort. vnde licet ille talis mortal. neque venial. non peccet non ieiunando in Quadragesima, peccabit tamen si vouit ieiunare vigiliis sanctissimæ Deiparæ, vel sextas ferias, si nō ieiunet; & Francisci diui religionem professus, non ieiunādo omnes sextas ferias: quia Ecclesia nō obligans ante prædictam ætatem, nō tollit quin se vnus quisque possit obligare: cū voti obligatio sit iuris diuini, non Ecclesiastici, vti supra diximus, huius tertiæ part. cap. 4. Quam difficultatē plus e quo magni facit, frat. Barthol. Medina Domin. in Sūmula illa sua Hispana.

Non etiam secundo obligātur ieiunij Ecclesiastici præcepto, senes: qui autem senes dicantur, & in qua ætate deobligētur, nemo dixit determinatē huc usque, neq; aliquo iure cautum video, hoc taxatū: tamen gratias Deo, quod deinceps regula tenebitur certa, à Summo Ecclesiæ Pastore decreta. Pius enim Quintus sanctissimus Pont. an. 1570. viua voce, tum etiam Bulla Cruciatæ ab eodem concessa anno. 1569. & anno. 1570. decernit homines sexagenarios, ad ieiunium non teneri ex Ecclesiæ præcepto, excepit enim illos etiā si regulares essent ab abstinentia ouorum & lacticinorum in Quadragesima, cum alios regulares omnino extra priuilegium quoad hoc relinqueret, etiam accipientes Cruciatam, insuper interrogatus viua voce asseruit, & certē satis iustē: nam cum infirmitas à ieiunio liberet, & fenestus infirmitas magna sit, imo infirmitatum congeries,

ries, & incurabilis morbus, vt optime Caieta. in Sūma, verbo, ieiunium, satis commodē annus. 60. taxatur qui medius est, hisce præcipuē temporibus debilissimis, quibus vix ad talem ætatem peruenitur ne dicam robustē ad ieiunandum viuatur, & si Doctor Nauarr. Octogenarius, vt ipse dicit in Manua. cap. 21. num. 16. ieiunare faciliē poterat, hoc rarissimū est & gratias det Deo, vt ipse facit, neque enim se mensuram in hoc alijs constituit, vt pius & doctus, sed plures hucusque vidimus quinquagenarios impotentes, quam sexagenarios ad ieiunandum potentes: & sic de omnibus talibus dicimus, quod ex Ecclesiastico præcepto non tenentur, nisi fortē ex naturali & diuino teneātur, ob tētationes & pericula carnis, vt de aliquibus vigorosis vidimus, de quibus idem tunc atque de iuuenibus diximus, ante. 21. annum, dicimus modo.

Pregnantes & nutrientes quid? §. XXI.

TERTIO Non tenentur prægnantes & nutrientes mulieres, ob ineuntem necessitatē cibi, ipsarum & prolum. Quartò, non tenentur infirmi & debiles, quia Ecclesiæ præcepta sancta sanctæ ac pietissimæ matris, non obligant nisi potentes moraliter, & sine periculo vitæ, vel salutis: talibus autē sicuti neq; prægnantibus, siue nutrientibus, nequit sufficere vnica comestio pro toto die, quæ de essentia ieiunij est, vti dicemus infra: vt docent omnes præcipuē Gabr. in. 4. dist. 16. artic. 1. & Nauarr. vbi supra, imo tales peccarent ieiunando, nisi robustos se cognoscerent, vt docet optime Caiet. sup. S. Tho.

secunda secundæ. quæstione. 147. articulo quarto: & nomine infirmorum illos etiam intelligimus, qui stomacho vacuo, capitis dolore torquentur, vel ita debiles sunt, vt ad nihilum sint apti, & alios stomachi frigidissimi, & ven ossissimi, quibus ieiunis ad eod frigus dominatur, vt postea à retinendo cibo inhabiles reddantur, de quo morbo & defectu sumus, gratia Dei, testes domestici, ad eod misericordia Dei vexati, vt multoties, si iusta opto daretur mori elegissemus. Excusantur & debiles qui nisi cœnarent noctu, neq; dormire, neque calefiere tota nocte possent: iuxta Caiet. vbi supra, quod & nos ferè sēper patimur: legatur Palud. in. 4. dist. 15. q. 4. artic. 2. fere in fine. Quintò excusantur necessitatem patientes, quæ duplex est, aut qua non potest quis ob pauperiem simul habere quod sibi sufficiat ad vnicam sufficientem comestionem, pro vno integro die, quia tales vt sunt pauperes mendici, poterunt comedere pluries, & si aliud non datur etiam oua & lactinia, iuxta regulam communem, necessitas caret lege. Secunda necessitas est, quando quis tali arctatur vrgentia negotij, vel laboris, vt ieiunium non compatiatur secum, & sic excusantur iter acturi pedestres, pro negotio graui, vel quia ex itineribus sibi victum parant, & etiam equestres si sentiunt aliter iacturā salutis pati: secus non excusantur, vnusquisque videat quid facit, neque sibi nimis sit blandus, quia negotium animæ agitur: & insuper excusantur carpentarij, latomi, ferrarij, & alij, mechanici officiales magni laboris corporalis: nā futores calceorum, & vtrorum, & sartores, & barbitonfores, nisi alia emergeret debilitas, non ego excusa-

excusarem, aduertant hoc confessarij: neque argentarios, medicos autem & chirurgos, dum timet foetorem infirmorum, & vlcera nociturum, sicuti & infirmorū seruitores, in hospitalibus Xenodoquijs, & monasterijs, excusatos dicimus constanter, & precipuè in infirmitatibus contagiosis, vt pote qui scimus quæ damna certa ieiunis afferat infirmorū habitus, & foetor salutis. Similiter excusantur fossores vinearum, & aratores terrarū, cæsores lignorum, cultores agrorum propriorum vel alienorum, qui hoc faciunt ad sustentationem commodam sui & familiæ suæ: vnde vt optimè Nauar. notat Manual. cap. 21. num. 16. Extrauagans, quædam Eugenij Quarti, Papæ nostratis, iam non priuilegium dici debet, sed communis iuris interpretatio, qua omnes artifices exercentes suas artes, à præcepto ieiunij exceptatos declarat, admonens confessarios, vt moneant illos facere aliquas eleemosynas, vel alia pia opera ad ducitur hæc Extrauagans à Summa Roselæ. verbo, ieiunium. §. decimonono. & Syluester, verbo, ieiunium. §. vigesimoquarto. & se vicinum ipsi Eugenio, dicit audisse, declarationem à Pontifice factam, & annum dicit fuisse. 1440. Dominicæ Natiuitatis. Excusantur etiam omnes illi qui ieiunando non possunt alijs quibus tenentur satisfacere, vel salutis corporali, vel spiritali aliorum incumbere, vt qui sunt serui Dominis ministrantes in rebus laboriosis, vel ad eod tarde surgentibus, & ferè in nocte prandentibus, & similiter Cathedram legentes, vel concionantes, nunc ex officio, vel ex obedientia incumbat, nunc concionetur quis ex voluntate, quidquid in hac parte Summistæ

contrarium dicat; sibi ipsi contradicens, quia omnes, nullo dempto, fatentur quod quotiens ieiunium est impeditium maioris boni, non obligat, ergo non obligabit legentem Theologiam, vel contionantem, voluntarie, cum infinite maior sit, persuasio & conuersio animarum, reprehensioque vitiorum, & consiliatio ignorantium, afflictio carnis corporali, dicente Paul. 1. ad Timoth. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia: neque sermo nobis est hic, de facientibus hæc tali die, ob fraudem ieiunij, sed de ambulanti- bus simpliciter, & per consequens confidenter: neque aboret Caietanus hanc doctrinam, secunda secundæ, quæstio. 147. super articulum tertiam. quæst. siue dubio. 3. Idem dicimus de eo qui si ieiunaret, non posset mortuos sepelire, neque ire ad componendam amicitiam inter fratres longius, non tenetur enim quis ad ieiunium impediens maius bonum, cum præcepta Ecclesiæ non sint in destructionem, sed in ædificationem: idem de omnibus misericordiæ operibus corporalibus & spiritualibus dicimus: iuxta argumentum cap. mediocriter. de consecratio. dist. 5. & iuxta bonam Theologiam, præstat misericordia virtus, & actus eius, ut sunt. 14. opera misericordiæ, actu abstinentiæ, qui est ieiunium, ut optimè Caietan. vbi supra articulo. 1. limitant tamen ipse & Syluest. hanc doctrinam, scilicet, quod quando opera misericordiæ & pietatis excusant à ieiunio, est quando fiunt gratis, & non ob aliquam mercedem, sed nos existimamus hoc ex accidenti esse, dummodo principaliter propter Deum & proximum, etiamsi secundo & minus principaliter fiat ob mercedem,

iux-

iuxta argumentum legis, & qui data opera. ff. ex quibus causis maiora. & iuxta legem si quis nec causam. ff. de rebus creditis. & optimè Nauar. vbi supra, num. 17. iuxta omnes autem, non excusat à ieiunio Ecclesiæ peregrinatio, etiam voto emissa, quicquid Nauar. talem excipiat dicto num. 17. quia peregrinatio corporalis exercitatio est sicuti ieiunium: præstat ergo ieiunium ex obedientia iniunctum, voluntaria peregrinatione, etiam ex voto, quod voluntarium in radice fuit: nisi præponderarent aliæ circumstantiæ, ut personæ peregrinantis qualitas, magna auctoritas, quæ multos moueret ad pœnitentiam, quia iam esset maius bonum, vel quia non liceret differri illam ex voti præscriptione, vel quia occasio est tunc sodalium: congruentissima: doctrina est Caieta. in Summa, verbo, ieiun. 3. casu. & 2. 2. quæstio. 147. articulo. 3. & in parte Gabriel. in quarto. distincto. 5. quæstio. 3. articulo. 1. & Syluest. verbo, ieiuni. quæstio. 9. & 5. 2. Excusantur demum à ieiunando (quicquid aliqui reclament absque ratione) vir siue fœmina, qui vel quæ ieiunando impotens redditur ad reddendum alteri debitum maritale, quia tale est ex iustitia, & sic præferendum, & hoc etiam si in hanc impotentiam inciderint sua culpa, sicuti qui sua culpa incidit in infirmitatem, nihilominus dum infirmus est, licitè & sine culpa non ieiunat, & carnes comedit: imò peccaret ieiunando, & illas non comedendo. Vnde plurimos mouit & quasi terruit Magister Barthol. Medina in sua Summula Hispana, quæ in aliquibus melius foret non fuisse licet enim verum quoad supradicta dicat tamen hoc Hispane, & non satis liquido, & certè (ut non semel diximus, qui

KK 5

Theo-

Theologiam morum scribunt, etiam in Summis, & Vernaculas linguas, & obscuritate in verbis vitare maximè debent, quæ ambo nos gratias Leo vitabimus.

Dicimus ergo, quod postquam quis debilitatus est & factus impotens ad ieiunandum, & si impotentia nascatur ex culpa propria, ut qui lassatus maximè est in diruenda domo ad furandum, vel in occidendo proximū, vel in multiplicando actus turpes venereos, vel in via longa visum concubinā, & sentit tunc impotentiam ad ieiunandum, ad ieiunium non tenetur: sed sine peccato potest cœnare nouò. Addimus insuper, quod possunt seruietes infirmis, vel coqui, ministrantes dominis, vel communitatibus, etiam non frangendo ieiunium, prægustare cibos, etiam carnos, seu lacteos & ouinos, absq; scrupulo, ne insipidi sint, iuxta omnium mentem & sententiam. Similiter & possunt omnes ministraturi communitati siue collegio, vel lecturi in mēsa præassumere aliquid, ut id commodius faciāt: scio sententiariorum fere omnes & omnes Summistas ad hanc veritatem comprobendam, adducere falsum (quod tales esse nobis, ut domesticis constat liquido) adducūt enim statutum nostri sacri Cisterciens. ordinis, quo cauetur, ut seruituri & lecturi mensis fratrum edentiū, accipiant prius aliquid, sed certè licet doctrina verissima sit, & posse fieri liqueat: tamen in hac nostra cōgregatione (sicuti & in regula sanctissimi nostri & omnium monachorum Ducis Benedicti) potius iubetur, ut seruituri & lecturi diebus ieiuniorum Ecclesiæ abstineant à præsumptione cibi, & potus (quod nos mixtum vocamus) vsq; ad secundam

dam mensam, quando plene sunt cœnaturi, vel comesturi. Demum huic. §. finem imponimus, dicentes, quòd quodcumq; circa omnia supradicta rationabilis subierit dubitatio, an ieiunium obliget necne (nā quando clara sunt quæ diximus stultum esset dubitare) consulendus est Episcopus, vel Ordinarius Prælatus, iuxta sanct. Thom. & Caietan. & alios complures: & si alij reclamant contra rationē & congruitatem, dicentes solum Papam consulendum, quasi domi esset Papa, & hoc obseruauit Ecclesiæ mos: & religiosis sufficit consulere suos Prælatos, qui non debent (ut aliqui illorum indocti faciunt) relinquere eos suis conscientijs, ut optimè dicit Nauarr. in Manua. cap. 21. num. 22. post Caietan. supra. 22. q. 147. artic. 4. Nam qui de causa dubia, ut dicit sanct. Thomas, causam iustam & sine peccato sua declaratione facere possunt, ut quid relinquunt eam in sua dubietate? Ad hoc enim, ut quid Prælatum addibit subditus? & certè melius & satis melius esset, tales stultos Prælatos non fore, vel fuisse.

Ieiunij modus & forma. §. XXII.

QV O A D secundū de modo ieiunandi (quod promissimus) dicimus, quod de essentia ieiunij, quoadmodū sunt duo, scilicet, vnica comestio in spatio viginti quatuor horarum, & abstinentia à carnibus, ouis, & lacticijs, quæ à carne originem trahūt, cum autē audis essentiam, non subeat Logica, vel Metaphysica argutia, statim mentem. Sed intellige, quod de præceptis à superiore, illud dicimus de substantia, siue

sive essentia præcepti, quod directè principaliter & primo intenditur à mandante, vt cum mitto seruū ad nunciandum hoc & hoc amico, dicēs: Dices hoc & hoc, & tacebis hoc & hoc, & loqueris cum illo magna reuerentia, de substantia mandati est, quod dicat illud, & taceat reliquum, quod autem discoperto capite, vel flexo poplite dextro hoc dixerit, & si mandatum fuerit non tamen essentialiter, neque fuit de substantia præcepti, hæc grossa minerva dicta sunt, ad intentum declarandum, vt patebit infra, diximus vnicam cibationem esse de ieiunij essentia in die naturali, quæ iam in Ecclesia Dei accipitur & incipit, à medietate noctis præcedentis, vsque ad medietatem noctis sequentis, & in hoc non est dubium apud omnes Summistas, Theologos, & iurisperitos: iuxta l. more Romano. ff. de ferijs. cap. autem, de essu carniū. de consecrat. dist. 3. loquitur non præcipiendo, sed consulendo, vt patet ex eius glossa.

De comestione vnica. §. XXIII.

DIXIMVS vnā comestionem vel cibationē, intelligimus ad sustentationem & nutritionem naturæ, & sufficientem, quam prandium siue cœnā vocant sancti, & nos Hispani, *Comida*: nam ob medicinam non vetantur medicinalia, vel pharmaca mane siue vespere, neque electuarij parum, vel alterius ex sacaro confectæ conseruæ, stomachalis paululum, mane cum vini hausto, & hoc maximè lecturijs & concionaturis, & facturis iter etiam equestribus, vel viginti vvas, passas comedentes, ieiun-

ieiunium non frangunt: iuxta sanct. Thom. vbi supra, & omnes Summistas, quia hoc non est comedere, sed medicinari.

De symbolo siue collatione in diebus ieiunij. §. XXIII.

SIMILITER, Qui in sero frustulum panis, cū aliquo pomo vel ficibus, passis, vel auellanis, vel agmidalis, pro symbolo (quod nostri collationem vocant) dummodo non sit in quantitate quæ ieiunium defraudet: potest assumere, & ieiunium non frangit, quia consuetudo totius Ecclesiæ, hanc collationē, vt iam de lege statuit, & quauis introducta fuit occasione, ne potus stomacho vauco noceret: tamen iam sumi potest, & si potus nō noceat: imò & si quis nollit bibere, & etiam si sumat ad subleuationem famis, neque obstat panis, dummodo sit in quantitate parua, quicquid Nauarro dicat semel, quamuis postea hoc concedit: possunt & nimium studentes & capite debiles (qui malè nō cœnati dormiūt) aliquantulo in hoc longiores esse; quibus Soto in 4. dist. 15. vsque ad paris ouum vsū concedebat: neque nobis videtur in hoc largus, cū sciamus ieiunium cum illis omnibus obseruari posse, quæ eius essentiæ, neque salutis, neque maiori bono repugnet, quod autem sumitur per modum symboli vel collationis, non repugnat vnice comestioni, in ieiunio iussæ. Quod autem quis ante vel post collationem pluries ab amicis rogatus, possit comedere, etiam ieiunans, licentia est fratris Barthol. Medina, in Summula Hispana, super. 3. præcep. de ieiun. §. 10. sed nō nostra,

stra, neque doctissimorum virorum, imò neque Ecclesiæ, in totum fraudatiua ieiunij inter Christianos enim, rogatus vt comedat, si respondeat: ieiuno hodie, neque inurbanus est, neque amplius rogatur ab aliquo, neq; in minimo amicitia deperditur, & scio experientia, ex hac Medinæ licetia, multos toto die, cum ieiunij irrisione, ambulare de domo in domû, vt inuitentur. Imò ipsos scio petere inuitari, absit hoc ab Ecclesia Dei, & scio ipsum virum doctum & impium, si ad nos redderet modo, emédaret quod scripsit. Potus autem nunquam frangit ieiunium, neque mane, neque vespere, etiam si sit vini, quod aliquo modo sustentat, & etiam si bibatur ob sustentationem, iuxta sancti Thomæ. 2. 2. q. 147. artic. 6. tamen cum bibere ante cibum vel ante factam digestionem nocet (vt communiter contingit) facit actum inordinatum, & iuxta nocendum quod patietur, peccatum erit: non tamen franget ieiunium, legatur Caieta. dict. artic. 6. & Nauar. c. 21. Man. nu. 13.

De collatione noctis Natalis Domini. §. XXV.

DE collatione autem noctis Natiuitatis Domini respondeo, quod respondi sapius interrogatus, quod consuetudo non solum hominum parum de sua salute spiritali curantium secularium, quia talis corruptela dicenda esset, sed omnium clericorum, imò religiosorum & Prælatorum, etiam Episcoporum, & Archiepiscoporum honorum, inualuit, vt illa nocte opulenta collationes fructuum & conseruarum, (vt pingui vtar vocabulo cum omnibus scribam) & rerum ex sacro confectarum, in suis mensis ministrantur:

tur: quorum mensis adfui & testis sum, & sic dicoposse fieri illa nocte cum talibus, non seruata mensura ieiunij: nam cum ieiunia Ecclesiastica iure humano sint constituta, quoad dies & modum, rationali consuetudine, possunt perscribi, vt sint strictiora, vel mitiora, vel tollatur aliquis dies, & addatur alius, vt liquet argumen. cap. fin. de consuetudinibus & Nauar. in hoc non est audiendus, quia S. Thomas & omnes Summistæ, si tam late vidissent totius orbis consuetudinem (ne dicat ipse quod in sola Lusitania) idem affirmarent.

Hora cœnæ diebus ieiuniorum. §. XXVI.

DE hora autem prandendi die ieiunij, nihil habetur iure Canonico cautum vel scriptum, S. Thomas. in. 4. dist. 15. q. 3. sequutus morem antiquum, dicit in omni ieiunio Ecclesiæ, prandendum hora nona completa, id est tertia post meridiem: hoc Paluda. dicit tantum obseruatum, in ieiunijs Quadragesimæ: verum est, quod cap. solent. de consecr. dist. 1. videtur statui hora vespertina pro tempore comestionis ieiunij, Quadragesimæ, & Quatuor temporum: tamen in hoc etiã standum est consuetudini, vt optimè Syluest. verbo, ieiunium. §. 12. dicit, & Panor. in Rubric. de obseruatione ieiunij, & sic hæc inoleuit apud omnes Prælatos, monasteria & collegia, siue vniuersitates, vt comedatur hora meridiei, quam post pulsatam vndecimam numerant, & iure, quia comestio durat per aliquod spatium, & nequit fieri in puncto meridiei, & si comedatur post pulsatam. 12. horam, iam illa est hora. 1. post meridiem, & pars non est ergo absque scrupulo hodie,

hodie, pulsata hora vndecim potest prædium incipi, quocūq; ieiunio, quia talis est cōsuetudo, & ad cap. solent. ex Conc. Cabilon. citatum, satisfecit huius temporis, tum frigiditas in rebus deuotionis, tum etiam & debilitas naturæ; quia tempore Quadragesimæ non manducant ieiunantes ante dictas Vesperas, sed dicunt illas omnes Ecclesiæ decima hora, vt vndecima comedant. Præuenire autem notabiliter horam prandendi diebus ieiuniorum præcepto- rum ab Ecclesia, est mort. quicquid veniale apparuerit blandissimæ (in quibusdam) Summæ Angelicæ, malo intellecto textu. §. Alias ea demum. ex Conc. Toletano secundo. 25. dist. vbi est sermo de ieiunijs, ob deuotionem, non autem de præceptis: nobiscum sentit glossa citati textus, quam Angelus non legit: sentit & Palud. & Syluest. & Nauar. & omnes: tamē ob debilitatem vel ob iter faciendum, licet præuenire ieiunij horam comestionis, ex rationabili causa, imo qui hospitem habet magnę authoritatis, qui proficisci vult, vt dietam faciat ordinatam, præuenit horam comestionis, potest hospitans etiā comedere cum illo iure vrbauitatis, & reuerentiæ, absque peccato ne fiant tot prandia. Scio aliquos, quos non nomino propter eorum honorem, voluisse factis docere quod collatio siue symbolum fiat mane in die ieiunij, & reseruant prandium in noctem, quę astutia carnalis est, & in illam latrant satis Caietan. vbi supra, & Nauar. in Manua. num. 14. omitto abominans. Aduerte tamen, quod frangens ieiuniū ob plures quam vnam comestionem, in secunda peccabit mortal. postea verò potest comedere toties quoties, ex cibis non vetitis, dummodo fugiat scandalū:

in

in quo bene Dur. in. 4. dist. 15. num. 7. & Angel. verbo, ieiunium. & Nauarr. vbi supra, num. 15. & Syluest. §. 22.

De ciborum qualitate in ieiunijs. §. XXVI.

DE Modo etiam ieiunandi tractantes, promissimus de selectu ciborum agere: dicimus ergo, carnium essum, vt auium & quadrupedū esse iure ieiunantibus vetitū, vt in hoc consentiūt Doctores omnes: imò addimus contra Nauarr. quod modo, qui dispensatus esset à Papa, vel à necessitate sua, ad comestionē carniū, esset & à ieiunio, quod vltra quòd est confor- me doctrinæ sanct. Thom. & complurium Summistarum, iam nostris diebus à Pio papa. V. est declaratum: tum viua voce, tum etiam in sua Bulla Cruciatæ, vbi apertè dicit, quod qui carnes non comederit, & si oua comedat & lactinia, cum dicto priuilegio Cruciatæ, adimplere sit visus ieiunij præceptum: ergo nō comedēdo carnes. Hęc formā eandē sequuti sunt Grego. XIII. & Sixt. V. & Clem. VIII. in suis Bullis: vnde iā modo negotiū est luce clarius, quod dispēsatus quoad essum carniū, est & quoad ieiunium, quod si vidisset Nauarr. contrarium credo non affirmasset: de essu autem ouorum & lactiniorum, cum mos Ecclesiæ seruauerit iā antiquus, quod ob plures necessitates dispensationes fiant ab Ecclesia, & ieiunium remaneat, sic dicimus, quod dispensati vel ex necessitate comedentes, ieiunium non frangunt, & sic intelligi debet quod diximus, abstinentiam ab ouis, &c. esse de essentia ieiunij, vt patet cap. denique. dist. 4. ex decreto S. Gregor.

Ll

fed

sed hoc est, quando non adest dispensatio Papæ, & hoc decretum solū decernit quoad ieiunia Quadragesimæ, & sic quo ad alia S. Thom. & Palud. tenent non obligare, & hoc certum est, & in tota Italia, & in ipso Capite Roma, scilicet, obseruatur sic: in nostra vero Hispaniâ lego aliquos Summistas dicētes, seruandā consuetudinem diœcesum, in quibus plurimis, etiam in alijs ieiunijs extra Quadragesimam, seruatur obseruatiā ab ouis & lacticijs, sed certe nos viximus in Conchensi Episcopatu Natiuitatis & in Toletana Primatia Hispaniarum, studiorum causa, & in Compostellano & Auriensi, & Lucensi, & Astoricensi, quæ est diœcesis nostræ domus, & in Legionensi, & in Salmanticensi, vbi & per aliquod tempus inseruiui sacris concionibus, & talem consuetudinem non inueni excepta Quadragesima: in qua etiam est cōsuetudo in Archiepiscopatu Cōpostellano, & Episcopatibus Auriēsi, Mindonēsi, Tuidensi, Lucēsi, Ouetēsi Asturū, & Astoricensi maiori ex parte, & Legionēsi ex aliqua, vt etiam in Quadragesima lactinia & oua comedātur: sunt enim montanosa & miserrimæ terræ diœceses, & iure hoc imò & butirum siue lardum porcinum permiserūt Episcopi, vt in Cōpostellano Patriarchio, cui præest Dominus meus & collendissimus amicus Ioānes à Sancto Clemēte: & sic crediderim alia à Quadragesima ieiunia, non frangi esu ouorum & lacticianiorum in tota Hispania, neque ieiunia Quadragesimæ vbi mos est, vt in illa comedantur. Imò dicimus in gratiam Ecclesiasticorum (& si res sit nō magni momenti) quod in diebus Dominicis possūt tales exceptati pro diebus Quadragesimæ, vel Quadra-

drage-

dragesimalibus comedere oua & lactinia, quia ex exceptione dictæ Bullæ solum relinquuntur sine priuilegio in communi iure tales, & iure communi dies Domini à Quadragesimali ieiunio, & abstinentia sunt exceptati, vt liquet expressè capit. Quadragesima. de consecrat. distinct. 5. & clarius capit. denique. 5. distinct. Vbi à Dominicis diebus abstinentia, & selectus ciborum, ex præcepto obligatoria abstrahitur, sed iam consuetudo vim legis obtinuit, vt carnes non comederētur. Adde quod oua & lactinia, non fuere vetita comedi in Ecclesia propter se ipsa, sed propter integritatem ieiunij: at in diebus Dominicis non est iure ieiunium indictum, imò iure ablatum, igitur, neque obseruatiā à dictis lacticijs & ouis: hæc ex ipsius Iuris Canon. Radice inuenio.

Ad oua sunt infirmi dispensati in ieiunijs. §. XXVII.

POSSUNT Igitur debiles, & infirmi, etiam ieiunantes, oua comedere in Quadragesima: pisces enim multis sunt nociuissimi, neque ex vi ieiunij tollitur quim comedentes oua ob necessitatem, comedant etiam paululum piscis ad nauseam vitandam, quia pisces nullo sunt iure vel die vetiti, nisi solo iure naturali salutis conseruandæ, quibus nocent, & cum sit in parua quantitate, & ob pium finem dictum, nullam habebit comestio illorum etiam cum ouis & lacticijs deordinationem. De nobis dicimus gratias Deo quod iam trāsire. 14. anni, in quibus nullū genus piscis gustauimus: tū ob cōtinuas infirmitates, tum ob parsimoniā quā debemus

Ll 2 monachi

monachi ostendere, neque vnum comedere vix-
ctum in Quadragesima est ieiunij fraus, ex eo quod
ex ovis fiat, quia tum est parua materia, tum etiam,
quia ibi non sunt ova iam formaliter, seu quoad sub-
stantiam. In Quadragesima autem & alijs vigilijs,
non ex hoc quod aliqui sint excusati à ieiunio quo
ad vnicam comestionem, sunt excusati ab obseruã-
tia ciborum, quia abstinencia à carne, ovis, &c. ha-
bet vim præcepti negatiui, & ætatem non exceptat
dummodo salus adsit, & rationis vsus, & sic consue-
tudo Ecclesiæ recepit ab initio: ad comestionem au-
tem ouorum vel etiam carnis in diebus prohibitis,
sufficit vel euidens necessitas, vel dubia, cum dispõ-
satione proprii Prælati, vel cum Bulla Cruciatæ,
consilium medici corporalis, quod indocti licentiã
vocant, & confessarij, cum quibus cõsilijs Papa per
Bullam dispensat, tollens omnem scrupulum.

§. XXVIII.

RESTAT Tertium promissum, quando ad
ieiunium teneamur? Iam diximus supra, iuxta san-
ctum Thom. 2. 2. q. 147. artic. 3. quod ieiunium, siue
parsimonia, & abstinencia, in quantum est medium
ad correctionem peccati præteriti, vel euitationẽ fu-
turi, iniuncta in pœnitentiam, est iuris naturalis, &
diuini: at statuere tempora, & dies, & modum ieiu-
nandi (de quo supra dicimus) hoc iuris est Ecclesia-
stici positiui, ex cuius statuto qui nõ sunt exceptati
aliquo supra dictorum modorum, tenentur ieiuna-
re modo dicto sub mort. his diebus, primo tota Qua-
dragesima, exceptis Dominicis diebus, vt habetur
de consecra. dist. 5. cap. Quadragesima. & cap. non
liceat. de consecrat. dist. 3. Insuper ieiunia Quatuor
tempo

temporum, quæ sunt tres ferie, idest, dies Mercurij,
Veneris, & Sabbathi septimana post Pentecostem,
& post Exaltationem sanctæ Crucis, & septimana
post festum sanctæ Lucie, & septimanæ. i. quadra-
gesimæ, post caput ieiunij. Ita vt prima sequens di-
cta festa. 4. feria incipiant ieiunari: & tale ieiunium
habetur præceptum cap. statuimus, dist. 76. & cap.
de ieiunio, eadem dist. & licet Gratianus teneat ieu-
nium quatuor temporum esse de consilio quem S.
Thom. sequitur. 2. 2. q. vbi supra, & in. 4. dist. 15. q. 3.
art. & quæstiuncula prima. Ea ratione, quod ieiunia
lætitiæ sint in consilio, qualia sunt vigiliæ Penteco-
stes, & totius septimanæ illius tamẽ mos Ecclesiæ in-
terpretatus est, esse præceptum & obligare, vt dies
quadragesimæ. Insuper vigilia natalis Dñi, cap. ex
parte. de obseruatione ieiuniorum, de qua iam dixi-
mus supra, quoad serotinam collationẽ. Vigilia itẽ
Assumptionis sanctissimæ Mariæ, eodem cap. ex
parte. Vigilia autem Natiuitatis eiusdem Virginis
non est de præcepto, neq; ex consuetudine genera-
li. Vigiliæ autem. 12. Apostolorum excepta vigilia
sancti Ioannis Euang. quæ cadit die sancti Step-
hani, & non debet ieiunari ob natiuitatem Domini:
& vigilia Apostolorum Philippi, & Iacobi, quia in-
cidit tempore Paschalis Resurrectionis, vt habetur
expressum cap. consil. de obseruatione ieiunij San-
cti Bernabæ autem, nec de iure, neq; de consuetudi-
ne habetur vigilia ieiunanda. Vigiliæ autem Ioan-
nis Baptistæ, & sancti Laurentij, & omnium san-
ctorum: & si de iure non habeantur, sunt tamen in
præcepto ex generali totius Ecclesiæ consuetudi-
ne, iuxta Innocent. & Doctores omnes, & quod

magis est, ipsam esse generalem experiētia nobis liquet: si autem quæcumque prædictarum vigiliarum incidat in Dominica, anteponenda est, & ieiunanda die Sabbathi, vt habetur expresse iussum. cap. 1. & 2. de obserua. ieiunior. quia dies Domini ex iure nequeunt ieiunari modo Ecclesiæ, ex eius prohibitione, vt habetur á maiori. de conf. dist. 5. cap. quadragesima: & cap. si quis Presbyter. 30. distin. ieiunium aduentus Domini, est tantum de consilio iussum, cap. consil. de obserua. ieiunij. quod non fuisse præceptum mos Ecclesiæ demonstrat, vbi vix in religionibus obseruatur omnibus, quibus adhuc obseruatio aduentus, nõ obligat ad mort. nisi ratione scandali. Rogationum tres feriæ ante Ascensionem etiam sunt ex iure. c. Rogationes. de conf. distin. 3. sicuti ieiunia quartæ feriæ, & sextæ, & Sabbathi cuiuscumque septimanæ, vt habetur cap. ieiunia, & cap. Sabbatho eadem distin. tamen relicta sunt consuetudini Ecclesiæ de Rogationibus aspici debet mos diœcesis, quoad cibos, nullibi autem est mos ieiunij. Quarta autem feria nullibi ieiunatur, neque recepta fuit, etiam quoad aliquem selectum ciborum nisi in aliquibus, & paucis religionibus, vt in nostra sacra Cisterciēsi. Sexta feria semper fuit recepta ab omni Ecclesia, quoad abstinentiam à carnibus inuiolabiliter, & ieiunatur in multis religionibus speciali statuto. Ex speciali autem priuilegio iuris communis, quando dies natalis Domin. incidit. 6. feria, possunt omnes qui voto speciali, vel statuto, nõ sunt specialiter prohibiti (vt sunt omnes qui vouerunt omnibus sextis ferijs ieiunare, & tales sunt omnes

religiosi, qui in omnibus religionibus statutum est de ieiunio sextæ feriæ) & sic tales relicti sunt iuri communi. Possunt (inquam) carnes comedere. De Sabbathis recepit Ecclesia obseruantiam abstinentiæ à carnibus, sed in nostra Hispania, vt pote magis Mediterranea, inualuit consuetudo maiori ex parte, vt comedatur in Sabbatho omnia interiora animalium, & extrema, vt pedes, & capita, & omnia larda sagimina, etiã porcinum crassum, imò in multis Episcopatibus Castellę in valuit consuetudo, vt in Sabbathis comedant porcinas carnes dummodo, non sint ex clune Hispane, *Del pernil*, & tute obseruari potest, excepto Regno Aragoniæ, Valentię, & Nauarrę, vbi contrarium obseruatum est, & sic indigene ad obseruantiam Sabbathi sicuti veneris, tenentur: dum vero exierint á suo Regno, & in Castella steterint, poterunt more Castellano- rum in Sabbathis comedere. Demum obligabunt illa ieiunia quę prælatus superior, subditis suis imponeret sub præcepto: tamen imposita ab Episcopo religiosos non obligant, exemptos, vt patet argument. Concilij Tridenti. sessione vigesima- quinta, cap. de reformat. vbi regulares obligans ad obseruationem festorum quę Episcopus in sua diœcesi statuerit obseruanda, non obligauit, neque mentionem fecit ieiuniorum: & iure, quia religiosi multa habent ieiunia. Franciscani (si alias impedimentum non habent, quo à ieiunio Ecclesiæ excusarentur) tenentur sub mort. ieiunare omnibus sextis ferijs, ex declaratione Honorij, & Clementi Quinti: cæteros vero Religiosos ad pœnam spiritualem, vel culpam tale

ieiunium non obligat, vt ex omnium religionum statutis, & vidi & didici, sed obseruari debent certe magna cum veneratione.

Capitulum sextum, de quarto præcepto Decalogi, de parentum veneratione.

§. I.



VM (vt iam sæpè diximus) mandata Decalogi sint de virtutibus moralibus, quæ annexæ sunt virtuti iustitiæ generalis, iam hucusq; de tribus præceptis, quæ continent ad virtutem religionis, siue diuinum cultum, quæ & ideo primæ tabulæ à Theologis dicuntur, quia (vt referentibus pluribus sanctis) in eis quas dedit Dominus Mosi tabulis, suo digito sculpsit in prima tria supra posita præcepta, de cultu diuino: & in secunda alia septem quamuis non desijnt, qui hoc etiam quartum præceptum de parentum honore, dicant Deum (cum tribus ad suum cultum diuinum pertinentibus) coniunxisse in prima tabula, vt aduertant homines, quanti Deus faciat parentum honorem. Sed hoc magis habet pietatis, quam certitudinis: Esto tamen quod malueris, nunc hoc præceptum datum fuit, vt pertinens ad virtutem pietatis, quæ iuxta nostrum S. Tho. 2. 2. q. 101. artic. 1. (quod desumptum est ex Cicerone. 3. Reth. ad Hæren. est, quæ inducit ad venerationem parentum, & patriæ, & sanguine nobis iunctorum; tribus enim præceptis culus Dei, vtpote primi nostri principij, in quo & à quo viuimus, mouemur, & sumus: iniun-

iniungitur in hoc autem quarto honor principiorum à quibus secundo sumus, vt parentum & patriæ, vbi sumus nutriti & nati. Igitur hoc præcepto iubet Dominus, vt post Deum, summè parentes honoremus, id est diligamus plusquàm cæteros proximos, charitate cordis interna: & insuper huius amoris externa signa ostendamus.

§. II.

QVOD explico clarius, vt moris mihi est, odire parentes interne, est (post odium Dei) grauissimū mort. peccatum: insuper verbo illos conuitiari vocando latrones, ebrios, & similia, etiam si hæc peccata perpetrarint, est peccatum mort. graue: maledicere illis in absentia, vel presentia, vel in precari malum illis, est mortale abominandum, vt dicere, Diabolus vos furripiat, peste moriatis, &c. vel dicere, Utinam patres mei hac nocte intereant, vel nihil illis accidat foeliciter: & si hoc peccatum est, quanto magis iniicere in eos manus erit facinus execrandum & occidere, nunquam sufficienti pœna, in hac vita punitum? similiter spueri vel puluerem iicere in illos, vel comminari eos, vel aliquid vi, de eorum manibus subripere, etiam si virga esset ad iniuste percutiendum filium ipsam, quando fuga se posset declinando tueri, similiter est mort. Nunquam vel raro parentibus ostendere nisi toruum & iracundum vultum, non loqui nisi dure & aspere, esset mort. sunt enim species in honorationis. Similiter illos inurbane, & inhoneste tractare, si cum aduertentia fiat, vnde vbi urbanitas viget, vt apud omnes in noua Castella, & apud plurimos in veteri, & apud paucos nobiles in montanis Legionis Asturum, & Ga-

leticiæ, non affurgere, vt pater sedeat, vel mater, vel in mensa capitis allumere mensæ recubitum, & patre antecedere, introitu portarû, illi vel matri terga corâ alijs vertere, esse mort. peccatû, non enim posset effugere speciẽ contẽptus parentû: accusare parentes cuiuscumq; criminis, dummodo nõ sit hæresis vel scismatis, vel prodicionis in remp. vel Regẽ, vel percussione Episcopi, vel Cardinalis, esset peccatû mort. iuxta omnes, præcipuè Alex. Alen. 4. p. Sum. & Syluest. verbo, filius. §. 28. & est optima glossa. 23. q. 4. c. si Ecclesia: & si bene aspiciatur contrariû nõ dicit glossa. c. queritur. 2. q. 7. imò filius talis patre accusans de alijs, præter exceptata, non est audiedus, iuxta ciuiles leges, vt patet. C. ð dolo ma. lege super stite, doctrina etiam hæc habetur. 2. q. 1. c. prohibetur. & C. de pat. pot. congruentius: tamen in causis ciuilibus, non peccabit filius, si iuridicè ab illis exquirat alimenta, & sua bona castrensia vel quasi castrensia, id est, à filio in bello acquisita, vel sudore, vel industria sua, vt habetur expressè. ff. de iudic. l. lis nulla. & ff. de furt. l. si quis vxori.

§. III.

TENETVR etiã filius (& omnes simul si sunt plures) sub mort. grauissimo, alere parètes egètes, curare illos infirmos, etiã de sudore suo & acquisitis ex labore manuû, & vestire illos nudos, secundû vestis decentiã & qualitatem personarû eorû: quã doctrinã nõ solû D.º op. max. suis oraculis & Prophetis docuit, sed homines Idolatrẽ solo lumine nature innixi, imò bruta ipsa & aues, vt ciconia hoc clamât.

NVM

§. IIII

NVM Autẽ quis teneatur in extrema, vel equali necessitate prius alere patrem suum quam filium, nepotem patris sui. Internos & aliquos iuris peritos est dubium, sed hoc sit certum, quod prius & magis tenetur quis tunc subuenire patri suo, quam filio proprio, quicquid Barthol. dicat super. l. si quis à liberis. ff. de liberis agnos. post glossam, quia iure naturali, prius tenemur (& non solo iure gentium, vt ipse dicit) alere patres à quibus sumus, quam illos qui sunt à nobis, tenetur & quis sub mortali, in æquali vel extrema necessitate, prius patri, quam matri, & prius matri quam suis filijs, & prius filijs, quam fratribus, & his prius quam auunculis, & consanguineis, & his prius quam compatriotis, & his prius quam alienis, siue extraneis: tamen ultra alimenta, & indumenta quę necessaria sunt, ad vitam, magis & prius tenetur quoad augmentum hæreditatis, & patrimonium augendum, quis filijs suis providere, quam patri proprio: & similiter non erit vllum peccatum, quod quis plus amet filium suum, quam patrem suum: iuxta doctrinã legis isti quidẽ. ff. quod metus caus. §. fin. & ff. de verb. signi. l. liberorû. & ff. de inof. test. l. liberti, & glossa. Doctrina etiã est Cyni. C. de pat. qui fil. di. vnde veritas Aristot. fuit radix intellectus harû legû, qui dixit quod filij sunt aliquid parentû, id est, frustrû substantiẽ eorû, parentes autẽ nihil habent à filijs, & sic non mirû: vt aiunt prædictæ leges, si amor magis descendat quam ascendat, & quod quis magis filium suum quam suum patrem amet: de obedientia autem, quę ad honorem paternum attinet, dicimus, quod filij tenen-

tenentur parentibus sub mort. peccato obedire in licitis & honestis: primo in attinentibus ad bonos mores, quotiens parentes iusserint, vt non vadat filius, vel intret talem, vel talem domum, vel non comitetur cū talibus, vel talibus, vbi & cum quibus, imminet periculum, & occasio peccādi mortaliter, ita vt præter quam, quod exponendo se periculo lethali peccandi, mortaliter peccet. Peccat & grauius in re attinente ad bonos mores, nõ obediendo parentibus contrarium iubentibus. Idem dicimus, quando parentes filio præcipiunt, vt hoc vel illud opus virtutis faciat, vt quod remittat non dehonora-ntem iniuriam, quod portet pauperi absenti hãc eleemosynã, quod reddat debitum creditori, quod non ludat pretium momentĩ, quod det literis operam, quod comitetur illos iter agentes, vel per oppidum ambulantes: tamen si istac in obedientiã non fiant ex contemptu vel cõtumacia, sed vel ex negligentia, vel ignorantia societatiuè, sunt tantum venialia: in rebus tamẽ illicitis, etiam venialiter malis non tenentur filij parentibus obedire, imo tenetur non obedire proportionaliter, idest, in venialibus sub veniali, & in lethalibus sub mort. culpa, potest, imo debet filius si aliter iuste parentibus præcipientibus obedire nõ potest, omittere alia misericordię opera, imo si aliter nequit facere iter à parētibus præceptũ, nisi frangendo ieiunium Ecclesiã, potest non ieiunare, imo si soluendo decimas, vel audiẽdo Missam patribus egentibus nõ potest subuenire, potest illa omittere & nõ obseruare festa. communis est doctrina, imo iuxta Doctores intenta à R. nõ Matth. 15. illis verbis, Vos autẽ dicitis, quicũq; dixerit patri vel

vel matri, munus quodcumq; est, ex me tibi prod-erit, & non honorificauit patrem suum, & matrem. Similiter si parentes extreme egentes sunt, & à filio aluntur, vel etiam sunt maximè egentes & infirmi, peccabit mort. contra hoc præceptum relinquens illos & religionem intrans, quia in seculo potest saluari & adimplere Dei præceptum: tamen si non extremè, vel maxime sunt egentes, potest illis relictis sequi Christum per arctam viam religionis, patribus etiam inuitis, & maledicentibus, quia potest vnusquisq; & debet quærere vtilitatem animæ suæ & profectum diligere, magis quam patrem & matrem, iuxta illud Matth. 19. Qui reliquerit patrem, aut matrem propter me, cõtimplum accipiet, &c. Nulla tenus autẽ tenetur filius obedire parētibus, imo tenetur non obedire contra honorem Dei, & contra præcepta eius, iuxta illud Actorum. 5. Oportet obedire magis Deo, quam hominibus. Gratias ago omnipotenti Deo, quod agens nunc. 28. annũ monasticæ vitæ, & 20. sacerdotij, & 19. concionandi, & 16. magistrj, siue lectoris sacre Theologiæ, ꝓ cum ambos habuerim parentes, & nunciam solum patrem senem superstitem, quod quotiens è monasterio illos visum iui, eorum genuflexus osculatus sum manum, & nunquam non ab ipsis iussus coram illis sedere, vel caput operire volui: scio enim quis dixerit. Exo. 20. Honora patrem tuum, & matrem, vt sis longeuus super terram: & scio quod sicut bonis in hoc filijs non solum æterna, sed & temporalis vitę retributio promittitur: sic inhonorantibus & malis filijs, non solum infernus, sed & in hoc mũdo, non longæua, sed breuis & ærumnosa vita, vt experi-

experimento vidimus semper, & legimus, re-
mittitur.

§. V.

DE Cōsanguineis & cognatis idem gradatim
dicimus: nam ferè eadem facere gener tenetur, vel
nurus cum foceris, atque cum patribus, & cum cog-
natis, atque cum fratribus. Tenetur igitur quis sub
mor. in maximis vel extremis necessitatibus, prius
subuenire fratri quam propinquo, & prius illi quàm
extraneo, etiam si pater & fratres essent infideles, &
extranei essent fideles Christiani: nam non solum
Deus optimus maximus in nobis charitatem iussit,
& vult nos habere, sed etiam ordinavit illam, iux-
ta illud Sponsæ Cantic. 2. Ordinavit in me charita-
tem. Vnde donare, cōmodare, & largiri, quis prius
tenetur cōsanguineo, quam extraneo, in æquali ex-
trema, vel quasi extrema necessitate: & insuper qñ
attinet ad iustitiam distributiua cum æquali meri-
to, vel paulò etiam minore possum honores & præ-
mia dare cōsanguineis, & non extraneis, etiam si
sit beneficium Ecclesiasticum, imò crediderim quod
si sit sufficientiæ æqualitas, teneor dare illud pro-
pinquo: quia quoties lex Dei non repugnat iuri san-
guinis & propinquitatis, non solum illo vti est lici-
tum, imò obligatorium, cum reducatur ad hoc
præceptum, cum sit naturale ius, siue vinculum amo-
ris, & pars eius, quo quis seipsum diligit: & hanc
doctrinam maiori ex parte sequutus est Soto. Imò
addiderim, quod si scandalum non sequatur, idem
potest fieri, & suo modo debet, cū cōpatriotis, con-
discipulis, seruis, amicis notis: nam acceptio perso-
narum non est vitiosa, & peccatum respectu perso-
næ

næ prouissæ, de præmio vel honore, sed ratione suf-
ficientiæ & meriti, vt optimè nostri Theologi cum
sanct. Tho. dicunt.

§. VI.

TENENTVR Autè parentes sub mort. ex
hoc præcepto implicitè, filios procreare, alere, cura-
re, mater tenetur sub mor. filiū alere, vsq; ad trien-
niū, & pater vsque ad mortē, vel vsq; dū ipse sciat, &
possit victum quærere, vnde exponentes filios suos
in portis monasteriorū, Ecclesiarū, vel hospitalium,
vel diuitū, grauissimè & inhumane mor. peccāt. Te-
nentur & filios specialiter diligere, docereque, quæ
sunt Christianorū, & auferre quātum eis moraliter
fuerit possibile, occasiones peccandi mort. reprehē-
sione, correctione, supplicijs, & quātū in eis est, cō-
modè prouidere de hæreditate vt habeāt in futurū,
licitè acquirèdo: tenetur & in gubernatione dome-
stica disponere Christiane, ne amittātur bona tēpo-
ralia, sed augeātur & filij in tali gubernatione tenē-
tur parētibus obedire, & talis grauitatis esse potest
iussio & gubernatio, vt filius in illa patri non obe-
diēs vel matri, peccaret mor. Nō potest pater absq;
peccato mor. exhæredare filiū legitimū, neq; natura-
li negare alimēta, nisi in casibus à legib⁹ Canonicis,
& ciuilibus expressis, & propter delicta ibi expres-
sa in Authent. vt cum. de appella. cogn. §. causas.
& de iureiurand. cap. Quintauallis. cum sua glossa.
notantur & enumerantur quæ à Canonistis & iu-
risperitis enumeratæ sunt quatuordecim, & quan-
uis ibi non fiat mentio, quando filius est hæreti-
cus, vel scismaticus: tamen addi debet, & est præci-
pua causa, & secunda, quando percussit gladio,
vel

vel manu, vel quomodocumque parentum aliqué, vel auorum. Tertio, quando illorum aliquem in iudicio criminis accusauit criminaliter, præter delicta supra exceptata, & si ciuilitè non tamen facta requisitione, siue licètia petita, quamuis in hac causa non conueniunt omnes iurisperiti. Insuper etiã, si alicui parentum vel auorum grauem intulit iniuriam, siue contumeliã: & insuper, si machinetur necem parentibus: Item si maleficus vel incantator efficiatur, tum etiam si potens filius nollit fideiussor fieri pro patris debitis: & hoc vt bene notat Syluest. solum habet locum in filijs masculis, non autem in filiabus, quæ impediuntur fidei iubere. ff. ad Veleia. l. 1. & 2. Insuper si filij, vel filiæ dellatione magnum damnum successit parentibus, est iusta causa exhæredationis. Item, si impedit parentibus ne testamentum faciant, & etiam si contra voluntatem patrum suorum fiat histrio, vel mimus, siue comediarum ob quæstum repræsentator, quamuis si pater eius idem officium habuit & exercuit, non est sufficiens neq; iusta causa exhæredationis, quamuis filius teneatur sub mort. iubente patre tale officium relinquere, & etiam officiũ arenarij, id est, facientis luctas & spectacula publica. Item filia luxuriosè viuens, & inhonestè, potest iustè exhæredari, non tamen posset iustè si illam non proposuerunt, secundum suam possibilitatem dotare, vel si adimpleuit, vel etiam attigit. 25. annum, & illam non desponsauerunt, vel serio de nubendo illam non tractarunt. Insuper, si captiuum patrem, vel incarceratum, non procurauit quantum potuit filius reddimere, vel extrahere, vel amentibus furiosisvè parentibus, non ministra

uit

uit necessaria, & illos domi inclusit: tunc enim neque ab intestato illorũ in bonis succedet. Iustè hinc de causis poterit absque peccato parentum quilibet exhæredare filium: tamen cõfessarius monebit, vt id facit absque animo vindictæ, & si sit nimis potens & diues, vt filio exhæredato relinquat alimentata, præcipuè si labore nequit honestè illa lucrari proprio. Eisdem fere rationibus potest filius exhæredare parentes, vel auos si vice versa contra eum supra dicta fecerint. Sed has causas tam parentes, quam filij tenentur exprimere in testamèto, vt habetur. C. de inoffic. testamen. & Authen. sed hodie, & si filius mortuus est captiuus, & pater de eius redemptione non curauit, bona filij castrensia, vel quasi, non erũt parentum, neque illa possunt tenere, sed deuenient ad redemptionem captiuorum, sic iustè prouidentem ciuili, tum Pontificia lege.

De obseruantia. §. VII.

HIC Obiter duo sunt tractanda annexa. Pimũ de honore personarum grauium, ad quas honorandas & venerandas inclinatur quedam virtus, quæ iustitiæ est species, siue pars sub virtute pietatis includitur, quæ & obseruantia dicitur à Cicero. 3. Rethori. ad Hæren. & à nostro sancto Thom. (in cuius die sacro anni. 1590. hæc scribimus, quæ speramus eius precibus profutura seruis Dei). 2. 2. q. 102. arti. 1. sicut enim Deo vniuersali principio esse nostri, ex virtute religionis honor & reuerentia debetur suprema, & parentibus ex pietate, vt nostri esse, specialibus causis, cum non solum qui nos carnaliter

Mm genuit,

genuit, sed & qui instituit, gubernat, docet, & moderatur nos, Pater dici debet, & sic serui Naaman Syri Patrem illum vocabant. 4. Reg. 5. & nos Prælatos, Abbates, id est, patres, vocamus, & omnes Episcopos & sacerdotes Christiani vocant, imò & omnes longæuos senes Patres appellant. Tenetur igitur quilibet Christianus sub mort. reuerentiam exhibere debitam. Primò, Episcopis & sacerdotibus. Secundò, Regibus, & Principibus, iuxta illud Petri 1. Can. c. 2. Regibus tanquam præ excellentibus: Ducibus tanquam à Deo missis: similiter Magistratibus, Iudicibus, item Magistris præcipuè scientiarum liberalium, & maximè sacræ Theologiæ, & diuinæ Scripturæ: vnde maximè Verbi Dei concionatoribus debetur. Insuper si diuites tantum sint, diuites, & Reipubl. Magistratum non gerunt, neque virtute polleant, ob diuitias & potentiam honorandi non sunt, sed prohòc dolor quod hos tales ob splendorem diuitiarum honorant hodie homines. Tenentur & milites, gubernatorem & alios suos Duces, & militiæ officia gerentes, venerari & obedire, in grauibus: tenentur & honorare omnes Christiani, viros bonos religiosos omnes, approbatarum religionum, senes insuper & grandeuos, præcipuè dicente Domino Leuit. 19. Coram cano capite consurge, & honora vultum senis: & sic dico, quòd irreuerentia & iniuria grauis, quæ facta cuicumque proximo esset mortale peccatum, facta prædictis personis indignitate constitutis esset multo grauius peccatum, imò mutaret speciem, cù obuiaret præcepto huic quarto, & speciali virtuti obseruantia: vt optime sanctus Thomas vbi supra, & sic est circumstantia necessa-

necessa-

necessariò confitenda: tamen si defectus honorationis prædictarum personarum esset leuis & iniuria parua, vel ex inaduertentia, vel ex non plena deliberatione, esset tantum veniale peccatum.

De obedientia religiosorum. §. VIII.

RESTAT Secundò huic præcepto annexo satisfacere, vtpote quod à primè Ecclesiasticis, & maxime religiosis conueniat, quibus præcipuè hæc scribimus, non igitur hic de obedientia sermo est large, prout respicit omne illud quod sub præcepto cadere potest, sic enim omnia legis Dei præcepta seruans, sicuti iustitia generaliter dicta, iustus dicitur: sic & obediens large dicitur. Sed sermo est de obedientia, prout specialis virtus, & pars iustitiæ specialis, estque moralis virtus respiciens pro obiecto formali, tacitum vel expressum superioris præceptum: & sic virtus est, reddens animum promptum ad executionem mandandum, iuste à superiore mandatum, legatur sanct. Thom. secunda secundæ, quæstione. 140. articulo. 1. & 2. & vsque in finem quæstionis.

§. IX.

HABITO igitur quod ex iustitia obediendum est superiori, videndum est quis vnus cuiusque sit superior: qui triplex est, secundum triplicem gubernationem, spiritualis, scilicet, politicus, & economicus: spiritualis superior ille est, qui ex Christi R. nostri institutione, Vicariam super animas recepit potestatem, vel ex institutione Ecclesiæ sortitus est ministerium animos pascendi. Vnde Summi Romani Pontifices legitimè, & Canonice intrantes, vniuersale primum, & plenissimum Regimen,

Mm 2

&

& imperium animarum, & in Petro Apostolo receperunt. Sicuti Episcopi & Prælati, in reliquis Apostolis, quoad suas prouincias, & curati in. 72. Discipulis quoad suas paroccias, quauis iurisdictio solius Summus Pontif. sit iuris diuini, semper duratura: & si Christus R. noster elegerit primos Episcopos Apostolos, & primos. 72. Discipulos: tamè in omnibus eorum successoribus, iurisdictio & debitum obedientiæ, est merè humana, à Summo Pontifice orta. Ita quod obedientia in spiritualibus, totaliter est fundata in institutione diuina, vt homo homini propter Deum obediat: habet etiam fundamentum obedientiæ politica, sicuti & superioritas in diuino iure: nã ex naturali, homo homini non subditur: Reges igitur, & omnes quoad Reipub. regimen, superiores, à Deo potestatem receperunt supra subditos, quoad regimen eorum & directionem, secundum politicam gubernationem reipub. vt pax reipub. conseruetur & augeatur, & vnusquisq; in suo gradu & officio contineatur: hæc enim est finis regiminis politiciæque ciuilib. Pater Deum familiars, siue mater habet à Deo & à reipub. potestatem quoad economiam, siue regimen suæ domus, & domesticorum.

§. X.

HIS iuxta communem omnium consensum iactis fundamentis. Dico primò, in quocumque regimine necesse est iuxta diuinum ius, vt homo homini obediat, & id est consentaneum secundum naturæ ordinem, sicuti enim in nature dispositione orbis huius, omnis creatura inferior subest motui superioris, vt secundum cælum motui primi mobilis, & sic vsque ad vltimum lunæ, & omnia elemèta ad motum

motum lunæ orbis morientur: sic oportet vt in modo rationali, inferiores secundum rationem & voluntatem, moueantur à ratione & voluntate superioris. Iuxta illud Paul. Hebræ. vltimo: Obedite prepositis vestris, & subiaccete eis. Vnde secundo specialius loquentes dicimus, quòd non omnes omnibus, neque in omnibus tenentur obedire, sed vnusquisque ei cui subditur, & in his tantum in quibus subditur, superiori, scilicet spirituali, in spiritualibus, & ciuili in ciuilibus, &c.

§. XI.

TERTIO dico, Summo Pontif. ab omnibus est obediendum, in his quæ directè vel indirectè pertinent ad salutem animarum, ad quarum pastum & regimen est constitutus Pastor & Iudex vniuersalis omnium: dixi directè, vt constet, in omnibus quæ attinent ad bonos mores (in quibus, & in docendis & proponendis rebus fidei Catholicæ, Summus Pontif. errare non potest) sub peccato morta. teneri quemcumque, cuiuscumque status & conditionis sit obedire: & insuper Concilijs generalibus eius autoritate congregatis, & in eius obedientia permanentibus, & prouincialibus à Summo Pontifice confirmatis. Dixi vel indirectè, quia etiam in attinentibus ad externam politiam & regimen reipub. tenentur fideles Summo Pontifi. & sanctis Concilijs obedire, quando indirectè, ex legibus politiciæ exterioris, sequitur indirectè salus vel cuitatio perditionis animarum; & sic Summi Pontifici, suis legibus, aliquos contractus in republica concessos, vt vsurarios veterant. Talis est & decretalis Leonis Decimi, & Pij Quinti, de censibus: talis & illa Gregorij

gorij Decimitertij de taurorum agitatione, & mil-
le. aliæ leges Ecclesiasticæ, Imperatorias derogantes
& damnantes.

§. XII.

DICO Quarto, quoad æconomiam & regimé
familiæ, & domus, filij familiæ, famuli, & serui, te-
nentur obedire vnusquisque proportionaliter, pa-
tri familiæ, vel matri: ita vt in rebus magni momé-
ti, mortalis esset inobedientia, præcipuè cum ex il-
la magnum scandalum vel detrimentum honoris,
domini domus, vel rei familiaris sequeretur. Ecce
habes distinctè qui superioritatem habeant, & qui-
bus sit obediendum, nunc restat videre, in quibus
obediendum non sit.

§. XIII

DICO Ergo primo circa motus & actus meré
interiores animæ, voluntatis siue intellectus, vel co-
gitationis, nemo alteri (præter quam Deo opti. ma-
xim.) tenetur obedire homini: & sic neque Sum-
mus Pontif. neque omnes Episcopi, possunt iubere,
vt intelligam vel cogitem hoc vel illud, am: in hoc
vel illud; & à fortiori neque Reges terræ, neque Ma-
gistratus, supra hoc potestatem habent: nisi solus
Deus: ex quo communiter dicitur, Ecclesiam non
iudicare de occultis, imò nulla sententia Ecclesiæ
lata, etiam excommunicationis, ligat directè, neq;
cedit supra actus supra dictos animæ, in quibus om-
nes homines sumus pares: iuxta illud Senecæ. 3. de
beneficijs. Errat si quis existimat, seruitutem in to-
tum hominem descendere, pars enim melior excep-
ta est, corpora obnoxia sunt, dominis ascripta,
mens autem est sui iuris: & sic nullum religioso-
rum

rum votum (in quantum promissio humana est)
obligat sub speciali peccato, vel circumstantia; ad
actus mere interiores animæ (præter obligationem
legis diuinæ) religiosum, vt nos contra Fratr. Bar-
thol. Medina in sua Hispana Summula, diximus, &
defensauimus latius, cum primam secundè S. Tho.
publicè legeremus, in materia de vitijs & pecca-
tis. Diximus semper directè vel per se, actus inter-
nos animæ non cadere sub obedientia hominis su-
terioris, vel humanæ legis: nam indirectè ex acci-
denti, cadunt aliquando. Et sic licet Ecclesia non
vetet, iram, amorem, vel odium interiores, sub
pœnis & censuris: tamen rite & rectè vetat, & ex-
communicat Inquisitores contra hæreticam pra-
uitatem, qui ira, vel odio, vel amore internis con-
tra iustitiam iudicauerint, vel fontem absoluen-
do, vel condemnando in fontem. Ecce ex acciden-
ti & indirectè, odium & amor interni, in quantum
scilicet, coniunguntur iudicio exteriori, vetan-
tur ab Ecclesia, & feriuntur excommunicationis
mucrone. Hoc sufficiat exemplum: & quoad reli-
giosos, si Abbas, aut alius Prælatus iubeat sub præ-
cepto, suo monacho ne generet odium internum
contra fratrem suum, & si illum interne odio pro-
sequatur, obedientiam non læsit, neque peccauit
nisi contra legem Dei, sicut quilibet alius Christia-
nus: at si, sub præcepto iuberet monacho, ne ex
odio interno asperè contra fratrem loqueretur;
tunc, si secus faceret, ex accidenti coniuncto,
scilicet, actu externo, cum interiori odio, talis
actus interior subiaceret obedientiæ, & fractio es-
set inobedientia. Doctrina est omniù Theologorū,

præcipuè sanct. Thom. secunda secundæ, quæst. 105. artic. 5.

§. XIII.

D I C O secundo, quoscumque diocesanos tã seculares quam clericos, teneri obedire Episcopis suis, vel quasi Episcopalem iurisdictionem habentibus, in his quæ attinent ad bonum regimen salutis animarum, scilicet, iuxta sacramentorum administrationem, & eorum receptionem, iuxta instituta Ecclesiæ vniuersalis, quia nemo tenetur obedire Episcopo, qui iuberet plusquam semel in anno, & confiteri, & plusquam semel in Paschate, Eucharistiam suscipere secularibus: & ter in anno Missas celebrare, sacerdotibus non curatis: quia istæ sunt ad vniuersale regimen, Ecclesiæ pertinentia, vt cap. omnis, de pœnitent. & remission. & similiter tenetur obedire in obseruatione festorum, & institutione ieiuniorum, etiam nouorum ob pias causas, tenentur & obedire in decissione causarum Ecclesiasticarum, decimarum & matrimonialium, & causarum beneficialium: & in causis fidei deductis ad forum contentiosum, sunt enim Episcopi à iure Inquisitores, quamuis iam istæ causæ sint ad Inquisitionis tribunal deductæ, per Apostolicam Bullam illius tribunalis: tenentur & clerici, in omnibus ad suum statum pertinentibus, tam ciuilibus, quam Canonicis, Episcopis obedire, ita vt in obedientia, circa quæcumque attineant in rebus grauibus ad honestatem, decorem & bonum regimen animarum sit mortalis.

§. XV.

D I C O Tertio, quod omnes Christiani secula-

culares, tenentur in rebus grauissimis, pertinentibus ad regimen reipublicæ, obedire Regibus, & Magistratibus, eorumque vicem gerentibus, & legibus Regum iustis, non quod Reges & Respublicæ siue Magistratus, habeant potestatem ligandi animas, vel soluendi, neque iurisdictionem spiritualem, sed quod diuina lex obliget, in his obedire superioribus, quia à Deo receperunt potestatem, iuxta illud Exodi, 22. Dijs non detrahes, & Principi populi tui non maledices, Ecce iuxta glossæ ordinament. & sanctorum interpretationem, Deos Magistratus; & Iudices vocat, sic Augustinus, Hieronymus, & Origenes, Et illud de Di dragma soluto à Christo Redemptore nostro: Matthæi. 17. Vbi iuxta tributa Regibus terræ concedit. Hanc doctrinam Paul. sacrat vt fidei dogma, Romanor. 13. Omnis iniquens anima, potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo: quæ enim à Deo sunt ordinata sunt, qui ergo potestati resistit Dei ordinationi resistit, &c. Et Apostolorum Princeps, prima Canon. capit. secundo, sic doctrinam definit hanc, dicens: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter Deum, siue Regi, siue Ducibus, &c. Addimus insuper, quod Ecclesiasticæ personæ subsunt Regibus, & Principibus, quantum attinet ad regimen ciuile, & in his, in quibus communicant cum secularibus, vt in legibus contractuum emptionis & venditionis, taxationis pretiorum tritici, vel vini, vel aliorum: ita vt in his omnibus, legibus Regum & Regnorum iustis, reueantur sub mortali peccato obedire: in alijs vero minime, cum sint fori & iuris Ecclesiastici,

stici, & superioris. Adhuc addimus, quòd in pluribus tenentur Ecclesiastici, Summo Pontif. & Episcopis suis obedire, quam laici, qui non ita specialiter illis subsunt, & inter Ecclesiasticos, impluribus religiosi Papæ quam clerici seculares, obedire tenentur: tum, quod votum illorum obedientiæ sit strictius: tum, quod religiosorum status, vt perfectior, pluribus indiget: nullus tamen supradictorum tenetur Summo Pontifici, & à fortiori inferioribus Prælati obedire præcipienti, aliquod peccatum etiam veniale, sub quacumque censura cum obedire oporteat Deo, magis quam hominibus: vt habetur Actorum. 5. At, omne quod est peccatum, est cõtra legem Dei suo modo, ergo: similiter nullus tenetur obedire Papæ præcipienti aliquid, ex quo scãdalum sequendum est Christianitatis, vel turbatio pacis alicuius Regni, vel reipublice, vel communitatis, cum & Summus Pontif. & alij Prælati, non in destructionem, sed in edificationem potestatem acceperint. Vt bene quoad hoc notat Abbas, super. c. inquisitioni. & cap. quod non. de sententia excommunicati. & cap. si quando. & cap. cum aded. de rescriptis. & omnes Canonistæ, & Theologi omnes, cum sanct. Thom. secunda secundæ. quæstion. 104. articul. 5. Sed quando Summus Pontifex aliquid mādaret vel ordinaret, ex quo inferioribus constaret, in tota republ. Christiana, vel in aliquo Regno, Prouincia, vel religione, scandala vel alia inconuenientia subsequutura. Tunc summa cum reuerentia rescribendum erit Summo Pontifici, & non erit inobedientia, sed discreta præuentio, & obsequium eiusdem, iuxta citata capitula, & sic in practica contigit,

tigit, anno præterito. 1594. quo nobis præsentibus Hispaniæ religiones, rescripserunt, sanctissimo Domino, Clemet. Papæ. VIII. qui nunc viuit super constitutione, siue motu proprio, prohibente largitionem munerum regularibus: qua visa supplicatione cessauit (gratias Deo) executio, & sic contingit, quod etiam si restitutio tam honoris, quam rerum familiarium, iniuste detentatum, sit iuris diuini: tamen quando scandalum vel periculum timetur iustum, corporis vel animæ, pro tunc, omittenda est restitutio, nec tamen inobedientia est, sed prudens super sessio. Neque obediendum est Summo Pontifici, vel Concilio generali, si per impossibile aliquibus continentiam, vel virginitatem iniungeret, quæ eam non vouerunt. Continentia enim moneri potest, præcipi non potest: vt habetur. 32. quæstione. 1. cap. integritas. Neque tenetur obedire Prælati inferiori Summo Pontifici, si iubeat dari beneficium curatum noteriè indigno, quia hoc non posset fieri sine peccato. Nullus etiam secularis tenetur obedire Summo Pontifici, si iubeat, vt det ei bona sua, vel hæreditatem suam, neque si exigat ab eo tributa, vectigalia, vel gabelas, nisi secularis sit de iurisdictione temporali, siue seculari Sum. Põt: vassallus eius vt notant Innocent. super dictum cap. inquisitioni, & Ioan. Andrea. & Panor. vbi supra.

De obedientia religiosorum. §. XVI.

CLERICI seculares, ordinariè magis tenentur obedire suo Episcopo, vel ordinario, quàm Archiepiscopo, siue Prælati, vel Patriarche, nisi in his, in quibus suus Ordinarius vel Episcopus subest Prælati, vel Patriarche, vel Archiepiscopo, nullus tamè clericus tene-

tenetur obedire alieno Episcopo. Insuper non tenetur obedire suo Episcopo, si iubeat ut resignet beneficium quod iuste acquisiuit, neque si iubeat quod de bonis suis det aliquid alteri, vel sibi, etiam ex fructibus beneficii, quia hoc solius Papæ est, quoad fructus sequestrationem: non demum tenetur clericus obedire Episcopo committenti executionem sententiæ, contra illos quos clericus scit, esse sine culpa & innocentes, nisi hoc nullatenus posset probari, & ipsi infamati essent, & iuxta allegata & probata rite damnati, quamuis quoad Deum essent innocentes: nam tunc teneretur præcipienti obedire, iuxta sanct. Thom. & omnes.

§. XVII.

DE Monachorum vero obedientia fere omnes Summistæ sic loquantur, quasi dentur monachi non exempti à iurisdictione Episcoporum, sed quod Abbati siue Præposito suo, & insuper Episcopo diocesano, essent subiecti simul, de quibus dicimus, sicut omnes dicunt, quod tales in attinentibus ad regulæ suæ & status sui obseruationem, tenerentur obedire superiori regulari, magis & prius quam Episcopo, & ab illo corrigi in dilectis contra regulam, & statuta suæ religionis, in reliquis vero, sicut cæteri clerici, tenerentur obedire Episcopo; tamē iam nulla est religio quæ exempta non sit, non solum priuilegio Apostolico, sed iam iure ipso Canonico, à iurisdictione Episcoporum, iam (sic iuste & rectissime iudicante Apostolica Sede) De obedientia religiosorum, post Sum. Pont. solis suis regularibus superioribus debita, dicamus oportet. Omnes ergo tales professi tenentur sub mortali peccato, obedire superioribus suis,

suis, in omnibus grauibus, & quæ non sunt parui momenti ad suæ regulæ & status obseruationem, directè vel indirectè. Volumus clarius dicere, quod ex voto obedientiæ Deo, & suis ministris promissæ, in professione religionis approbatæ, tenentur religiosi omnes obedire Prælati, iubentibus obseruantiam trium votorum essentialium, & euitare quæ afferant euidens moraliter periculum fractionis voti alicuius, ut si iubeat Prælati non loqui cum sola muliere in loco suspecto: insuper tenentur obedire in omnibus quæ afferunt scandalum secularibus datum, ut notabiliter curiosè vestire aleis, ludere, torneamentis & publicis spectaculis assistere. Dixi etiã in his quæ indirectè attinent ad obseruationem trium votorum, quia sunt in religionibus multa statuta & constitutiones, quæ & si indirectè, attinent tamen & impediunt occasiones frangendi vota, ut talis, vel talis modus clausuræ monasterij, quod non aspiciant monachi per talem vel talem fenestram, per quam occasio est offensæ, & ne vnus intret alterius cellam, vel cum alio dormiat in eodem lecto, & alia similia: & idem dicimus de illis quæ in hunc modum vniuscuiusque Prælati iusserit, ad hæc concernentia. Sed hæc differentia & moderatio obseruanda est, quod ea quæ sunt de pertinentibus directè ad trium votorum obseruationem, semper sub mort. obligant subditos professos, quibuscumque verbis, modo, vel forma mandentur, quæ verò indirectè & remote, tantum, sub veniali, nisi speciali modo & verbis præceptiuis, siue expressiuis præcepti expressi, quod alij formale vocant, præcipiantur intrare enim cellam alterius fratris, de se (& si contrarium sit, per regulam

gulã vel statuta diffinitum, non est mortale: at vbi est iussum expresse, sub virtute obedientiæ sanctæ, (vt in nostra sacra Cystericiensi obseruantia Hispaniæ fit) transgressio esset mortalis: idem de tractatione secretorum ordinis cum secularibus, ex quo religionibus magna damna emergunt ordinariè; & præceptum de non scribendis vel recipiendis epistolis continentibus aliquid, contra pacem, congregationis, vel bonũ nomen fratris vel fratrum.

§. XVIII.

ADDIMVS insuper regulæ alicuius præcepta vel statuta, quæ á Sede Apostolica verbo vel Extrauagantibus decretalibus, vel declarationibus, vt formalia præcepta vel habentia vim præcepti, sunt declarata, tenent & obligant sub mort. huius generis habent multa patres Franciscani, in illa declaratione Clem. Exiui de Paradyso. de verbor. signifi. quæque Nicolaus. IIII. declarauerat, Extra exijt qui seminat. de verbor. sign. in. 6. & postea Ioanne. XII. sua Extrauag. quorundam. cod. tit. Similiter si quæ sunt talia aliarum religionum.

§. XIX.

ADDIMVS secundò, vnusquisq; religiosus cuiuscumq; religionis ex vi voti obedientiæ, tenetur se cõformare suæ regulæ, & secundũ illã viuere: & insuper statutis capitulorũ regulam declarantibus, in omnibus quæ attinent ad modestiã, honestatẽ, & bonũ odorem religionis: & insuper conformari, in victu & in vestitu, vt sit omniũ vnus habitus, in eadẽ religione, & idẽ cibus: tamẽ hæc obligatio tantũ est ad veniale peccatũ, nisi ex cõceptu fiat vel ex indifferentia ad vtrumlibet, vt nostri Theologi

logi locuntur, id est, quod tã paratus sit frangere minora regulæ, quam seruare illa, tunc enim esset mortalis contemptus, & in differetia, alia verbõ acta, constitutiones, diffinitiones Capitulorum, quæ potius ad regimen ciuilẽ ordinis spectant, non tenentur religiosi sub aliqua culpa obseruare, quia multoties sunt impertinentes, & vtinam non aliquando inutiles vel nociuæ statui religionis, & sic sapissimẽ pro iniustis annullantur per alia Capitula. Constitutiones nostræ Cystericiensis obseruantia Hispaniæ, ad nullam culpam obligant ex earundem discreta cautione, & similiter Cartusianorum, Dominicanorum, & iam fere omnium religionum.

§. XX.

ADDIMVS tertio, quod attinet ad obedientiam debitam Prælato, iuxta mentem & doctrinam sanctissimi patris nostri Bernardi, libello illo vere aureo, de præcepto & dispõs. & sanct. Thom. quodlibeto decimo, quod est distinguendum: aut enim præcipit contra regulam, aut præter illam, aut supra regulam, vel infra illam, aut conformiter ad illam, si contra vel præter regulam præcipiat, obedire illi non tenentur subditi, vilo modo, imò tenentur illi non obedire, in grauibus sub mortali, & in leuibus sub veniali, vt si Religioso Ordinis Cystericiensis, viuenti secundum regulam sanctissimi Patris nostri Benedicti, iuberet Abbas, vt non seruaret silentium in toto Monasterio, vt acquireret sibi proprium aliquid, vel si iuberet, vt viueret iuxta statuta Franciscanorum, vt ambularet, siue iter faceret longum pedestris, posset respondere: Nollo id facere: idem dicimus, si Præ-

si Prælatus iuberet aliquid supra regulam, vt si mihi Cysterficiensi vel monacho Benedictino, iuberet, vt solis oleribus vesceremur, siue cibaremur, quod dis calciari ambularem, vel nudi, nõ teneremur obedire illi, & hõrum omnium est ratio, quam tangit sanctissimus P. Bernardus, citato libello, quia nos promissimus obedientiam Abbati, siue Prælato, secundum regulam sanctissimi Benedicti, ergo non supra, neque præter regulam: & si hæc verissima doctrina est, secundum omnium Doctorum placitum, quanto magis erit verum iuxta doctrinam Euangelicam, quod nemo tenetur obedire Prælato contra legem Dei, vel supra legem Dei? Vel quando imminet occasio, vel periculum frangendi diuinas leges, iuxta illud Actor. 5. Oportet magis obedire Deo, quam hominibus? & sic non tenetur religiosus obedire Prælato præcipienti, vt reuelet quod secreto sciuit à fratre, vel peccatum fratris (etiam veniale) quod vidit, & de quo non est infamatus, neq; si præcipiat, vt habitũ dimittat, mimus vel histrio fiat, vel artes vetitas exercent, neque si iubeat, quod adeat loqui cum muliere sola in loco abscondito, & his similia quæ vnusquisq; ex his educere potest.

Si autem præcipiat conformiter ad regulam, & secundum illam, id est, in his quæ vel regula disponit, vel saltim committit dispositionem Prælato, vel sunt alia quæ ad obseruantiam status conducant, (vti dictum est supra) in his omnibus gradatim, currit præceptum obedientiæ, tenetur & quilibet religiosus obedire quoties dubium est illi, an sit bene vel male iussum, quod illi iubet Prælatus, quousque exeat à dubitatione, vt habetur. 23. quæstio. 1. c. quid culpa-

culpatur, qui textus est ex Augustin. contra Manichæos, & tenent omnes cum sanct. Anton. & Syluest. verbo, religio. 6. §. 6.

§. XXI

RESTANT tamen duo enodanda vtilia, maxime regularibus, quid quando præcipit Prælatus aliquid infra regulam? Et secundo, quid dicendum de his quæ in differentia sunt, & de se neque cõtra regulam, neque iuxta regulam? Ad primum est aduertendum, vt respondeatur, quod infra regulam nos intelligimus ea (& non immerito) quæ relaxatione inducunt, vt Cartusiano, Benedictino, & Dominicano, comedere carnes, indui camisia, siue lino, &c. Et de his omnibus sit tibi (quicquid Summa Angelica dicat) regula generalis, quod si Abbas præcipiat ea in quibus dispensare ipse potest, & adsit rationalis causa, vel dubium sit an possit dispensare, & an sit causa rationalis, monachus tenetur obedire, carnes comedere, linteo indui, silentium frangere, &c. Doctrina est omnium cum Panorm. super cap. literas. de restitu. spoliat. cap. ex literis. de sponsal. & Innocent. super cap. veniens. de iur. iuran. idem Syluest. vbi supra: imò iuxta mentem S. Thom. in mandatis sanctæ matris Ecclesia, si adsit causa iusta, vt grauis infirmitas, vel imminens cognita, tenetur monachus obedire Prælato, præcipienti, vt comedat carnes diebus ab Ecclesiæ vetitis, & vt non recitet officium diuinum: imò teneretur sine iussione Prælati id facere, quando autem sit sufficiens necessitas vel causa, dubium sit, tunc poterit Prælatus sua declaratione, iustum opus facere, imo meritorium, in quo Prælati non debent esse nimis scrupulosi, vel

duri: sunt enim interpretes dubiorum quoad suos, & minus (vt iam semel dixi supra cum Nauarro) debent relinquere dubia, conscientijs subditorum, vt quidam ignorantes faciunt) relinquentes ouem sine beneficio patoris sui.

§. XXII.

DE indifferentibus autem operibus, respondeo cum Panormitan. vbi supra, & cum Innocentio, distinguendo: aut enim sunt ad eò in differentia, vt nullo modo directè, vel indirectè attinere possint ad obseruantiam religionis; imò sunt ridicula, vt festuca leuatio, spuerè ad dextram, vel ad sinistram, istæ nõ cadunt sub obediètiæ voto, neq; peccauit religiosus in talibus non obediens, qui vouit obediètiã certè rem seriam, & non ridiculam vouit: si autem quæ iubentur & si de se sint in differentia tamen propter aliquos fines quos religionum Prælati cognouerunt conducere possunt ad obseruantiam sanctæ regulæ, cadunt sub obediètia, vt intrare cellam alterius monachi, claudere ostia cellarum pefulis interius, & alia similia: quia experimento didicerunt Patres nostri, quod intra cubiculum duo vel plures in secreto & clauso ostio, aliqua possunt facere, quæ in publico nõ facerent; & hoc prouident, sanctissimus monachorum Dux Benedictus, in nostra sanctæ regulæ cum præcepit omnes, in patienti simul dormitorio, & vbi candela noctu luceret dormire, quod durauit in nostra Cisterciensi cõgregatione vsque ab hinc paucis annis. In primis autè ordini impertinètib; obedire, perfectionis esset, & sic quæ leguntur in libris vitæ Patrum; de obediètia aliquorum sanctorum, ista ad foundationem sanctæ obedièn-

obediètiæ & facta sunt eximia, & scripta sunt, nõ omnino imitanda, sed miranda, vt docet sanctissimus P. noster Bernardus.

§. XXIII.

VNDE colligimus duo. Primum est, quod quotiens iusserit Prælatus sub præcepto aliquid, vel relaxatum religionis, vel iniunxerit aliquod munus, ad quod se monachus iudicat insufficientem, dummodo non sit contra Deum, vel contra salutem animæ, vel corporis euidenter, vel certo moraliter, propolita coram Prælato semel & iterum, sua impotentia vel excusatione, si persistat adhuc, sciat se teneri ad obediendum, & nullum sibi remanere scrupulum, sed coronam & meritum.

§. XXIII.

COLLIGIMVS secundò, quod cum Prælati Ecclesiæ non in destructionem, sed in edificationem potestatem habeant: maximè illis est aduertendum, quod Dux noster sanctus Benedictus sapissimè in cap. suæ regulæ. qualis debeat esse Abbas repetit, quod animas (& non aliquid vile) commissas habent, & sic non in illas tyrannidem, sed leue, & suaue regimen, & gubernationem exercere debet, & nullatenus illas irretire inanibus præceptis, sed necessarijs, sed iustis, sed de rebus grauib; vnde mortaliter peccant Prælati, iubentes, vel vetantes sub præcepto formali, seu in virtute Sanctæ obediètiæ. (Hic enim est modus in religionibus loquendi, ad denotandum, quid sub præcepto iubeant, cuius transgressio sit mortalis,) res nullius, aut minimi momenti, vt quod pedem vnum, vel brachium non mittat quis, aut caput in

cellam alterius, quod nemo extrahat à Culina Cati-
num, aut scutellam fœtliem, quod non det sæculari
ligulam vel aciculam, vel acum, & his similia, vel
quod frustulum cereæ candelæ non educat à sacro
arario: istæ enim nō sunt digna materia obediētię,
sicuti neq; Ecclesiasticę censurę: secus autem esset
si paulatim fieret supradictorum magna iactura, &
notabilis.

§. XXV.

Demum, vt vltimam manum imponā huic præ-
cepto, dico, quod prælatus potest iubere aliquid su-
pra regulā in supplicium, monacho peccāti, ob ca-
stigationem, vel ob remedium animæ, quando im-
mineret euidens periculum, secus frangēdi aliquod,
extribus essentialibus votis: & sic eum qui grauiter
peccauit potest affligere grauibus, & inuitatis ie-
iunijs & flagellis, etiam supra regulam, & tenentur
ei obedire, seruato in omnibus Christiano modera-
mine.

*Capitulum septimum, de quinto præcepto,
& primo negatiuo Decalogi,
non occides. §. I.*



HOC Quinto præcepto, quod primum
ex negatiuis est, à Domino vetatur om-
nis iniusta non solum occisio corpora-
lis, sed & percussio siue celsio proximi,
& à fortiori sui ipsius, vt optime S. Aug. deducit. i.
de ciuitate Dei. Dixi iniusta, quia omnis occisio iu-
sta siue percussio, vel mutilatio mēbri, facta ab eo
qui à repub. princeps constitutus est siue iudex, ser-
uato

uato iuris ordine, malefactoris, non solum non ve-
ratur hoc præcepto, imo præcipitur sæpissime à Do-
mino, in Exodo, & Deuth. Morte moriatur qui fecerit
hoc vel hoc, maleficos nō patieris viuere Exod.
22. Idem dicimus de occisionibus, vel percussioni-
bus in bello iusto, vel dubio facto autoritate prin-
cipis. 23. q. 1. c. nisi, & cap. quid culpatur, & cap. mi-
litare, & sic tales occisiones, homicidia dicuntur ma-
terialia, siue large, non vero formalia, siue peccami-
nosa, quæ hoc præcepto solum vetantur, & huius do-
ctrinæ ratio pulcherrima est, quam tangit S. Tho.
2. 2. q. 64. artic. 2. 3. & 4. quia non est illi licitum vt
re aliqua, ad illud ad quod res est ordinata, vt vt gla-
dio ad diuisionem & ascia ad secandum, omnia au-
tē imperfecta, sunt propter perfecta, & omnes par-
tes vnaquæq; est propter totum: ergo sicut licitum
est Chirurgo secare pedem propter conseruationē
totius corporis, ne inficiatur à putrido pede. Simili-
ter, cum quicumq; homo sit pars reipub. siue com-
munitatis, si sit putridus per facinora, erit destru-
ctiuus boni totius communitatis, & boni reipub.
quod in pace & quiete consistit: erit ergo licite se-
parandus & abscindendus etiam per mortem à re-
pub. siue communitate, modicum enim fermētum
totam massam corrumpit dicit Paul. 1. Corinth. 5.
& habetur expresse. 23. quæst. 4. cap. ille. Sed addi-
mus: ab eo qui ad hoc princeps a repub. siue iudex
est: nam secus si alius sua autoritate occideret per-
ditissimum etiam hominem, vel si iudex non ser-
uaret iuris naturalis & positiuū ordinem, iuxta al-
legata & probata essent homicidij rei contra hoc
præceptum. Idem dico de iudice, qui malefacto-

rem, vel de milite qui hostem occidit, vel percutit, cum eius crimen iuxta leges pœnam mortis non mereatur, vel iuxta leges militiae non occidendus, sed spoliandus, vel captiuandus sit.

Addo tertio, quod hostes manifestos nostræ sacræ fidei & Christianorum, vt sunt Mahumetani & Hæretici, vnusquisque potest occidere, vbi eos inuenierit, quia contra hos, à Christo & à summis Pôtif. eius Vicarijs, & à Principibus Christianis est indictum & publicatum bellum, & illi omnes Christianos Marte aperto debellant.

§. II.

DIXI corporalis, quia hoc præcepto non vetatur occisio spiritalis, qua quis suam animam peccando mortaliter, vel sui proximi aliciendo siue inducendo ad peccatum mort. occidit: hæc enim occisio, non est materia huius præcepti, sed est transcendens, siue vagans per omnia præcepta, vel est superioris præcepti.

§. III.

ADDIDIMVS siue percussio proximi aut sui ipsius, vt intelligatur, quod occisio brutorum, propriorum, siue communium, siue alienorum, non vetatur hoc præcepto, cum sicut plantæ sunt propter bruta, sic bruta propter homines, sicut imperfecta propter perfecta. Sed tantum vetatur occisio hominis, vel percussio quæ ad occisionem reducitur, & à fortiori sui ipsius, cum enim occisio, siue percussio inde mala sit, quia contra legem nature quæ ordinem, illum magis transgreditur qui seipsum occidit vel percutit, quam qui alios, cum nullus homo alienæ: imo neque propriæ vitæ dominus

nus sit, sed tantum custos, & solus Deus vitæ & mortis sit Dominus, vt Concil. Colonienf. in declaratione huius præcepti quinti docet.

Occisio licita quæ? §. IIII.

SED vt huius præcepti materia liquido constet: licita quibus in casibus sit occisio libet ostendere, vt ex sufficienti dinumeratione liqueat iniusta. Primò licet occidere ratione vindictæ reipubl. ob peccata quæ secundum ius hac pœna sunt notata, vt patet. 23. quæstio. 4. cap. ille. scilicet, ob mortem iniustam proximi, propter prodicionem, & etiam ob magnum furtum, vt optimè Caieta. secunda secundæ. quæstion. 64. artic. 2. dicit, & tenent omnes Theologi super quartum sententiar. distinct. 15. contra Scotum in hoc singulariter recalcitrantem. Licet secundò occidere inimicos in bello iusto, modo supra exposito. Licet insuper tertiò, alium hominẽ ob vitæ propriæ defensionem: imo addimus ob defensionem suorum fortunæ bonorum, habito moderamine, quod communiter vocant Theologi, & Canonistæ inculpatæ tutelæ, id est, quod finis occidentis non sit occidere alium, sed seipsum suaque bona defendere & tueri.

§. V.

SED ex hac doctrina duplex emergit difficultas, ex quarum satisfactioe resultabit liquida huius præcepti intelligentia. Primò, cum potior sit, & per consequens primò, & magis diligenda vita proximi quam bona propriæ fortunæ, non ergo licebit ob bonorum fortunæ defensionem inuasorẽ,

vel furem occidere. Secundo, cum dilectio alterius, vel quiuis nexus naturæ non sit tanti estimandus, quanti vita proximi, non ergo licebit ob defensionem alterius proximi, inuadentem occidere? Respondeo liberrime, quod licet vnicuique inuasorem occidere ob defensionem bonorum temporalium: si aliud medium non extat liberandi bona, hanc doctrinam tenet S. Tho. 2. 2. q. 64. artic. 7. Expresse in argumêto, sed contra, cū ibi, ex illo Exod. 22. (quod etiam clare probat positam doctrinam) si effringens vir domum, vel suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere mortu⁹ fuerit, percussor nō erit reus sanguinis: arguit à minori, ergo à fortiori, neque qui ob defensionem vitæ propriæ alium percusserit. Et habetur expresse. ff. de iust. & iure. l. vt vim. hoc tenet modo viuentium communis doctissimorum schola, tenuit & Nauar. Manua. cap. 15. num. 2. & super cap. olim. 1. de resti. spol. vbi optime ad rationem dubitandi à nobis supra posita respondet dicens, quod in casu extremæ necessitatis proximi, magis eius vitam diligere tenemur, quam res nostras & bona fortunæ, quia tunc omnia sunt communia, extremè patiētī: ad vltra hunc casum, vis erit manifesta, bona mea velle auferre: & tūc vim vi repellere licebit. Addimus nos, quod fortunæ bona conducunt ad sustentationem vitæ propriæ & filiorum, quas vitas plusquam proximi inuadentis tueri teneor: vnde nos supra contra Nauarro bene deduximus, tract. de irregular. part. 2. huius Summæ capit. 11. licere Ecclesiastico, absq; irregularitatis pœna, prædonem occidere in itinere, si aliter non posset vim repellere, quia vltra

damnum,

damnum, imminet vitæ periculum. Solent enim tales post crumenam, vitam auferre, ne ab iniuriatis cogniti declarentur iudicibus: nam in hac parte citata Nauarr. nobiscum vellit nollit sentire videtur, hoc etiam tenet Syluest. verbo bellum. 1. §. 2. & §. 10. quod & expresse iure ciuili licere decernitur. ff. ad. l. Cornel. de sicar. l. furem. & ff. de acquirend. posse. l. quod meo. §. final. idem Ioann. Andr. & Hostiens. & glossa, cap. significasti. extra. de homicidio. 2. & Bart. supra. l. 1. C. vnde vi. quamuis non satis recte perstringat tempus recuperationis rei, scilicet spatium trium dierum, non enim omnes res sunt eiusdem qualitatis: neque eodem tempore recuperabiles. Respondemus similiter ad secundum, quod absque peccato mortali homicidij, licet occidere inuasorem, ob defensionem patris, matris, fratrum, consanguineorum, domini si sit quis seruus, vel famuli si sit dominus, amicorum, sodalium, imo & quorumcumque proximorum vocantium in auxilium, vel iniuste vim patientium, & hoc est verum cum prædicto moderamine, scilicet, quod primo, & per se, defensionis proximi, & non vindicta, vel mors inuasoris intendatur: nam si in tali defensione defendens inuoluat vindictam iniuriæ, sibi aliàs illatæ, iam occisio, vel percussio esset mort. peccatum: doctrina est communis Canonist. super capit. si vero. el primero. de sententia excommunic. & tenet hanc doctrinam glossa penul. Clementinæ. 1. de homicid. idem Innoc. & Panor. ibi solo contradicente quodam Fortunio, absque fundamento: tenet Nauarro vbi supra, & Syluest. & quod magis nobis est, tenet

Nn 5 vbi

vbi supra, S. Thom. & Caiet. & nos supra eandem quæstionem. 64. art. 7. & Abul. super Matth. cap. 5. quæst. 46. & ratio id probat, nam vim vi repellere licet, vt habetur cap. olim. el primero, de restitu. spol. & ff. ad l. Aquili. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ff. de vi, & vi armatorum. l. 1. & C. vnde vi. & secundū hoc non solum vim mihi illatam, sed etiam illatam proximo iniuste, occidendo vi repellere licebit? Sumus enim omnes iuxta Paul. vnus corporis membra, & membra de membro, sic Moses vim Aegyptij repulit ab Hebræo, iuste illum inuasorem occidendo. Legatur Soto lib. 5. de iustitia & iur. quæstio ne. 1. articulo. 8. vbi optimè de hac materia exiens sanctum Thom. interpretatur.

§. VI.

SED Restat hæc differentia intelligenda pro nostratibus Monachis, & Clericis, quod occidere siue percutere inuasorem ob propriam defensionem, licet Monacho, & Clerico, cum moderamine tutelæ inculpatæ, absque peccato vllò, & absque excommunicatione, etiam si inuasor percussus, vel occisus, sit Monachus alter, vel Clericus, nam excommunicatio non infertur nisi ob peccatū & cōtūmatiam: at in tali defensione naturæ lege peccatū nō est, imò licet percutere & occidere, ergo. Insuper, nō incurritur irregularitas, cum licet irregularitas incurrat absque peccato ex sola in decentia occisionis, vel mutilationis membri, tamen iustissimè ab Ecclesia sancta, hic casus propriæ vitæ defensionis, est exceptatus, per Clementinā primam, de homicid. multo tempore post sanctum Thom. & sic ipse pro suo tempore bene affirmat contrarium;

2.2. quæ-

2.2. quæstion. 64. articulo. 7. ad tertium, sed modo, iā ipso iure in tali casu non iudicatur indecentia, sed necessitas.

§. VII.

PERCVTIENS Clericum deprehensum cū muliere vel filia mort. peccat, sed non est excommunicatus, per cap. si quis suadente. quia exceptatur casus ob compasionem iusti doloris, capit. si vero. 1. de sententia excommunicationis. & si occidat eum ex tali dolore surreptus, excommunicatur, sed ab Episcopo absoluitur, si tamen deliberatè & re pensata Papalem incurrit excommunicationem. Doctrina est Couarr. 2. p. practic. de spōsalibus. part. 2. cap. 7. §. 7. de occisione adulteræ.

Idè de secularibus omnino affirmandū est, tñ in defensionē etiā patris, nec dū cuiuscūq; proximi, & si peccatū, neq; excommunicatio nō incurrat, incurritur tñ irregularitas, ob indecētiā. Addimus in super, qđ si in prædictis casibus inuasi possēt fuga occasionem vitare defensionis, tenerētur id facere, nisi in casu, quod fuga turpis esset seculari præcipue honorato equè honorem vitæ estimanti, tunc enim, non iudicamus debere fugere, sed honorem cum vita simul tueri. Monachis vero & Clericis (quibus vt de forte Domini) honor in his positus esse non debet, cum ex fuga honorem non amittant, fugere tenentur, & sic vitare mortem suam, & inuasoris, sub mortal. Non melatet iam multos Clericos in hoc etiam honorē posuisse, & sic seruantes secularium regulam potius velle mori, quam fugere, sed quid ad nos de talibus, qui ad secularia reddunt, tanquam ad vomitum? Nos veritati, scribentes
infer-

inseuimus; sed inquires, quid sit moderamen inculpatæ tutelæ, quod sæpe repetentes nominauimus? Respondemus absque ambagibus, id esse, quod quis aggressus, tantum de principali intendat suam vel suorum defensionem, & non occisionem vel vindictam aggressantis, & si illa ex accidenti, vel ex intenta defensione succedat, sine culpa erit, quia actuum moralium fines ex principali intentione deducuntur agentis, cum voluntarij sint, & sic in hac summa ubi à nobis moralis Theologiæ decisio plana expetitur, displicet nimium responsio Caietani Metaphysica, eidem forte incognita. 2. 2. quæstione. 45. articulo. 7. sicuti optimè displicuit Soto de iustit. & iur. lib. 5. quæst. 1. artic. 8. Ex qua responsione deduco aliqua scitu digna.

§. VIII.

PRIMUM Est, quod non tenemur ex hoc moderamine, si aggressorem euaginato gladio, vel sclopeto præparato, contra nos venientem videmus, discurrere & procurare, vt illum non feriamus in parte periculosa, sed in manu, vel in brachio, vt decidatensis eius siue sclopetum, vel arcubucium, ad hoc enim, iuxta doctrinam Caietan. obligantes (vt optimè ubi supra ait Soto) ponere volūt discursum plenum, & spatiosum, in hominibus quibus pro vita res est, ad minus ubi absorbetur ratio ferè totaliter, & sic tales, talem ictū prætendunt. quo in filicito, secundo non sit opus, & ex quo sua liberatio sit certior, & ex hoc certè peccatum nõ est, & iusta poena aggressoris, est enim tanta vis naturalis amoris vitæ propriæ, & ad hoc cauendū solum illū obligaremus nos, qui omnino armatus armatura duplici, & exce-

& excedēs in duplo aggressorem viribus & dextertate, in hoc possiet absq; dubio morali discurrere, & qui moraliter certo sciret, absque illius occisione posse se defendere, sed adhuc in tali, certitudinē excasibus visis, & auditis non inuenimus: cum neglectos pueros & fere nudos, viderimus occidisse, armatos veteranos milites, & omnib; sat sit Goliath, & Dauidis pugna pro exēplo. Secūdo sciendum est, quod multoties quis super, iniusta in se causa, se iustituetur & defendit, si videat se aggressum cōtra iuris ordinem; & sic regula generalis est, quod quotiēs aggressio iniusta est contra vitam, defensio vitæ est licita, iuxta. glos. ff. de iust. & iure. l. vt vim. legatur Scotus in. 4. d. 15. quæst. 3. Nauar. c. citato sum. mæ. num. 8. & sic si quis aggreditur eū quem cum vxore inuenit, filia, matre, vel sorore, vt occidat; aggressio est iniusta ad mortem, licet permilla à iure humano consideranti iustum dolorem, & compatiēti illi, tamen, quia non seruatur iuris ordo, poterit suam vitam metus iuste defendere, eo modo quo potuerit, euadere: & sic maritus, filius vel frater, qui Mechum occideret, peccaret peccatum homicidij. Contra hoc quintum præceptum, & si iure externo non puniretur per nostram Hisp. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordina. Regij, & tamen sic occidens, dotem etiam amittit mulieris, iuxta legē Taur. regiam nostram. 18. & Barth. & Paul. & Imol. quod autem homicidium mort. cōmitreret est expresse decretum. 33. quæst. 2. can. admonere. & c. inter hæc, ab Stephano Papa. Tenet. & S. Tho. in. 4. dist. 37. quæst. 2. ad primū. Palud. ibi, Syluest. homicid. primo, quæst. 2. §. 6. & iuxta omnes. Poterit autem maritus adul-

teram,

terâ, & Mechum à iudice traditos, iuste occidere, absq; peccato, si nō apponat aliam malam & vitiosam circumstantiam, & poterit ignoscere illis, quia optio in nostra Hispania datur, & Mechus non peccat si suâ vitâ defendēs aggressus, occideret aggressorē, & si primus externo iure impunis esset, nō vero secundus ob dictam cōsiderationem humani iuris & permissionem, tamen si sic inuentus defendens sene à ministris iustitiæ comprehēderetur, occideret aliquem, reus mortis esset in vtroque foro. Similiter si infringens, vel suffodiens domum ad mechādum vel furandum, occidatur à domino domus, filio vel famulis, ipsi innoxij sunt mortis, in cōsciētia & si probauerint, etiā in foro externo, & ratio hui⁹ discriminis est, quia in hoc secūdo casu, ipse suffodiēs, vel effringēs fores domus, est aggressor, & defensio sui, & suorum in tali actu incumbit Domino domus, filio vel famulis: idem dico si iam effracta domo, vel quia aliquis ad hoc ex familia ei aperuerit, inueniatur portās raptam vxorem, filiā, vel sororē, vel pecuniam, tūc enim licitum est dominis domus talia auferre, etiam illum occidendo aggressorem damni, si alia via non pateat.

§. IX.

DICES, Quid de defensione cōtra ministros iustitiæ? Respōdeo, quod quoties iudex velet me occidere nō seruato iuris ordine, scilicet absque informatione & absq; termino, possem meam vitam, & honorem tueri modo possibili, & posset talis carcerem fugere, effringendo fores, vel suffodiendo parietes, & occidendo detinentes, si alia via nō est, & hoc supo-

supposito, quod Iudex ex arrupto velet condēnare, contra iuris ordinem, & hoc etiam si clausus, secreto esset reus, & in sua consciētia criminis, pro quo damnatur: nam hoc esset vis manifesta, quam vi repellere licet. Non posset autem effugere si detineretur interdum, quod reus inquiritur, neque etiam si credat quod cōtra se causa liquebit, & probabitur, neque ad hoc cōprehensus potest se defendere; nec fugere è carcere: poterit tamen antequam comprehendatur fugere ministros, eo terrorem illis incutere minis: nam istęc denegare remedia nōdum cōprehensis, contra naturam est, secus de eis, qui iam comprehensi tenentur, qui etiam ad mortem iuste damnati non possum effugere, infringendo carcerem quomodocumque, sed tantum si vltro fores inueniat apertos, & tunc fugere potest cum vinculis, non tamen se defendere à detinentibus ministris, sub mort. ingressus tamen Ecclesiam, tunc propter immunitatem Ecclesię, poterunt vincula frangere, & defendere, ne educantur contra iuris ordinem: hęc dixerim de doctrina communi, huic capiti annexens, in gratiam confessariorum: sunt enim communia quamuis, quo ad consciētiās ignorentur communiter, quod in multis multoties deploraui-
mus.

Casuale homicidium quoad culpam.

§. X.

DE Casuali homicidio, vnico verbo absq; Metaphisicis dico, quod quoties quis aliquid agit, ex quo moraliter & iudicio boni viri, mors non solet sequi alterius, vel sui, casuale homicidium dicitur si aliquando mors sequatur: illud enim casuale dicimus;

dicimus Theologi, quod præter intentionem & voluntatem accidit, vt reddacius carro deferens segetes in aream hoc intendit, si tamen rotis puerum occidat ex his, qui ludentes solent curribus se suspendere, vt vehantur, casuale est omicidium, est & absque culpa, & sic de alijs equitantibus, & edificantibus. Quod hoc sit verum, vltra quod doctrina est cõmunis, est iuris expressa. 50. dist. & extra de homicidio. cap. lator. & cap. dilectus filius. & cap. ex literis. & cap. Ioannes. & cap. significasti. quibus capitulis excusatur à culpa & pœna homicidij, casualiter nõ intendendo occidens alios. Sed tamen vt tetigimus part. 2. cum de irregularitate nobis esset sermo: vnũ cupimus aduertendum cum magistro Soto libro. 5. de iust. & iur. q. 1. arti. 9. quod fere omnes Summistę hucusque præcipue Canonistę, ex loco à contrarijs non bene perpenso, regulam rederunt non satis consonam, suauitatis iugi Christi & eius doctrinæ, dicentes, quod si quis occidit dans operam rei licitæ, & adhibens debitam diligentiam, ne mors quã non intendit sequatur, hic non est homicidij reus, neque etiã fit irregularis, ex hac parte regulæ (quæ iuxta sanct. Thom. & omnes, & iura verissima est) deducunt alia suo videri oppositam, dicentes: qui autem dat operam rei illicitę, etiam si adhibeat debitam diligentiam ne mors sequatur, etiam si nollit occidere, si occidat, reus est mortis, & fit irregularis: quæ quidem pars ridiculam, concludit consequentiam: nam succidens arborem meam (quod est exemplum Syluestri) verbo, homicidium. 2. dub. 18. si aliquem nollens occidi, non sum reus sanguinis, neq; irregularis: si tamen succiderem arborem alienam,

fio

fio reus mortis & irregularis, & si omnem adhibuerim diligentiam ne mors sequeretur, dictum certe Theolog. indignum, & sic cum Caieta. & Soto vbi supra dicimus, nos, de peraccidēs esseq; operã de re licite, vel illicitæ, dũmodo nõ sit intetio occidēdi, & debita adhibeatur diligētia ne mors sequatur. Nã qđ diruã parietem meæ domus ad renouãdum si fiat die festo, illicitum est: tamen non ex hoc si adhibita diligentia morali ne quis lapidibus obseruatur, fio reus sanguinis & irregularis, si præter intentionem mors sequatur. Debet igitur intelligi, quod de operam tali rei, ex qua quia communiter mortes sequuntur illicitæ, aliquibus personis iudicantur, vt clericis vel monachis torneamenta, & quas nostri Hispani *Iustas* vocant: nam licet istæ secularibus cũ quibusdam moderaminibus sint licita, illicita iudicantur sacerdotibus: & sic debet regula illa intelligi, vt homicidium etiam casuale imputetur.

§. XI.

OMNIS percuties, si ex percussione mors succedit, reus est mortis, etiam si tantum percutere vel flagellare intendat: quia tamẽ modum excessit, imputatur: si tamẽ percussio iudicio medicorum non erãt lethalis de se, sed ob defectum curationis, vel ob malum regimẽ, vel accessum ad mulierem, mors successit, non imputatur mors percutienti. Percutiens prægnantem & abortum causans, si conceptio erat masculi, post quadragesimum diem, si vero foetus foemina erat, post octogesimũ diem, in quibus iuxta Philosophiam tales foetus viuunt & animantur, reus est mortis, & fit irregularis, siue id per portiones faciat, consilium, auxilium, vel fauorem dãs,

Oo

&

& modo post Extrauag. Sixti Quinti anni. 1588. excommunicabantur tales, & absolutio Sedi Apostolicæ referuabatur, etiam si haberetur Bulla Cruciatæ, & etiam si foetus non esset animatus, imo excommunicabatur actus quomodocumque impediens conceptum. Sed iam rigidissima hæc sententia moderata est, à sanctissimo Gregorio Decimoquarto, anno. 1591. alio motu proprio, & possunt tales absolui per Bullas. Omnis dans potum nocuum lethali-ter, vel propinans, venenum, vel medicus consiliū dans, & farmacopola vendens venena, ad hoc; occidunt, & sic contra hoc præceptum peccant, & fiunt irregulares. Omnis occidens alium per assassinos, id est, homines qui ad occidendum alios se cōducunt, quales in Italia sunt quos vocant *Foragidos*, in nostræ vero Hispaniæ parte Aragonum & Cataloniae vocantur *Vandoleros*, pessimum & exitiale genus hominum, & ultra homicidium quod tā conducentibus quam conductis imputatur, sunt excommunicati Papali excommunicatione, vt habetur. c. pro humani. de homicidio. libro. 6. quamuis Syluest. nomine assassinorum, tales non intelligat, sed quosdam infideles, & sic nostros hoc textu citato non credat excommunicatos. Tamen quod diximus sentimus: nam tam immane delictum, Innocēt. conditor illius Canonis, voluit abolere, & ab eo Christianos deterreri, & incurritur excommunicatio, ex sola conductione ad occidendum, & si occisio non sequatur Christiani: dixi Christiani: nam per assassinos interficere Iudæum, aut alium infidelem non est actus huic Canonis subiectus. Et sunt excommunicati mandantes, adiubantes, & recipien-

piantes eos, ipsi autem assassini secundum Syluestrū, & aliquos non sunt excommunicati, quia Canon de illis non loquitur, sed de occidentibus per illos: tamen credimus illos á fortiori excommunicari, & sic á Summis Pontificibus, & Imperatoribus, & Regibus, dicti foragiti, & vandoleri sunt insecuti, vt vidimus annis præteritis quanta Sixtus Quintus Pontifex maximus, spiritualibus, & materialibus armis fecerit, & illos ferè finierit, & quæ Rex noster Philippus Secundus facit & fecerit. Sequimur in hac doctrina Ioann. de Imola, & Domin. de Sancto Gemini. & Barthol. ff. de iure iurand. l. non solum. §. si mandato. Salicetum in lege ea quidem. C. de accusation. & isti iam sunt. Baniti. id est, iussi impune occidi & iustè, etiam si sint clerici, & eorum bona concessa rapienti. Etsi non mihi displiceat Francisci Aretini consilium, consilio antepenultimo. In Christi nomine. Vbi in hoc consuetudini standum dicit, quæ optima erit prædicti iuris interpretatio, & secundum illam iudicandum, & sic nos iudicauimus de nostris vandoleris, secundum quod vidimus fieri hoc anno. 1591. in Aragoniæ partibus.

§. XII.

VE T A T V R in super hoc præcepto odium lethale proximi siue voluntas occidendi, in omnibus enim præceptis negatiuis, eodem præcepto, iuxta sanct. Thom. regulam vetatur actus malus, & voluntas illum committendi. 1. 2. quæstione. 72. articulo septimo, & nos ibi, vbi peccata cordis, oris & operis, eiusdem esse speciei deduxit.

Taurorum & ferarum agitatio an licita? §. XIII.

QUID de agitatione taurorum sciendum inquires? Respondeo, quod agitare tauros cum periculo vite, est mort. peccatum, & similiter erit facere alium, vel consulere vt agitet tauros, & hoc nemo sanæ mentis negabit mihi, & minus negabit, neque ego potui inuenire in qua nostræ Hispaniæ agitatione taurorum circo clauso, hoc periculum desit vitæ, quod tot mortibus est comprobatum, & sic certè ego multis annis consultus, & libros legens, & modo similiter scribens, non potui neq; possum consulere illam esse licitam, nisi vbi cum maxima securitate agitantium id fieret, id est, vbi facillima essent confugia, vel vbi boues, vt vult Nauarro, arã di assueti, & cicures agitentur, & aliàs spectaculũ vocamus barbarum, & damnamus, & si ferè omnes nostræ Hispaniæ reclamant, huius spectaculi auidissimi, ita vt tripudium, neque festum censeatur minime, vbi taurorum vel ferarum agitatio desit, & hæc inanis & fribola censeatur, vbi duo vel tres homines non sunt à feris, vel tauris occisi vel percusi! O Barbarum vel damnandum spectaculum, & sic vltimate quid respõdeã nõ inuenio, nisi q̃ talis agitatio erit iusta, vbi moraliter omnia pericula occisionis, vel percussionis hominũ fuerint ablata: secus est iniusta etiã quoad spectãtes in turribus & fenestris, vt pote consentientibus tali actui. Pius. V. Pontif. maxim. anno. 1567. agitationem vetuit taurorum sub excommunicationis pœna, postea hæc Extrauag. moderans, Gregor. XIII. alia sua, anni. 1573. & solũ vetauit

vetauit, ne (etiam omni habita securitate) diebus festiuis agitentur: neque per hoc, vt falso aliqui cõcludunt sibi, agitationes tales licitas declarauit: nã quod natura tua malum est, bonum Summus Pont. permissione sua non facit. insuper morientes ex improuiso, ecclesiastica priuauit sepultura, & iam non sub excommunicationis pœna, bene tamen præcepto obedientiæ, vetuit ne Ecclesiastici talibus spectaculis assisteremus, & contrafacientes mortalit. peccant sine dubio, & iam Clemens Octauus, qui nos pascit, quando hæc scripta vltimò limamus, sua lege anni. 1596. omnes pœnas ab Italia quoad Ecclesiasticos, sed iterum dimisit illos in communi iure. Sed nos dicimus & dicimus millies, quod est abominandum spectaculum, & quod assistentès peccant mortaliter, nisi vbi essent tutissimã præsidia, & in hoc cõfirmamur cum hoc anno. 1597. 25. Iunij, tauri agitati sunt in hac Curia Martij, vbi adsumus pro concionibus sacris, & occiderunt tauri nouem homines, & viginiduos percusserunt, & nimis laudati sunt tauri, iano & summa cura reseruati, quia optimi, pro festo sanctæ Annæ. Ij sunt honores quos ferunt sanctis hodie in Hispania.

§. XIII.

RESTAT videre ad quid teneatur occidens aut percutiens in conscientia, vt confessarius animas mederi sciat? Respondeo, teneri ad omnes expensas curationis, chirurgi, & medici, & farmacorum, & aliorum ciborum medicinalium, in conscientia, & ad pretium quod sub labore, vel arte acquirere posset, diebus quibus ob ic̃tum fuit impo-

tens, & si mortuus fuit, vel ita mancus remanet, quod inhabilis redditus ad amplius laborandum, vel artem quam sciebat exercendum, tenetur totus vice pretium restituere, quod arbitrio boni viri est metiendam, & lex voluit horum damnorum & lucrorum pretium taxare. ff. de his qui deiecit. l. effud. l. prima. §. primo. æstimans quinquaginta aureis, sed ut optimè dicit Caietanus, horum æstimatio variari debet, pro loco, personis, & alijs circumstantijs: unde non totaliter displicet dictum Ioann. Maior. in quarto. distinctio. 11. quæstio. 15. quod occidens nobilem, & si magis peccet quam occidens futorem: tamen in hoc maior obligatio remanet restitutionis, semper tamen aduertendum est, quod qui iustè occidit, se, sua, vel proximum defendendo ab iniusta aggressione, ad nullam tenetur restitutionem, sicuti neq; qui occidit in iudicio iusto, vel bello iusto, etiã si intètio esset aliàs mala moraliter, scilicet, inuoluta esset vindictæ, aut odio mortali: si tamen, quis aliter quam occidens, vel membrum mutilas posset se defendere & sua, vel si iudex excessit iuris ordinem, tenentur ambo ad restitutionem, sicuti alij iniustè occidentes.

§. XIII.

ADDIMVS insuper, quod qui suspenditur, vel flagellatur, & in trirremes mittitur ad remigandum, vel alia pœna plectitur, quia hominem occidit, non euadit obligationem restituendi damna illata hæredibus à se occisi, nisi illi ostenderent vel dicerent, se eo quod suspendatur, vel alia pœna ignominie plectatur, contentos esse: nam illa pœna corporalis infligitur ob damnum illatū
reipu-

reipubl. & contra eius finem & bonum, quod pax est, & ciuium securitas & tranquillitas, vt habetur cap. vt famæ. de sententia excommuni. & ff. ad leg. Aquil. leg. ita vulneratus. Hæc autem communis vindicta, non priuat: debito ex lege naturæ damnificatis; occidens autem siue vulnerans proximum, ultra casus licitos supra expressos, duo debita committit, & duobus se obnoxium reddit, & reipubl. & parti læsæ, & hoc sentit Innocentius super cap. Odoardus. de cessio. bonor. & si appareat contrarium non attendit illum legenti: tenet & Nauarr. in Manual. cap. 16. numero. 25. & est doctrina communis: sed maximè aduertendum est, quod qui occidit, vel membrum secavit & si modo dicto, teneatur ad supra dicto modo restituendum: nullo tamen modo tenetur se morti offerre ultro, neque relinquere, vt cõprehendatur à ministris iustitiæ: est enim hoc contra naturam quæ ad tuitionem propriæ vitæ semper inclinatur.

§. XV.

NEQVE tenetur aliquid pro ipsa vita restituere, quia hominis vita liberi, nõ est pretio estimabilis, vt docet. l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & l. final. de his qui deiecit. l. effud. Neque etiam ob deformitatem, quam incurrit ex vulnere mancus, quicquid Maior. in. 4. dicat. dist. 15. q. 14. & Adri. in 4. q. fin. de resti. Hæc enim est differentia, q̄ qui iumentum vel seruū occidit, tantū restituet pro mortuis, quātū valebāt, & quāti estimabātur viua, sed p̄ hominem libero nihil nisi q̄ lucratur⁹ suis foret, & q̄ cõsupsit in curatione, quādiu vixit, modo dicto: neq; credimus teneri ad expensas exequiarū, q̄ nouiter

absque ratione addidit Nauar. Manua. cap. 15. num. 22. quia funus & exequias de suis bonis. occisi hæredes facere tenebantur, quacumq; moreretur morte, ex occisione ergo non est ortus hic sumptus.

§. XVI.

DICES, ergo sequitur ex hac doctrina, quod occidens hominem nullius artis vel utilitatis, imò qui potius damno erat & dispedio suis bonis & hæredibus, quod ad nullam restitutionem tenetur? Respondeo, non teneri ad tantam tamen non erit ab aliqua liber, ad iudicium boni viri, nam si viueret, spes erat quod emédaretur, & suis proficius redderetur, & quia omnis viuus, ad aliquid, solamen est suis, vel esse potest, & sic ait Sapiens: Melior est canis viuus leone mortuo: & sic qui abortiuum fecit percutes prægnantem, si viuus era fetus, vltra damnum matris, tenetur restituere profata spei futuræ utilitatis, aliquid, iudicio boni viri.

§. XVII.

QUI potest liberare aliquem à morte suo dicto, licite & absque sui periculo, si id non faciat & innocens occidatur, reus erit mortis, & simili modo ad restitutionem tenetur, atq; si manu occideret, & hoc maximè si iuramento à iudice iubeatur testimoniū ferre iuridice, reliqua reseruamus tractanda, vbi de restitutione agetur in generali.

Capitulum Octauum, tertiæ part. Summa, de sexto præcepto, Non nocaberis.



QVINTA Mundis munda sunt, ait Paul. ad Tit. 1. ideoque & si hominem me, & si peccatorem & omnium vilissimum & fordidi-

dissimum: religionis tamen candidissimæ monasticæque discipline, deatorum sancti Bernardi, malignopere terret ingredi obscena huius materiæ peccata, & latuofas contra hoc mandatum offensas: tamen nihil magis in hoc tam ferè necessario opere Summæ laboriosissimo, exultans necessario, subibo laborem, antidoto sanctorum vtens ne hac, pestis facilis contagione inficiar: & applicabo aromatas sanctorum, & Dei auxiliij specioso doramento, ne ius materiæ graue olentia in infirmitatem incidam.

§. I.

LUXVRIA ergo si nominis Aethymon proficiamus, ex ludo. libro Aethymo. à luxu dicta est, id est, dissolutio, siue afflictio, quæ fit quasi dissolutio in vitijs, quæ quia hoc in his quæ tangunt pudenda, carnis & tactus delectationes venereas, nomen generis, ut speciei est tributum, vt luxuria speciale hoc vitium, contra sextum præceptum significet: vt sanct. Thom. optimè docet. 2. 2. q. 1. 3. artic. 2. in corpore, quia veneris maximè homo delectat, & omnium rerum superabundantiam legimus Luxuriam appellatam. Vt in glossa Gal. 5. negat hoc negatio præcepto vetatur à Domino & auctore naturæ, omnis carnalis cõpula extra matrimonium legitimum, & contrarium facere est mortale. Sed vt clarius in hac materia procedamus à diuisione incipiendum erit.

§. II.

VNDE obseruandam, quod omnia luxuriæ peccata operis, cogitationis, & delectationis, sex speciebus cõtinetur, & in illas diuiditur in ordinarijs, vt

liquet. q. 1. d. 16. cap. 2. §. cum ergo. & 15. q. 1. cap. mulier. & 35. q. 2. cap. extraordinariam. & ex S. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1. & 7.

§. III.

PRIMA species ergo est, quæ à Theologis nominatur simpliciter fornicatio dicitur, & est copula inter omnino solutum & solutam, & ad eò certum est esse mort. peccatum hoc, ut sit de fide Catholica, & contrarium hæresis manifesta, & si Soto errore tantum nominet, & decernitur Concilio Vienens. ut liquet Clement. ad nostrum de hæresi. Neque in hoc rigurose processit sanctum tribunal Inquisitionis, non admittens ignorantiam in tali assertionem ab hinc. 14. annis, quia est ignorantia iuris naturalis & diuini, ad eò manifesti, quæ nullatenus fugit crassitudinem, neq; excusans, ut patet. 1. q. 4. §. nota dum, & lib. 6. cap. ignorantia. de regu. iur. Vocamus autem solutos illos, qui nullo vinculo præter legem rationis & Dei astringuntur, ne sui corporis faciant facultatem, ut sunt non vxorati, non virgines, non voto sacro astricti, non cognati sanguine, vel spiritali cognatione, & sic qui sic impudicè concubuit solum confiteatur se fornicasse simpliciter, solutus vel soluta, cum soluta vel soluto, & numerum declararet talis actus, si semel, bis, aut ter, &c. & sic confessarius, quando pœnitens est bonæ intelligentiæ, non amplius percontabitur in hoc, neque enim talis sic confitens tenetur dicere præbias dispositiones ad hunc actum, ut quod suam voluntatem mulieri declarauerit, quod ab ea vel ab eò petierit concubirum, neque tactus, siue oscula quæ præcesserunt hæc enim præsupponuntur, & si in
sc

se suam habeant malitiam, de quibus in se & eorum malitia postea agemus, post has species connumeratas, declaratasque.

§. III.

SECUNDA species luxuriæ est adulterium, id est, quando alter vel ambo coeuntes sunt alijs coniugati, quod peccatum ultra malitiam luxuriæ, habet iniuriam specialem annexam. Adulteriū enim ut Aethymon vocabuli sonat, est alterius tori violatio, ut habetur. 32. q. 6. capit. non moechaberis. & 36. q. 1. §. cū ergo. Est ergo & adulteriū simplex, quando alter est solutus coeuntium, & quasi duplicatū, quando uterque est coniugatus moechantium, est & alia species specialissima adulterij, quam vocant Canonistæ interpretatiuam, nos vero Theologi vocamus adulterium formale, ut si quis ita coiret libidinose cum sua vxore, ut animo esset paratus quodquamuis non esset sua id faceret, vel quando vxor propria personata vel simulans personam adulteræ, concubuit cum proprio viro, tunc enim vir formaliter adulter est, quia cogitat quod cum aliena coiret legatur sanct. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 8. ad. 2. & Caiet. qui obscurissime loquitur, imò & intelligibiliter, sed modo supradictio intelligendus. Vnde licet vir coniugatus coiret cum alia, ex sua parte tale peccatū denominet, secundum conditionem mulieris cum qua concubuit, speciem etiam sumet peccatū: nam si vxoratus cum virgine coiuit stuprum, si cum moniali, sacrilegium, si cum sua, vel mulieris suæ confanguinea, vel sorore, incestus dicitur, quod sanct. Tho. optimè intellectus voluit ubi supra, ad primū argumentū. Si ergo velimus has species adulterij conferre,
grauissi-

grauissima & maxima est duorum adulterantium coniugatorum, quia ex vtraque parte violatur fides, & ex vtraque occasio imo causa datur, vt proles futura non habeat verum auxilium patris, ille autem concubitus qui est adulterium tantum ex parte viri, licet sit grauius illo quod est adulterium ex parte feminae tantum, quia vir maioris est vigoris rationis, & maioris fortitudinis ad resistendum malo, quam mulier: tamen hæc ratio est generalissima, & tenet solum cæteris paribus, tamen adulterium mulieris, cum soluto est multo grauius, quia grauius inf. mat; nam iam nulla omnino est infamia, etiam nobilissimarum mulierum, etiam Reginae, quoad Rex cum alia coeat, quod autem mulier cum alio, maxima est infamia etiam cerdonis, futoris, vel infimis hominis, & maximum omnium conuictum, quod appellatur cornutus, caper, vel cerbus, sic enim inter Hispanos, his Hieroglyphicis, hæc macula denotatur. Et primum in solo foro conscientiae habet malitiam specialem, non autem in exteriori. Secundum vero capite plectuntur & mæchus & adultera. Et grauius multo est in conscientia (vt Caiet. bene & Aquar. & si appareat tibi contradicens) dicunt similiter qui coit cum sua putans esse alienam, peccat mortali, & adulterium formale commisit, licet non materiale: & si cum sua cognita coit; & deliberat, quod etiam si sua non esset cum illa coiret, etiam si altera esset, non committit adulterium materiale, quia sua est, formale sic ardentius, quam si coiret cum aliena, & grauius in malitia effrenati amoris, quod S. Thom. voluit vbi supra. Addimus ad malitiam adulterij: ex parte feminae solum quod cum

cum illa ventrem habeat in quo suscipit, vir verò solum emittit & non concipit, illa si concipit prolem alienam, supponit marito, vt legitimam, non autem vir, quia non concipit.

Quid quando concipitur ex adulterio? §. V.

DVO igitur in hac materia quoad coniuges sunt necessaria confessario scitu. Primum, quæ obligatio nascitur ex adulterio. Secundò, ad quid quoad hanc materiam teneantur coniuges ex fide & lege matrimonij. Quoad primum si foemina sciat certo moraliter (nam solam hanc certitudinem in rebus conscientiae inquit Theologus & Canonista) quod peperit adulterò ex concubito, & non ex suo viro, tunc curiosè querèda sunt media quomodo non fiat iniustitia, & grauamen iniustitiam in alendo puerum, & nutriendo, & demum in diuisione hæreditatis, verorum hæredum & subtractione partis. Dico ergo primò, quod puer sic natus ex adulterio in domo coniugis, est nutriendus & alendus à matre (si non habet aliunde) ex communi expensa sicut alij legitimi, quia lex naturalis ad hoc obligat illam, & nulla est iniustitia cum currat casus extremae necessitatis: secus moreretur creatura illa innocens. Secundò obseruandum est, quod in nullo casu mulier teneatur se prodere & declarare adulterasse, neque etiam in articulo mortis extra confessionis sigillum, quia obligatio tuitionis proprii honoris, est prior omni lege iustitiæ rerum temporalium, cum honor sit prior ordine quam res temporales in estimatione, & precipue, quod periclitaretur clarè eius vita apud maritum

ritum offensum: tunc ergo vel nō habet alios filios ipsa neque maritus, nisi illum spurium, aut habent, si non habent, potest tunc ipsa de consilio docti confessarij, dicere suo filio: Fili tu nō est filius patris huius, quem pro patre habes, sed ego fui fragilis & peri te ex concubitu adultero cum Petro, & sic teneris non recipere hæreditatem, si ille credat, & remedium ponat vt hæreditatem nolit admittere, vel restituere secreta via intendat: hæreditas ex parte putatiui patris vel æquale p hæreditate, actū est fœliciter: si autem nollit credere, sed remanere in fide quam habebat (quod & licitè posse Canonistæ affirmant, & nobis omnino non displicet) mater remanet tuta in conscientia, & certè, nisi probabiliter speraret quod proficeret se coram filio suo, declarans & manifestans, ego ad talem manifestationem non obligarem vlla via, & si illam (quando spes est restitutionis) dixi debere declarare hoc filio, motus fui ea ratione, qua omnes Theologi debuerunt moueri, scilicet, quia filio ex cui tantum in honoris sicuti matri, & illo delicto accrescit, non est grauis, neque contra naturam declaratio, imò est licita si remaneret secretum, & debet ipsa tunc ex bonis paraphernalibus, & quæ ipsa sua industria & acquiriuit, damnum iniustæ hæreditatis hæredibus aliquantulum refarcire, dummodo sibi honesta remaneret sustentatio, si autem adultera alios habet filios ex proprio marito, tunc poterit melius & secretius damnum refarcire, illos in omnibus meliorando, & in testamento tertiam & quintam legitimis modo meliorationis relinquendo, & omnia illa faciendo quibus secreto auferatur, & si non tota hæreditas

reditas ab spurio, saltim maior pars: nam (vti sæpè repetiuimus) in materia morali illud possibile dicimus, quod absq; reuelatione secreti & nota infamie & vitæ periculo fieri potest, & remediū quod amissionem alicuius horum includit, vel ex illo sequitur, impossibile iudicamus moraliter: nam remediū Veruecij: honorabil. Canonistæ, quo consulit, vt mulier reuelat marito adulterium suum si illum cognoscit patientem quicquid contigerit: non est consilium hominis docti, sed idiotæ, & ad eò boni, vt etiam cornutus possit appellari, vt quid enim Magistri & Doctores consulere debemus, id ex quo moraliter imminet vitæ periculum? Adde, quod ex hoc quod vir sciat vnum ex pueris non esse suū, nihil præter dicta ex parte matris addere potest: nō enim potest illum exhæredare, nisi ob causas cap. Quintaualis. de iure iuran. in foro exteriori. Sequimur Syluestrum in hac doctrina, qui postquam Innocen. Rayn. Hostiens. & aliosum dicta recensuit, demum in supra dicta incidit, verbo, adulterum. §. secundo. Sequimur & Nauarr. cap. 16. Manual. numero. 44. & 48. Innocent. & Panormitan. super. c. officij. extra de pœnitent. & remissio. Caietan. tomo. 1. opus. opuscul. 31. respons. 14. imò sequimur Scotum in. 4. distinct. decimaquinta. quæstione secunda. respons. ad quartum. articul. 5. & pium Antonii. secunda part. titu. primo. cap. 18. §. quarto. & omnes vellint nollint in hanc compositionem veniūt, & seruant famam & vitam adulteræ quæ sunt superioris ordinis, quam hæreditas.

An teneatur credere filius matri? §. VI.

SE D quia pertranse, nam dixi filium spurium non teneri credere matri dicente se spurium, & non ex marito. Dico modò, quod etiam si iuret, non teneatur credere matri quoad restitutionem bonorum, quæ ex hæreditate illi obuenerunt, vel obuenire possunt. Primò, quia iuste adhuc dubitare potest. Secundò, quia imminet illi infamia, ut filius scorti habeatur & dicatur. Tertio, quia hoc decreuere iura ciuilia, & Canonica non decernunt contrarium, & sic ciuilia conscientiam tuetur: sunt enim rationis optimæ dictamina, patet hoc secundum DD. in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. & l. vicinis. C. de nupt. imò secundum eos & Panormi. stultum esset credere, etiam si pater cum matre dicerent illi: Tu non es filius legitimus, postquam ut talis est educatus, & pro tali habitus, ut patet cap. transmissam. qui filij sint legitimi. & eius glossa optima, verbo, iudicis. & ff. de carbo. edil. l. 1. §. 2. cum sua glossa, & ff. de liber. & posthum. leg. si postulamus. Vnde liquet, quod licebit adulteræ filium spurium relinquere hæredem, ubi infamia timetur ex contrario, & in hoc bene Archidia. & Syluest. De patre autem vero qui illum genuit ex adulterio, dico, teneri in tali casu ad restitutionem supradictorum damnorum, si moraliter certo scit, suum esse filium & non mariti illius, cum qua ipse adulteratus est: secus, si in dubio est, & ratio subest dubitandi etiam ipsi adulteræ, an sit conceptus ex adultero concubitu, vel ex legitimo, nullus illorum ad aliquam restitutionem tenetur: nam in dubijs pro parte favorabili standum est, neque quis sententia certa obligandus est.

De

De exponentibus filios. §. VII.

DE His autem qui exponunt filios suos ad portas Ecclesiarum, Genodochiorum, siue hospitalium, vel monasteriorum alendos, dico, tales sine dubio mortaliter peccare duplici vel triplici ex causa. Primò & maximè, quia exponunt paruulos euidenti mortis periculo: nam cum hoc semper fiat noctu, vel clam, non possunt moraliter euitare pericula: nam pendent à mille causis contingentibus & dependentibus ex alijs causis accidentarijs, si exeant vel non, si audiant vel non, si veniat canis, vel lupo, vel sus, & comedant infantem, si suffocetur, si frigore moriatur, si fame, si æstu. Insuper addo, quod etiam ob celandum adulterium honoratissimæ foemine, non licet honorem tueri dispendio siue periculo innocentis infantis, & ultra hoc tenentur patres, etiam si pauperes sunt, ad restituendum expensas alimenterum. Secunda ratio est, quoniam infantem uteri sui obliuisci, & eum non nutrire, strigis est, vel lamie, non autem foemine ratione imò instinctu naturæ utentis, cum femelas auium & brutorum propter prolem videamus permittere propriam captiuitatem. Demum tertio, quia quatum de se est, defraudant filium ne patres agnoscat proprios, quod est maxima crudelitas: sunt autem Genodochia & cappellæ cum redditibus ad alendos expositos pueros deputatis in talibus, ergo (quæ hospitalia sub debitis circumstantijs iusta sunt supposito quod tales malitiæ non desunt) si cum omni aduertentia exponantur pueri, & si peccatum erit mort. ob dicta, tamen non remanent parentes ad restitutionem obnoxij,

Pp

inter-

interpretatiue enim hoc fundatores donât. Sed vtinam hæc in se bonæ elemosynæ ansam non præbeant peccandi & adulterandi, ex quo vidimus aliqua hospitalia huiusmodi, diruta & in alios sanctos commutata vsus, quamuis remanent celeberrima Toleti, Hispali, Compostellæ, Salmanticæ, in nostra Hispania.

Pœna adulterij quæ? §. VIII.

POENIA adulterij est in foro ciuili, quòd mulier in illo deprehensa, & mœchus capite plectuntur, si intuentur in flagranti delicto, vel in eodè lecto cubantes, vel in loco secreto deosculantes se, vel impudicè tangentes, patet. C. de adulter. l. castitati. quamuis. C. de adulter. Authen. mulier verberari iubetur, & retrudi in monasterio. Ultra hoc amittit dotem, imò & donationem quæ illi facta est propter nuptias, soluto matrimonio, sed hoc intelligitur si illa à marito repellatur per sententiam iudicis Ecclesiastici, secus non, vt patet cap. plerumque. de dote post dire. sic enim intelligunt illud cap. Patrum, & Ioann. Andrea. sed non amittit mulier bona quæ paraphernalia dicuntur, id est, illa quæ ipsa ante quam nuberet acquisiuit acu sua, seruitio, vel industria, quia restringenda sunt verba iuris in pœnis, & non amplianda, vt Canonistæ & nos dicimus super regulam odia. de regul. iur. libro. 6. & sic maritus in conscientia dotem retinere potest adultera. Sed (quòd magis ad nostrum propositum attinet) amittit ius petendi debitum sic mulier adultera, sicuti vir adulter, ita vt alter innocens adultero reddere

dere non teneatur in conscientia debitum coniugale, etiam obnixè petenti, sed si reconcilietur vir & vxor, nullus debitum sibi amittit, sed omnia reddeat, vt prius ante adulterium, vt habetur dicto cap. plerumque.

De debito reddendo quid? §. I X.

RESTAT nunc videre ad quid coniuges teneantur circa debitum. Et primò tenentur sibi mutuo reddere sub pœna peccati mortal. quia est debitum iustitiæ matrimonialis, dicente Paul. 1. Corin. 7. Vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor, neque vxor sui, nisi vir. Et illud Matthæi. 19. Erunt duo in carne vna. Et sic vir vxori, vel vxor viro denegans debitum sui corporis petenti, peccat mort. & nõ solum si clarè & distinctè petat, vt communiter contingit viris, sed si petat virtualiter, vel quomodocumque exprimat se velle maritalem copulam, quod fœminis quæ verecundiores sunt contingit. Tunc sufficit vt maritus teneatur, quod ex signis hoc intelligat, vel præmissis: tamen quando alter eorum infirmus est, ex quo sequetur malum, vel mors, non tenetur alter reddere, siue sit mulier, siue vir, alteri petenti. Et mulier quæ in menstruo sanguine est, non tenetur reddere marito, & minus petere ab illo, sed tenetur sub mortali declarare se esse in menstruo, & si ille adhuc vim fecerit semel & iterum rogatus, ipse mort. peccauit contra propriam salutem suam, vel illius, mulier autè nõ tenetur ad maiorem resistentiã, neq; ad iram magis prouocare maritum, idè de quacumq; infirmitate dicimus

contagiosa coniugum, lepra, vel morbo Gallico. Doctrina est sancti Thomæ in 4. distinct. 32. Hanc doctrinam deducit ex illo Leuit. 39. Vnde non prætereundum censeo imo rogatus, & à visa penè morte, in quodam famulo meo iuenculo compulsus, dico, grauissimè peccare (vltra luxuriæ peccatum, & eius speciem) eum vel eam, mulierem meretricè vel secretam, quæ sollicitata vt inhonestè coeat cù aliquo, si infirma est aliquo contagio, vel in menstruo non declarat infirmitatem suam misero peccati, & bestiali suo appetitui volèti satisfacere, imo talis vltra hoc tenetur nolle & defendere se omnia: secus tenetur ad omnia damna & expèfas, quas miseri in curatione similium contagionum cõsumpserint, & hoc perquirat confessarius: nam paucissimæ mentionem faciunt. Similiter de viris dicimus, contagio similium infirmitatum tactis. Quot vidimus homines morbo Gallico penè exanimis, non solum plebeios, sed nobiles, imò Dinastas, & Duces, & Comites, & quot mulieres proprias illustrissimas infecerunt, imo & legitimos filios nasci infirmos fecerunt? Iustissimè Deo permittente, in vindictam bestialis vitæ carnalium: tot igitur malorum, quæ fuit vel qui fuit in causa, nõ me tenebitur restituere quod poterit? Tenebitur sanè: debent etiam coniuges abstinere ob ieiunia solennia, & ob sacram communionem, sed si vir petat vel mulier affectuosè, nõ tenetur alter debitum negare, quia istæ sanctissima sunt, sed tantùm de decentia vetatur maritalis coitus, non tamen de præcepto, & certè coniuges vt Christiani, & non vt Pagani in hoc procedere debent, admonèdi sunt, vt iubet rubrica Missalis

nunc

nunc à Pio. V. ex decreto Concil. Trident. adito, & recognito, vt admonèat eos sacerdos, quãdo spòsos benedicit: tamen si ex alterius illorum parte timetur ruina in tentationem carnalem, nullo modo debent abstinere. Tenètur & coniuges sub mor. peccato, extra torum vel actum maritale, abstinere ab osculis, tactibus, & amplexibus, vbi timetur pollutio extra vas, vel causa effusionis feminis: secus licent illis tactus, oscula, &c. quæ fuerint præparata ad maritalem copulam, semper cauendo vt feminatio extra vas non sequatur.

Corporum dispositio quæ? §. X.

DE Situ autem & positionis corporum modo (quod & sanctus Thomas tetigit in quarto, distinctione trigesima prima, & Syluester, verbo, debitum conjugale, §. septimo) dicimus, quòd ille modus institutus videtur à natura, quo aptiori modo semen virile mittatur in matricem fœminæ, scilicet, quòd mulier succumbat supina, & vir super illam pronus iaceat; an autem lateraliter coeuntes, vel vice versa, homine subiacente, quòd super iaceat mulier, peccent mortaliter? Non est apud omnes par sententia, affirmantibus quibusdam grauissimis, negantibus alijs, sed nos vt iuxta omnium concordiam respondeamus, dicimus, quòd in hoc sola hæc regula haberi potest, quòd si non timetur effusio feminis extra vas, de modo non est curandum: & addimus ad maiorem claritatem (quam etiam in his obscenis fugere nequimus) quòd vt docet sanctus Thomas, matris fœminæ est nimis attractiua

feminis, quod probat tutissimò exemplo (quod suis diebus vt notissimum & verissimum tractabatur) de homine qui spermãizauit vel semen fudit in balneo, & statim ingressa balneum virgo (filia eiusdẽ dicitur ab aliquibus) concepit ex femine attracto à vulua, & inuenta est prægnans & non corrupta, & sic prædictis duobus modis coire vxoratos mortal. non iudicat de se sanct. Thom. & Syluester eum sequens, neque similiter nos iudicamus, quousq; sentiant periculũ, sed reprehendendi sunt tales, peruertentes insitum naturæ ordinem; permittum etiã est vxoratis comedere calida, & quæ sperma multiplicent, & vigorem augeant naturalem ad generationem, & talibus pro fine coitus, habere generationem est actus meritorius, si in gratia fiat, habere vero pro fine delectationem sensualem, tantũ est veniale; & si ab aliquibus absque ratione mortal. iudicetur, addere autem vnguenta quibus delectatio augeatur in vxorio actu, etiam veniale est, sed certè reprehendendum, arguit enim hominem sensualissimum: vxorati si reddere debitum non queunt ieiunantes ad ieiunium non tenentur. Sed videant in hoc ne sint sibi blandi iudices, quia pro anima res est: nam non sufficit quod melius redderent debitum non ieiunantes, sed est necessarium vt non teneantur, quod senserint quod ieiunando impotentes reddantur ad reddendum.

Pregnans mulier quid? §. XI.

RESTANT duo videnda. Primò, quid de muliere prægnante dicendum quoad debiti solutionẽ?

Secun-

Secundò, quid de causis diuortij. Quoad primũ, videtur quod prægnans reddere debitum non teneatur, imò quod maritus petere non possit, patet primo, quia imminet abortus periculũ, si homo iaceat super vterum prægnantis. Secundũ, quia idem est tunc seminare intra vas atque extra, cum Auicena dicat, quod statim atque mulier est prægnans clauditur matrix, & insuper in tali seminatione nequit intendi finis talis actus à natura institutus, cum generatio sit tunc impossibilis. Respondemus tamen, quod cum matrimonium & si sit naturalis iuris: est tamẽ etiam diuini iuris, & habet etiam leges positiui iuris Ecclesiastici, & sic quamuis aliqua conueniunt, primo, & per se matrimonio secundum ius naturæ, alia secundũ ius diuinũ post casum primorũ parẽtũ, & demũ alia secundũ ius positium, quod dictũ sit ad multa huius materiæ. Igitur, & si matrimoniũ secundum quod habet naturalis coniunctionis sit ordinatum ad generationem prolis, vt species humana quæ secundũ indiuidua est corruptibilis, sit duras secundũ speciẽ, conseruetur & nõ deficiat: tamẽ à Deo opt. max. est etiã institutum in remedium fluxibilis nostræ carnis & concupiscentiæ, secundum quod Paul. 1. Cor. 7. ait: Melius nubere quam vri, & sic in matrimonio dum seminatio fit intra vas naturæ quoad remedium; scilicet, quod non sit cũ aliena, vel pollutio extra vas, est legita cum sibi debito & parato remedio quisque vti queat: secus qui cognouisset quod per. 20. annos sua mulier non coepit, non posset coire cum illa, cum certo sciat seminationẽ non prodesse ad generationẽ, quod est absurdũ. Adde ad hoc, quod omne agens subordinatũ

alteri, potest habere suum finem, & eius factio non erit ex eius parte frustranea, si aliunde impeditur, quod non consequatur suum finem: nam officium ignis est cremare, si autem lignum continua aqua madefiat, non est culpa ignis, sic in proposito. Tamen iam supra diximus, quod cauere debent coeutes vxorati, si foemina est prægnas, ne sequatur abor sus: secus in culpa essent mortis, & sic propter hoc crediderim licere coire lateraliter: si tamen caueatur periculum effusionis seminis: & maxime aduertendum est confessarijs, quod ad sedandos scrupulos, aduertant, quod quando maior pars seminis, vel fortè equalis intro recipitur, & si aliqua fundatur foras est naturalis effusio, superflui, in aliquibus matricibus accipientibus, quod conuenit, & reijcié tibus quod superest, & sic dummodo debita circumspecta fuerit seruata, non est curandum de hoc, iuxta peritos Medicos & naturales, secundum quod inquisitum fuit requirit logiorem indagationem, vt sciatur quæ sint ista causa diuortij matrimonij, & eo ligatorum vinculo.

De diuortijs. §. XII.

DIVORTIVM est separatio legalis iusta, vinculi matrimonij, & dicitur (si Aethymon aspiciamus) vel à diuersitate mentium, vel quia qui separatur distrahuntur in diuersas domos, vel loca, vt habetur. ff. de diuort. l. i. Est igitur primò licitū diuortiu ob meliorem vitam, scilicet, ob ingressum religionis, sed hoc non tenet in matrimonio consummato per carnalem copulam, quia tunc nequit alter coniugū ab

ab altero separari, quia ex quo vir cognouit vxorem dedit facultatem & possessionem sui corporis, & mulier viro, sed si sponsus spōsam suā inuitū cognouit & violauit, potest adhuc illa illo inuito, religionē intrare, quia nō tradidit suā carnē, sed ille vi abstulit: in quo bene Bart. Bixi. quidquid Hostien. & Petr. de Pal. & Syluest. medius, incedens dicant. & conformat nostra doctrin. capit. ille autē. 32. quæst. 5. & cap. verum. de conuer. coniug. sed iuxta Sancti Thom. in. 4. distinct. 27. quæstio. 1. debet sponsa intrare religionem intra duos menses secus sponsus potest debitum petere, & illa tenetur reddere. Tercio potest fieri diuortium ob diuersitatem fidei & religionis, & fidelis timet ab infideli coniuge se ductum iri, & quod suadebit Dei fidem relinquere, unde si infidelitas præcedit matrimonium, & alter contrahentium est Christianus, matrimonium non tenet, etiam si post matrimonium alter eorum baptizetur & credat, altero infideli manente possunt separari, imò si Christianus cum Catechumena credente & non baptizata contrahat, non tenet matrimonium secus autem si contrahat cum illa, quæ baptizata fuit, est tamen modo hæretica, vel è contrahentium enim matrimonium tenet nisi inducat ad hæresim coniugem. Imò vnusquisque potest diuortiu facere à coniuge, qui vult inducere ad peccandum mort. nisi cohiberi possit.

Impotentia coeundi. §. XIII.

QUARTO potest fieri diuortiu ob impotentiam coeundi perpetuam dixi perpetuam, nam in potentia temporalis nō dat facultatē diuortio, vt quæ

ob paucitatem annorum contingit, nam aduentu tēporis fiunt multi iuuenes potentes, neque omnino placet quod iuxta Syluestr. (qui ex mente S. Thom. putat se loqui) annus præcisè .18. sit vltimus probatē impotentia, nam licet vñ in plurimum ferè omnibus viris illo anno contingant posse generare vel scirem coiræ, tamen in aliquibus tardius id contigisse audiimus, & excommunicatione dubiorum in hac materia cognouimus, aliquos debiliores complexione, nō fuisse habiles ad coitum ad .20. & alij vsque ad .27. Sed hi rarissimi, & sic communiter vera est taxatio Syluestr. sed generaliter est vera viginis annorum comprobatio naturalis impotentia, ex parte viri, & tunc licet mulieri diuortium petere, & obtento libere poterit cui voluerit coniugi matrimonio, sed viro ob sterilitatem mulieris non licet diuortium petere, quia omnes mulieres potentes sunt ad coitum, quatenus est institutum in remedium, & si nō sint omnes potentes ad coitum institutum in officium ad generationem, iuxta doctrinam S. Tho. supra tactam. Sed aduertendum n. est, quod si quando mulier cognita fuit primo à viro suo, erat ille potens coire & feminare intra vas eria si postea fiat impotens, vel ob infirmitates, vel ob incisionem, vel casuali membri percussione turpis, non erit licitum diuortium in conscientia, neque in iustitia, si possit probari. Secundo aduertendum maxime est, quod sunt aliqui homines impotentes respectu huius vel illius mulieris, non autem absolute impotentes respectu cæterarum: sunt enim aliqui impotentes ad virginem, non vero ad viduam, vel corruptam, imò vero respectu huius virginis, quæ durioris & grossioris

floris est claustris & sigilli virginalis, non vero respectu alterius debilioris, & si inferioris sigilli, & non mirum quod dissoluto matrimonio respectu huius & celebrato cum altero, & illa habeat filios: tamen in conscientia ego nunquam iudicavi, neque grauem Doctorem iudicantem legi, licitum diuortium eius qui potens est ad corruptam, & sic absolute non impotens, tunc enim illa (quæ est imputandus est defectus) aperire debet arte medicorum, & peritarum in hoc mulierum, & si quille erit aptus matrimonio, & in officium generationis, & sic excommunicatione doctissimorum, respondimus nos cuidam Illustrissimæ foeminae, quæ duobus annis nupta & à viro cognita integra persuerabat sigillo carnali, cognoscebat autem illum potentem claustro rupto, & sic verificatur quod Ecclesia concedit triennium, vt appareat si impedimentum est perpetuum, vel temporale, imò est doctrina Sancti Thom. 4. distinction. 34. & Syluestr. matrimon. 8. §. 16. Dicitur insuper quod frigiditas impedit matrimonium, intelligitur si quando contraxerunt fuit ignorata, nam si erat præcognita, tenet contractus. Ad hoc impedimentum, reducitur etiam nimius calor, quia etiam talis impedit coitum, & sic eodem modo atque de frigidis de talibus iudicandum est, isti sunt adeo facilliter spermatizantes, vt statim atque de coitu imaginationem habent, vel se ad coitum præparent semen emittunt extra vas, neque admittendum intra expectare possunt, quæ infirmitas curabilis est, & sic vsque ad curationem debet expectari, modo supradicto. Senectus nulla est impedimentum contra

contrahendi matrimonium, nec contractum dirimit, sicut diximus de infirmitate supra. Similiter de fœtore oris, vel narium, vel alio pœnoso grauiamine: multiplicant Doctores impedimenta matrimonij, vsquẽ ad 16. Sed quod attinet ad materiã nostri sexti præcepti, hæc sunt capita ex S. Thom. in. 4. d. 34. quæst. 1. art. 1. Maleficium etiam si cognoscatur perpetuum impediens copulam post supradictos tres annos vel paulo plus, dirimit matrimoniũ, & si sit præcognitũ impedit contrahendũ, iuxta omnes Canonici iuris peritos, tit. illo. de frigidis & maleficijatis, & iuxta mentem S. Tho. vbi supra, & Theolog. omnium, & vt confessarius, vel audiens in confessione, vel extra consulens petitus: sciat quẽ consulat sciendum est, Dæmones vtpote superiores secundum naturam nobis creaturas, permittente sic Domini nostro optim. maxim. Deo, ex arcanissima sua diuina scientia, possunt circa creaturas corporeas quidquid volunt operari, dummodo earum substantiam non mutant, post inquam turrim, domum, ciuitatem, imò & montem de loco ad locum etiam distantissimum transportare, mare secundum partem vertere super terram, & inundare populos, concitare ventos, nymboſ facere, fulmina accendere, grandinem conglobare, & mittere, homines & alia animalia mouere in distantissimasquẽ regiones ferre breuissimo tempore, imò & sensus, & externos, quam in ternos mouere, fantasmatibus, & sensibilibus obiectis, vel à se factis, vel motis à se, veris, potest & spiritus vitales concitare, appetitum sensuale, inardescere facere & nimium hominem ad peccandũ his modis allicere, excitare

vel

vehementer, licet libertate semper hominis libera & intacta, debili tamen si non præsens addeſſet diuinum auxilium volentibus illo vti. Doctrina est S. Thom. 1. part. q. 105. artic. 1. & quæst. 110. artic. 2. & 3. & 4. & quæst. 114. & 117. & secundo. sent. d. 7. quæst. 3. & tertio, cõtra gent. c. 3. & alijs mille locis, & communiter omnium Doctorum, & desumpſere & Auguſt. & hæc omnia facit fine & animo nocendi & exequendi malum finem, cum eius arbitrium sit in malo cõfirmatũ & à malo discedere nõ possit, sic omnia in malum ordinat, & si aliquod bonũ immiscet est, vt malum sub bono celet & melius simplices decipiat, sed in quo magis hominis à Dæmone molestari contingit est in actibus venereis, & circa ea actum coitus & generationis, permittente Deo sic iuxta sanctum Thom. in. 4. d. 34. arti. 3. quia per actus generatiuæ potentiæ transfunditur peccatum originale, & sic in proposito dupliciter impediunt hominis actum carnalem, inter coniugatos, vel non sinendo vt mutuo appropinquent & iungantur, impediendo localem corporum approximationem, & tunc nullum aliud circa generatiuam potentiam facit, sed in se vnusquisque potens remanet, sed impedita conditio sine qua non est generatio. Secundo modo in frigidando (vt sic loquar) nam & hoc applicando herbarum vim seu lapilorum, quarum naturam optime noscit, & virtutem, & sic ineptos actui generatiuo imò & coitus reddit. Vel mouendo æſtigmatiuam & imaginatiuam alterius, vel amborum, & turbãdo, vt se inuicem vel alter alterum, nimium abhorreat & exosum habeat, & sic modus est communissimus, & quanuis de prioribus consul

tus

tus fuit aliquâdo, sed de hoc ultimo hac eadem die qua hæc scribo anno. 1592. Ianuarij mense. Sed aduertédū quod Angeli sancti oēs, & si aliqui inferiores Dæmone, qui maleficium operatur, sint in natura, quia tamē spiritus sunt, & gratia & gloria superātes, possunt maleficia soluere huiusmodi: possunt & demones superiores inferiorū, sicut & à corporibus eijcere: homines autem nullo modo possunt, etiam quando est in frigidatio ratione herbarum & lapidum, seu aliarum virtutum naturalium applicatarum à Dæmone, etiam si contrarias omnino applicet virtutes, si Dæmon maleficio assistit, quia est superioris naturæ, cui obediunt corporea: secus Dæmon desistit à maleficio. Soluuntur, & maleficia à Deo, modis, exorcismis sanctis, & orationibus quibus sancta Ecclesia vtitur, & non licet, sub mortal. vti alio maleficio seu ope maleficij ad soluendum aliud, quidquid perniciose concedat Summa Angelica, contra quam iuste irascitur Syluestr. verbo, malef. §. 8. licet tamen cuienuque soluere res quibus inuoluitur maleficium, vt cremare capillos, vel filios, vel lanam, vel plumas, vel pannum, ad quorum præsentiam operatur maleficus, & Dæmon, demum dico causam esse sufficientem ad diuortium, quod licet quis commisceatur per virile membrum corpori mulieris, vt fiat vna caro, si tamē nullatenus semen emittit, & defectus feminis est perpetuus, quia actus generationis non solum est commissio corporum, sed & feminum & á fortiori, si alicuius membrum perpetuo nō ex igitur, quod ex frigiditate nimia contingit, vt diximus. Est & causa sufficiens, scire quod

quod parat alter alteri rem, per minas, vel quia præparari videt instrumenta, vel venenum, & si hoc possit probari, est causa sufficiens in exteriori foro, de quo etiam hodie consului, & ex cōmissione meritissimi. D. D. Ioan. de Sancto Clemente Archiepiscopi Compostellani, causam iudicauī quādam.

Sacrilegium quid? §. XIII.

VISIS Peccatis coniugum, redeamus ad species luxuriæ, de quibus nobis cœptus erat sermo. Tertia igitur species luxuriæ est sacrilegium, quod committitur quotiens ambo vel alter peccantium est sacro solenni voto astrictus, vel locus in quo actus venereus habitus (& si aliás actus foret licitus & matrimonialis) est Deo dicatus & facer. Vnde soluta cum monacho professo etiam sacris non initiato, vel cum clericico ad minus subdiacono, vel solutus qui cum Moniali professa coierit mortalit. peccat peccato sacrilegij, & á fortiori & grauius si ambo habeant solenne votum castitatis: circumstantia necessario, confitenda, & declaranda. Insuper sacrilegium loci sacri mortale committit qui coijt quomodocunque in sacro loco, etiā cum propria vxore: quid autem faciendum sit quādo tale contigerit, dicemus infra.

Multæ autem emergunt difficultates, quibus elucidatis liquebit quidquid de hac specie luxuriæ sciiri debet: primo nū mulier habens ré cum nouitio vel solutus cum nouitia religiosa, debet hoc explicare? Certē neminē vidi qui hoc specialiter tractet, & sic dico quod & si sit maximè malitiæ additio, & nota-

Cautè lege:-

& notabiliter aggrauat luxuria peccatum, quod cum illo vel illa quæ in scinola virtutis & castitatis erat, & ad probandum si posset. Viam perfectionis ingredi, habitum; & sanctorum confortium induerat, fœde, & contra id quod probare nitebatur carnaliter commixtus, vel commixta sit, tenebitur circumstantiam declarare, non quia mutet speciem, ante emissionem voti solennis, sed quia notabiliter aggrauet peccati malitiam, quod cum contingit, ex communi omnium ferè & grauissimorū Theologorum consensu, explicari in confessione debet: an autem debeat explicare soluta quod cum clerico minorum ordinum coierit? Respondeo, quod non, quia nō ita notabiliter aggrauat malitiam luxurię, quia hic nō est in probatione vię perfectionis, sicut nouitius religionis approbatæ.

Dubitarunt etiam aliqui apud me nō ignarij discipuli mei, num si quis non cognoscatur à confessario, quia in obscuro loco confitetur, vel mutato habitu, qui confitetur peccatum luxurię, an teneatur dicere religiosus, sum professus, an sufficiat dicere peccatum luxurię sacrilegæ peccaui cum votum solenne castitatis emisserim? Respondeo, post magnam cōcertationem habitā cum doctis viris, quod sufficit dicere. Secundum quia licet castitatis obseruatio in religioso sit iuris diuini, & in clerico maiorum ordinum votum sit iuris Pontificij, tamē post votum emissum solenne eius obseruatio est de iure diuino, & sic accidentale quod votum vnus sit iuris diuini, & quod positium ius instituerit, quod alius, nempe subdiaconus, secularis, votum solenne castitatis emittat in sua ordinatione, & meo iudicio
dubium

dubiū non remanet. Vnde liquebit, quod & si addat malitiam coire cum religioso ordinato maioribus ordinibus, quam cum nullis (vt conuerso) vel minoribus ordinato, existimo tamen, non esse necessario hoc explicandum, quia neque variat speciem, neque ita notabiliter aggrauat eandē sacrilegij speciem. Similiter, quando cum seculari clerico subdiacono, vel cum diacono, vel cum sacerdote rem aliquam habuit, nō habet necessè dicere, nisi quod peccauerit sacrilegè cum habente solenne castitatis votum, & ipse si non cognoscatur similiter dicet de se accusando se.

Idem dicimus ad quodam dubium à nobis quæsitum, num incognitus poenitens religiosus vel clericus in maioribus constitutus, qui remā habuit cum moniali professa, teneatur sic explicari: Cognoui professam monialem, cum ipse etiam habeam super me solenne votum castitatis, absolūtè dico, quod sic, secus nō explicaret circumstantiā, vt deberet quod esse debitum est fidei dogma, vt liquet ex Concilio Trident. ses. 14. cap. 5. & Cano. 7. Insuper sacrilegiū committitur cum fratre, quem nos conuersum: mē dicantes autem fratrem vocant laicum professum, cum donatis autem religionum coire vel cum donatis monialium, minime, quia isti tales, neque religiosi sunt, neque solenne habent votum castitatis, sed solum obedientiæ, sunt enim quasi ferui obediētes. Solum hic aduertere maximè imo clamare, vociferari, & gemitibus cœlum penetrantibus, reperire abominans, detestans omne sacrilegiū, sed præcipuè illud immane scelus: violandi sacras Dei virgines, & sponsas, & sanctissimo innocētissimod;

Sponso Christo talem irrogandi in iustitiam, hoc vñ solum innumeris omisis dico (& certe ex auditu & confessionum & communicationum credendum esset) quod tale fascino scio, legi, & audiui, nunquã (vltra æternum miseræ baratrum quod illi est maximè debitum) in hoc mundo relictum impunitum maximis calamitatibus, miseris, infamijs, infirmitatibus & plagis: & quidem iustissime, audiant omnes legant & credant mihi ex supradictis scienti, & quãdo aliud defuisset exemplum, vel ex multis publicis fat sit infœlix & atrox mors Alexandri medices, primi Florentinorum Ducis illustrissimi, & alias excellentissimi iuuenis, qui tamen in hoc vt fertur de linquebat.

Sacrilegium etiam est in rigore, cognoscere spiritualem cognatam, quatenus specialis nexus violatus, vt esse cum baptizata ab ipso, vel cum matre eius, vel cum ea vel eo, qui tenuit filium & eduxit à fonte baptismali, similiter cum Episcopo confirmante, vel tenente patrino, sed quia hæc melius est visum aliquibus cadere intra speciem incestus, sic dicta illuc amplius explicanda remittuntur.

Sacrilegium contra locum sacrum est etiam specialiter explicandum, & committitur omni coitu in Ecclesia habito, etiam alias licito, per locum autem sacrum quoad hoc strictè (omisis impertinentijs) Ecclesia intelligimus, & capellas omnes, Ecclesiæ, sacrarium, siue sacristiam, tribunam, cimiteriũ, claustrum pariete ingiro in circuitu, Ecclesiæ porticus ante Ecclesiam, non vero camera superna supra Ecclesiam, vel supra sacrarium, siue domus hospitij, coniuncta Ecclesiæ, non dormitoriũ religiosorum, quod magis

magis & á fortiori, neque refectorium, neque hospitium receptacula, vel infirmitorium: in superpolluitur sacrilegè Ecclesia coitu mariti cum propria vxore, & si hoc notorium fuerit & Ecclesia consecrata, ex quacũque in ea voluntaria feminis, vel sanguinis effusione debet ab Episcopo recõciliari: si tamen tantum benedicta à simplici sacerdote recõciliatur: doctrina hucusq; cõmunis est, idem dicimus de eremitorijs, capellis, Genodochiorũ siue hospitaliũ, vbi res sacræ celebrantur cõmuniter: sacrilegijs enim polluantur huiusmodi. Sequis autem de oratorijs particularibus domorum particularium.

Dubitari etiam potest, num lit. sacrilegium temporis sacri? iuxta Scoti doctrinam nõ esset dubium, Qq 2 cum

cum asserat, circumstantiam diei festi mutare specie[m], nos autem omnino iuxta mentem sancti Thomæ, & Doctorum communem (vt & nos in huius Summæ prima parte tetigimus.) hanc rigidam doctrinam non recipimus; tamen vti & diximus, repetimus modo, non dubitandum, quin tempus passionis Hebdomada sancta, quando omnes etiam perditissimi condolent, & compatiuntur Christo morienti, addat malitiam maximam, quam doctrinam ex solo communi Catholicorum consensu comprobamus quem refragare nullus pius audebit, & sic si illis diebus hominem fornicatorem inuenirent, nescirent seculares neque Ecclesiastici iudices quas poenâs excogitarent, quovis supplicio in eum animadverterent. Imò sanctum Inquisitionis tribunal intrare deberet, & sicuti contra male sentientes de fide contra illos procedere: & si talem circumstantiam illorum saltem dierum crediderim, necessario explicandam, utpote ad eximia libidinis grauitatē intelligendam necessariam, & immanē scelus contra sacram venerandamque illorum dierum obseruantiam.

Addimus insuper (quod nemo hucusque tetigit) sacrilegium committi, si fornicantes ad actum illū turpem & cœnosum, sacris rebus vtantur, vt si sacerdos casula indutus, Diaconus stola, alba camisia, vel etiam Subdiaconus dalmaticis induti coeant, vltra personæ enim sacrilegium, de quo supra, debent explicare quod erant sacris induti. Similiter, ~~quoniam~~ simili scelere vel etiam dormiens cum vxore propria, staret lectū sindonibus & mapis, vel palijs altaris, & quod aures etiam perditissimas offendit, si

corpo-

corporalia ad aliquid turpe deseruirent, vel alia diuino cultui mancipata.

§. XV.

SED pro calce huius sacrilegij dicimus, quod immanissimum sacrilegium loci sacri reuerentiam violans, est, quicumque actus contra naturam luxuriose in templo habitus, vt sodomiæ, bestialitatis vè peccatum (de quibus infra) molliciei, id est effusionis voluntariæ seminis, tactibus alienis, vel etia proprijs, sacrilegium est, si in Ecclesia committatur.

Hic advertere libuit, quod cum sacrilegium sit sacri violatio, maximamque obtineant inter omnia sacra, Sacramenta, quorum necessarium maximum poenitentia est, cuius pars confessio sacra, iure optimo. Sacrum Inquisitionis tribunal, Deo, vt credo inspirante, autoritate Apostolica reseruauit sibi absolutionem a censura, eius qui sacra confessio ne, vt iniquitatis velamine vtitur ad sollicitas mulieres ad actus turpes & venereos. O fascinus immanē & deplorandum? & tam intelligitur in præbjs ante confessionem, quam ipsa cœpta vel finita, si fiat immediatē & sub palio confessionis.

§. XVI.

De stupro. §. XVII.

STUPRUM, quarta luxuriæ species defloratio, siue ablatio sigilli virginiei, & quamuis virginitas sit flos & gemma pretiosissima: tam in homine quam in muliere, generali vocabulo vtriusque deflo-

defloratio stuprum vocatur: tamen quia nobis sicuti cæteris Theologis, Summistis & Canonistis, hic sermo est de stupro, prout specialè malitiã & iniustitiam quandam addit luxuriæ. Dicimus stuprum tantum reputatæ foeminae virginis defloratione, quia in hoc iniuria fit virgini quæ sigillũ secus haberet, vel saltim patri qui naturæ ordine & positiui iuris, custos est virginitatis & sigilli filia: in hominibus autem non est sigillum quod custodiatur, & sic etiã in foro conscientia, non existimo, neque ex parte viri, neque ex parte foeminae, quæ sciret se coisse cum homine qui illo actu virginitatem amisit, nõ teneri dicere & hanc circumstantiam explicare, sibi enim volenti non fit iniuria specialis, neque patri qui non est constitutus custos quoad hoc filij sicuti filia, neque ipse sicuti foemina infamiam patitur, imò quod maximè deflendum est, cõsequitur apud mundanos gloriam, & seruans castitatem vilipenditur, & vt foemina reputatur, non ignoro quod Dominico Soto & aliquibus grauibus contrarium quondam visum fuit, sed hoc crediderim, quando ab aliqua impudenti foemina, quis iuuenis qui cognosceretur virgo, solum vt hoc thesaurum amitteret se duceretur, & nimis importune allectus à proposito deterretur, sicuti legimus à multis hoc procuratũ, neq; tamẽ conclusum, cũ illo pudoris speculo sanctissimo Bernardo P. nostro, & tũ credere explicandam hanc circumstantiam à muliere tali, magis vt notabiliter aggrauantem, vt pote nimiam libidinis & ardoris luxuriæ malitiã habentem, quam vt mutantem speciem luxuriæ, in stuprum ex parte viri virginis: si tamẽ hoc solũ faciat illa, quia capta sit

laqueo oculorū suorū, & in turpē amorē, visopulcro
illuene exarserit, & illum importune deuicerit, hoc
nō tenetur explere, nisi eo modo quo omnes iua-
dens ad peccandū nollētes, habet speciale iudiciū.

§. XVIII

DE FLORANS virginem quam rogauit, &
si leniter, & a fortiori qui importune, & maxime
qui deceptus, ultra speciale peccatum luxuriæ, quod
uocamus stuprū, tenetur sub mortali ad satisfactio-
nem pro ablatō. Regū. nam quæ à Summis addu-
cuntur, q̄ tenetur illa ducere vxorē, si non promisit
hoc specialiter, nō est uerū in foro conscientiæ, sed
in foro contentioso, & exteriori: nā nō ignoramus
Dominum Deum nestrū Exod. 22. iubere, ut illā
quam deflorauit virginem ducat vxorē, & Deu-
ther. 22. quod patri virginis. 50. scylos soluat, ut ad-
ducit sanct. Thom. 2. 2. q. 154. Sed non ex hoc dedu-
citur, à iure diuino ad hæc obligari, sed iudicialia
istæ erant, ut Dōminus ostendēret, quomodo se ha-
bere deberēt iudices, in foro exteriori, in punitione
talis criminis, & etiā ex adductis testimonijs innue-
re uoluit Dominus, quod naturæ iure deflorās vir-
ginem ad aliquid teneatur illi moderandum, relin-
quens iuri positiuo quid sit quod debeat facere; ut
docet sanct. Tho. 1. 2. q. 104. artic. 3. & c. 1. de adul-
ter. quod decernit, quod teneatur eam accipere, si pā-
ter eā uoluerit dare, secus dotare: & c. 2. de adulter.
extra addit, quod corporaliter uapulet, si eam ducere
nolluerit, & C. de rapt. virg. l. vnica. certe quic-
quid in tepe Summa Angel. dicat, intelligitur, non
in cōscientiæ foro, sed tantū in foro exteriori nobis
autē tantū (ut bene Syluest.) interest dicere, ad quid
in

in anima, foroq; pœnitentię obligabit sacerdos su-
pratore. In quo sub distinctione procedendū est,
si enim virginem quis importune & multoties ro-
gatam, uel etiam (quod maius est) deceptam deflora-
uit, tenetur illam accipere vxorē, si uult illa & ple-
nissime satisfecit: sin autem non uult & non promi-
sit, satisfaciatur in foro conscientiæ, dotans illā, imo
addens supra dotē quam ipsa ex paternis, bonis ha-
bet, tantum quantum boni & equi uiri iudicio, suf-
ficiat, ut corrupta siue infamata, talem uirum adipi-
atur, qualem si esset integra, neque uti diximus, iu-
dicio Mathematico, siue indiuisibili, sed morali-
& boni uiri, ut aiunt, hoc est, grossiori minusua di-
ctum, plus uel minus aliquid: si autem promissū se du-
cturum illam ut coiret secum, tenetur in eā conscien-
tia promissum adimplere: neque secus illum, absol-
uet confessarius uelatenus, nisi esset maxima, dispa-
ritas generis, & diuitiarum, quia tunc iure ipso na-
turæ interpretante: si disparitas magna est, deberet
aduertere mulier, quod solum ad fruendum eius flo-
re hoc promittitur ei, & ex amore cæco libidinis,
& non plena deliberatione, quia concupiscentia
non sinit talem nobilem uel Principem, uel equitē
deliberare quid faciat, promittens, & quis ipse sit,
& quis & qualis illa: & si ubi deest plena delibera-
tio non condemnamus operantem, ut reum mor-
talis culpæ, multo minus promittentem, cum de
se promissio non sit actus absolutus, sed mille con-
ditionibus plenus: & hoc etiam si iurasset, qui actus
qui de se in deliberatus iudicatur, etiam promissio
non naturali promissa, etiam iudicabitur talis addi-
to iuramento, ex eadem uel concupiscentiæ. Talis

igitur tenebitur dotare in tantum, vt illa additione dotis, talem vel maiorem adipiscatur maritum, qualem non deflorata acquirere posset: dixi, nisi tanta esset disparitas, quia aliqua disparitas non sufficit ad hanc exceptionem, vnde nos non iudicamus disparitatem ad hoc sufficientem cuiusdam notarij, siue scribæ regij: etiam nobilis, Hispanæ *Hijodalgo*, qui promiserat filiæ sutoris honorati hominis, licet talis officij, neque sic nobilis, virgini, se illam ducaturum, & sic post multa quæsitæ remedia absolutione negata effectum est, & hodie viuunt in sancto matrimonio in Dei obsequio, leti, quo exemplo & in reliquis præbemus iudicandi ansam. Addimus in super, quod quando virgo non seducta est, nec nimis impòrtune rogata, & talem consecuta est maritum, qualem si virgo esset, ad boni viri iudicium: & præcipuè, si vir non sentit illam ruptam, ad nihilum tenetur stuprator, sed si sentit & ob hoc illa odit & durè tractat, aliqui Doctores cum Nauarro in Manual. cap. decimo sexto. numer. decimo septimo. & decimo nono. post Victoriam, obligant talè qui deflorauit, vt satisfaciatur nummis vel rebus pretij talem asperitatem. Sed nos absolutè ad hoc non obligaremus, nisi iudicio prudentis viri iudicaretur donis maritum redendum blandiorem: secus non, quia restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ: at supposito quod illa parem acquisiuit maritum, ac si virgo esset, circa hoc non tenetur, sed quia ille deflorauerat illam amisit illam lenè & amicabilem mariti conuersationem, & acquisiuit asperam huius causa est deflorator, ergo qua via poterit tenetur ex iustitia satisfacere: at non restat alia via, nisi rerum for-

tunæ

tunæ, ergo si hanc vel non profuturam, vel potius nociuam cognouerit ad nihil tenetur.

Demum dico, quod & si centies quis cum virgine coierit, etiam promisso matrimonij foedere, dum modo neque illa vllatenus infamata sit, neque claustrum pudoris siue sigillum materiale vel carnale ille ruperit, vel quia non potuerit, vel quia amborum studio id iniquissimè factum est, ille ad nihilum tenetur, ex vi iustitiæ restituere, vt exposito fundamento liquet, quia restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, id est, eius quod abstulit redditio: at ex casu positò nihil abstulit, ergo & ad nihilum tenetur: sed si absque ruptura sigilli vel pelliculæ, illa semen recipiat intra vas, defloratio realis est, vt ducat talè obligandus in conscientia, de quo duos casus sic contigisse audiui in communicationibus. Ex vi vero promissi lege naturæ tenebitur, si promissit illam ducere, sicuti si simpliciter, & non coiens cum ea, promississet. Consequenter dicimus, quod si etiam manum eius, vel pedem non tetigit: sed ad eò indiscretè tractauit cum aliqua virgine, & cum sola solus in locis suspectis stetit, cum illius nota & infamia, ita vt illa amitteret coniugium tale, quale illi fecus contingere posset, tenebitur illam dicere, vel modo dicto taliter dotare, vt tale damnum non pateretur, cuius ille causa fuit, suo parum prudenti & circumspecto modo conuersationis, quæ exposito fundamento liquet: est enim aperiens multum viam ad iudicandum de moralibus in materia restitutionis, de qua latius. c. 9. sequenti, & demum si virgo potius iuuenè rogauit, & allexit, & multo magis si decepit: promissit & illa deflorauit, ad nihilum tenetur in conscientie foro.

foro, neq; debet obligari, & illud q̄ dicitur de iniuria paterna intelligitur; q̄ fit iniuria patri, vt custodi virginis suæ, in externo & cõtentioso foro, nõ in interno animæ: & insuper obligatur quis satisfacere patri, ob custodiam filia, quando custodiam fregit aliquo modo, vel contra illam, minis, precibusvè, aut fraude mollitus est quis: at vbi eius filia rogauit, vel statim haud rogata assensit, nulla est iniuria, sibi & impudicæ filia imputet, in quo Nauarr. bene, & doctissimi iuniores aliquot, hæc largius & clarius quam alius hucusque.

Incestus quinta species. §. XIX.

INCESTVS quinta species luxuriæ, est cõcubitus illicitus cum consanguinea vel affine intra quartum gradum sanguinis vel affinitatis. Sed aduertendum est, quod vltra duos gradus, scilicet, filij cū matre, vel patris cū filia, & fratris cū sorore, quos reputo eundẽ in rigore gradũ, quosq; existimo nature ipsius ordine vetitos, quod & vsu suo comprobauit sancta Ecclesia nunquã dispensans villo casu in illis, cæteri sunt solo iure positio Canonico, vetiti: ita vt supra, simplicẽ fornicationẽ specialẽ addat maliciam, quia vetiti sunt ab Ecclesia. Addimus insuper quod intra eãdem specie magis, & notabilius aggrauat peccatum incestus, quanto coniunctior fuerit gradus sanguinis vel affinitatis, & sic debet explicari gradus, si nõ sit periculũ ex explicatione gradus secũdi vel tertij, sufficit dicã, habui rem cū consanguinea vel affini mea, dum vsq; habeam copiam cõfessarij, qui cognatas meas non cognoscat, ita gradatim, neque matrem vel sororem.

Addi-

Addimus tertio, quod affinitas orta ex peccato fornicationis post Concilij sancti Triden. decretum ses. 24. cap. 4. de reforma. matrim. etiam quoad specialem maliciam incestus super fornicationem, non extẽditur vltra duos gradus, primum, scilicet, & secundum, scilicet ad matrem fornicariæ, vel fornicarij, & ad fororẽ, vel fratrem; & mouet ad hoc affirmandum, euidenti ratione morali, quia cum isti gradus solum aggrauent specialiter fornicationis de se malæ peccatum, expositiuo iure, exceptis duobus, vel vt dixi, primo gradu, Ecclesia potuit, & de facto abstulit præceptum, quo specialiter vetabatur alij gradus, & sic remanet peccatum in communi fornicatione vetita iure naturali & diuino, nisi sit aliunde alia deformitas, vt stuprum, vel sacrilegium, vel adulterium, de quibus iam dictum est; & videatur tibi quod supra dictum Concilium tantũ loquebatur & decreuit quoad non impediendum matrimonium in alijs gradibus, dicimus verũ esse quod hoc solum decernit formaliter, verum virtualiter & præsuppositiuè abstulit specialem vetationẽ qua ex inobedientia Ecclesiæ addebatur specialis luxuriæ circumstantia, erat enim antea specialiter idẽ magis malum, quia specialiter vetitum, etiam quoad matrimonium contrahẽdum, nec dum quoad maiorem maliciam addendam extra illud.

Addimus sexto, quod inter coniuges oritur affinitas, & fieret incestus peccatum, si coirent, quosies contrahunt cognitionem spiritualem, scilicet, pater extraheret à fonte filium proprium, vel illum teneret in confirmatione, vel illum baptizaret: tũc enim non posset petere debitum, quamuis posset reddere

reddere petenti: tamen si hæc non fecerit pater nisi ob necessitatem, scilicet, quia non erat alius qui teneret vel baptizaret, tunc non oritur affinitas, vel cognatio spiritualis, & potest petere, quia periculum erat mortis sine baptismo, & hoc expresse Alex. III. decreuit responso suo cap. si vir. de cognat. spirituali. lege glossas dicti cap. & quæ Syluest. & Naua. dicunt primo, verbo, matrimonium. 8. §. 7. & 2. c. 16. Manual. num. 34. Tamen per hoc non tollitur, quin si quis filium suum & concubinæ baptizauit in quocumque mortis articulo, contrahat cognationem spiritualem, & per consequens impedimentum, ne cum illa possit matrimonium contrahere: nam & si contractio matrimonio ob eius reuerentiã necessitas auferat, ne compaternitas tollat posse petere debitum: non tamen tollit quin dirimat, & impediat non contractum, vt habetur expresse cap. ad limina. 30. q. 1. cum sua glossa.

Peccata contra naturam. §. XX.

SE**X**T**A** species luxuriæ est, peccatum contra naturam quæ tres sub se habet species infimas: scilicet molliciem, sodomiã, bestialitatem. De mollicie primo dicere instituius. Est igitur voluntaria decisio seminis extra vas, estque graue peccatum mortal. iuxta Catholicam fidem, dicente Paulo prima Corinth. 6. Molles regnum Dei non possidebunt: & secunda Cor. quinto: Inter graua mortalia connumerat molliciem, estque peccatum contra naturam, & per consequens grauius peccato luxuriæ, secundum modum naturæ, sed hoc intellige respectu eiusdem

eiusdem, volumus dicere, quod si vxoratus coit cum alia muliere soluta, minus peccat quam si ipse se pollueret absque muliere fundens semen, iuxta illud de Onan. filio Iudæ, Gen. 38. qui eo quod fundebat semen extra vas in terram, percussus fuit à Domino, vt qui detestabilem rem fecisset in Israhel. Similiter, si habens votum sacrum coit cum muliere, votum frangit sacrilegè, sed magis sacrilegè frangit polluens se ipsum mollicie voluntaria, & sic intelliges quomodo mollicies peccatum sit grauius in eodem, nõ tamen respectu diuersorum: grauius enim existimus sacrilegium turpe, subdiaconi vel monachi cum moniali, pollutione voluntaria hominis soluti, & forte vxorati. Estque contra naturam: nam actus decisionis seminis ordinatus à natura est, vt recipiente vase & matrice mulieris generatio resultat prolis eiusdem speciei, ex agente & recipiente, cum autem absque recipiente semen funditur naturali, idem sit agens & paciens, reddendo vanũ & contra ordinem naturalem; talem connatum naturæ, & se ipsum deturpat, doctrina est sanct. Tho. 2. 2. quæstio. 154.

De pollutione voluntaria & inuoluntaria. §. XXI.

ES**T** tamen maxima difficultas, quando pollutio extraque vas feminatio peccaminosa sit: certum enim est apud omnes, & indubitatum, seminatione extra vas de se abominandum esse peccatum molliciemque dici, quando idem est agens & paciens, cum adsit consensus voluntaris: tamen quod difficultatem ingerit in hac materia est. Nũ omnis pollutio,

& feminatio extra vas, naturale sit hac sententia notanda? Ut ergo in hac omnium fere ad quietem animarum; præcipue virorum timoratorum necessarissima doctrina ordine distincto procedamus, & magis accommodato, distinctione opus est, aut enim feminatio extra vas (quam pollutionem vocauimus deinceps) contingit in somnis & homine libertate nullo modo viente plena, & tunc de illa iudicandum docent omnes morales & Theologi, non in se, sed secundum causas præcedentes: nam actus hominis, qui secundum se non est imperatus à voluntate, secundum se, neque meritorius est, neque vituperabilis, quem Theologi vocant non humanum, & si hominis; qualis est omnis non procedens ex aduertentia, & sic talem iudicandum existimant ex antecedenti causa, quia si talis actus causam volui deliberatè, actum etiam volui, secutum ex causa virtualiter, vt exempli causa, qui voluit determinate se inebriare, voluit iuxta Scotum, & eos excessus qui ex ebrietate contingunt ordinarie, vt cadere, loqui stulta, & alia similia, sic in proposito dicunt Theologi, Si mistæ nostrates, de pollutione in somnis Philosophandum est, vt qui in vigilia id fecit & admisit volutarie, quod scit moraliter, vel probabiliter timet, causam pollutionis futurum in somnis, vult & ipsam pollutionem, & est tunc voluntaria & peccatū molliciei, mortale, & illo solo amittitur virginittatis integritas. Hæc doctrina communis est omnium, & verissima, sed addeo clausa & integra, vt non solum paruuli & ignorantes, sed & robusti & literarū auidi cognitionis, ieiuni remaneant.

Doctrina

Doctrina necessarissima. §. XXII.

VNDE Pro huius verissimæ doctrinæ enodatione obseruadū est. Primò, quod omne quod in hominibus contingit, qui sumus liberi in bonum & malum, & habemus voluntatem flexibilem, aut est de se non subiectum nostræ voluntati, & libertati, vt quod pluat vel serenet, vel valeat quis, & sic talia non imputantur nobis ad culpam vel vituperiū, si fiant vel non fiant, adueniant vel deficient, & si imputabitur nobis ad peccatum vel ad laudē, quod gaudeamus vel tristemur de pluuia, vel serenitate, vel de salute, quia gaudere & tristari supponit libertatem nostram, & voluntatem nostram, quia nollemus quod Deus plueret, vel vellemus quod non serenaret, vel quod non daret salutem fratri nostro, in quo peccatum esset nostrum: alia sunt quæ in nostra sunt potestate, si aliunde non impediatur, vt comedere, ambulare, loqui, &c. & talium nos sumus causa absolutè libera: vnde de his facile quiuis iudicabit, quod si quando sunt vetita fecerimus ea, & peccamus, & similiter si nō fecerimus quando sunt iussa fieri, peccamus.

Qui actus sint absolute voluntarij. §. XXIII.

SECUNDO notandum maximè est (quod nostratibus Theologis, & moralibus Philosophis est notissimum) quod aliqui actus & motus membrorum nostrorum dicuntur absolutè voluntarij, quia semper atque ratio nostra aduertit, & voluntas iubet, vt moueantur, obediunt membra quasi neces-

Rr sario

fario, & quasi seruiliter, quod vocant obedire despotice Philosophi: id est modo seruorum, id est, vellint nollint, talis est motus membrorum exteriorum, vt manuum, pedum, palpebrarum, linguæ gutturis, &c. Solum genitale membrum, & si sit exterius, cum ad illicita mouetur & titilat, cum in suo motu á sensibus, interioribus, imaginatiua, phantasia, & memoria moueatur, & á spiritibus vitalibus non seruiliter, vt cætera exteriora, neque despotice obedit, quia, vt dicit sanctissimus Pater noster Bernardus, serm. Circumcisionis Domini, in tali membro cum specialiter vigeat Leuiathan, & rebellionis incertium, hinc fit quod non obediat imo ferè semper resistat & renitatur contra voluntatem, & sic modo interiorum sensuum erit iudicandum de motu illius. Sunt & alij motus & actus, qui non seruiliter obediunt voluntati & rationi nostræ, sed politice, id est, non vt serui Domino, sed vt ciues Regi, Governatori, vel Iudici, qui in quibusdam obediunt, in quibusdam renituntur, & nollunt, hoc modo obediunt voluntati, cogitatio, memoria, & cæteri interni sensus. Iubet enim aliquando voluntas cogitationi & memoriæ, vt recorderetur Dei, & representet infernum, & iudicium, & mortem, & non reuoluat turpia, obscena, neque representet venerea, & aliquando obedit, aliquando vero renititur, & non obtemperat. Doctrina hæc sane vt ab omnibus, intelligatur proposita grossiori modo & planiori, quæ intellecta patentissimam aperit viam unicuique, etiam non Theologo iudicandi melius, de peccatis cogitationis. Sunt enim quidam ignorantes & scrupulosi, qui statim,

atque

atque in sua vel aliena memoria, vel cogitatiua senserint reuolui figuras obscenas, & proponi turpia, vel iram, vel moueri & titilare genitalia, etiam renitente voluntate & iubente cessare, iudicant peccatum, vbi potius pugna est, ex qua vincenti & perseveranti corona paratur.

Tertiò notandum, quod dupliciter aliquid dicitur volitum, vno modo in se ipso, vt cum ipsum est, quod à volente desideratur, aliud est non in se volitum, sed in sua causa, vt cum quis vult nociua comedere, vult in causa infirmitatem, & qui vult tangere vel tangi se impudice, in genitalibus, vult in causa pollutionem, & si illam in se ipsa forte abominetur & nollit.

His bene perpensis & intellectis, dicimus primo, quod omnis qui aliquid facit etiam sibi aliàs licitum, eo fine, vt ei eueniat pollutio, siue feminis decisio extra vas, etiam in somnis peccat mortaliter, etiam si illa non eueniat, siue aliunde impediatur, si autem eueniat, est mollicies omnibus modis, etiam in somnis, & illa est volita, & amittitur virginitas, hoc dictum est liquidum, & quasi alphabetum in Theologia morali, comedere enim calida mihi vetitum non est, & vti medicinalibus: at si hoc dirigam & ordinem in pollutionem seu feminis effusionem extra naturale vas, illam consequenter volo, & alia in ipsam, vt in finem ordino voluntarie, & per consequens pecco morta. & non impedit quod illa non eueniat, cum hoc per me non steterit, vel quod eueniat cum dormio, quando mei non sum corpus, quia causam dedi cum mei corpus essem, vt si quis propinaret venenum, vt alium occideret, si ille alius qui

bibit theriaca impediuit effectum mortis, vel mortuus fuit, quando ego qui propinaui dormio, hoc vtrumque non excusat in me peccatum, mortisque fuisse causam voluntariam. Dico secundo, qui aliquibus sibi licitis aliis vtitur, dummodo non ordinet illa vt eueniat ei pollutio, neque dirigantur in illam, etiam si ex illis eueniat, imò & si cognoscat, ex illis solere euenire in somnis vel in vigilia, etiam si illa faciat dummodo non ordinet in illam, non peccat, neque si accidat pollutio erit voluntaria, neque destruet virginitatem. Adde insuper, quod si opera ex quibus timetur pollutio, non solum sunt licita, verum etiam quodammodo iussa, vel conducentia ad diuinum obsequium, vel in obedientia iussa à superiore, non est perfectio illa omittere, imo imperfectio: & si sunt iussa esset peccatum, etiam si euidenter moraliter de pollutione futura timeretur, exemplis omnia fient manifesta: est enim doctrina necessaria nimis, & omnibus Theologis recepta, sed à nemine sic clare quæ viderim patefacta, comedit quis ob stomachi frigiditatem cibos paratos cum speciebus Indicis, piperis, Gariophyllis, clauiculis, à nobis Hispanis vocaris, & casianela, siue cynamomo, & alijs aromaticis, vel vinum bibit non aqua mixtum, etiam si sentiat ex his pollutionem sequi dormienti, vel etiam vigilanti, dummodo illam neque vellit vel supradicta in illam ordinet, non peccat. Similiter, si dormire tali hora, vel vestitum, vt moris est in religionibus perfectis & rigurosis, aduertatur illam causare, nõ tenetur hæc euitare, imo religiosus non debet: nam homo liber non causat effectum illicitum, dum illud facit, quod sibi est licitum,

um, etiam si ex illo effectus ille sequatur, dummodo illud in talem effectum non ordinet & dirigat, quia hoc est necessarium ad moralem finalizationem, vt sic loquar, & causationem: nam si ego ius habeo integrum & plenum accendendi ignem in culina mea, etiam si ex hoc sequatur accensio rei alienæ vicini, qui iuxta illam posuit combustibile, dummodo ad id non accendam, si comburatur, non sum reus: & si possem omittere foci accensionem, non tamen teneor, & qui sciret quomodo aliquod damnũ posset euitari in republica, illi tamen non est commissa cura reipublicæ, etiam si taceret, non esset causa damni, quia & si posset non tamen tenebatur: quæ duo necessaria sunt vt alicui imputetur damnũ, vel culpa, non solum quod possit, sed quod teneatur. Vnde qui equitans vel currens, vt veredarij, quos nos Hispanæ *Postas* vocamus, sentit quod ex motu equi vel mulæ, vel ex cursu canterionis contingit, feminis decisio & effusio, non tenetur descendere in itinere, vel exilire de equo, & si posset & pedester ambulare, & sic neque peccatum pollutionis illi imputabitur, quod voluit Nauarro dicere *Súmæ* cap. 26. numer. 7. sed satis inuolunte, & se consuluisse dicit cuidam veredario: vnde à fortiori hæc vera sunt in his quibus pollutio contingere solet, quando legunt hanc materiam ad audiendas confessiones, vel audiendo confessiones, si audiunt peccata carnis, & actus turpes, vel scribunt alijs materiam sexti præcepti, vt nos modo facimus, vel student, vt prædicent & reprehendant. Sunt enim aliqui adeo faciles, vt hæc sufficiant & minora, vt semen defluat, & à fortiori, si etiam secundum sui habitus &

officij vocationem alloquantur mulieres, ad earum honestam correctionem, vel ad honestum & civile negotium tractandum: tales enim & si polluantur in corpore, non tamen polluantur in anima, neque omittere ista possunt tuto, neque debent, & si iubeantur per superiorem peccarent omittendo, neque scrupulus vllus remanere debet amplius de tali pollutione (dummodo voluntas in illam non consentiat) quam si sanguis exiret à naribus, doctrina est quæ colligitur ex doctrina sanct. Thom. 3. parte, q. 80. per totam, & est expresse Cardinal. Ioan. Turrecremat. d. 6. in cap. sed pensandum. & cap. testament. Caiet. in Sum. verbo, pollutio. & tom. 1. opus. 14. q. 1. 3. & 16. Nauar. Manual. cap. 26. num. 7. & 8. Imo addimus, cum quis cognoscit aliqua eum provocare ad pollutionem in somnis, comesta vel bibita, & somnus talis horæ, vel talis modus cubandi, scilicet, supiniter, vel super sinistrum vel dextrum latus, etiam si hæc admittat non ex necessitate, sed ex veniali auiditate, imo & si ob solam curiositatem contempletur pulcrum hominem; aut mulierem, dummodo hæc non ordinet & dirigat, vt eueniat pollutio (quod iam necessarium supra diximus esse ad causationem moralem) si pollutio eueniat ex his, solum est veniale peccatum, sicuti supra dictorum delectatio, in quo optimè sanct. Antonin. tertia part. titulo 6. capit. 5. & Nauarr. dicto numer. 7. & 8. quia & si possit istæc omittere, sed nõ tenetur, nisi tantum sub obligatione veniali, vt liquet. Idè ex his iudicare licet de similibus, quoad facilissimos in hoc: audiuius enim ex interrogatione virorum religiosorum, & communicatione, timora-

torum,

torum, quod quis statim atque alterius etiam hominis manum tangeret etiam à casu, vel catellam, vel paruum catum leniret manu, adueniebat pollutio, & alius qui quotiescumque audiret in quacumque etiam honestissima locutione, vel confabulatione narrari, aliquem cum alia deprehensum, vel aliquem vxorem duxisse, vel alia similia quæ audire vel peccatum non est, vel saltem veniale, & statim adderet pollutio, quas potius iudicabimus ex naturali infirmitate & corporali, contingere & sic exitus probauit, passus est enim vnus illorum fluxum feminis, & bene curatus hæc supradicta amplius non sensit. Aduertimus insuper, quod vt optimè Caieta. docuit, inter vrinam & semen est alter medius & tertius humor qui solet effundi ex quacumque alteratione turpis membri, non debet iudicari, vt pollutio, quod cõtingit ignorantibus: sed si processit à causa veniali, est venialis culpa, & si à mortali, mortalis. Dicimus tertio nullo modo licere procurare pollutionem in se, vel in alio: actus enim cõtra naturam nullo modo potest procurari, nisi sit voluntarius, & per consequens mortale, in volente & procurante etiam medico, malum enim & cõtra Deum in nullum finem est referibile, etiam si ordinarent pollutionem ad salutem infirmi: nam damnum totius nunquam est iuste & bene referibile in bonum partis, qualis est corporis sanitas, respectu mortalis peccati, quod totum hominem reddit obnoxium inferno, & Deo inimicum: tamen sine dubio & medicus quoad infirmum, & vnusquisq; quoad se, potest desiderare vt cõtingat ei pollutio naturalis, in sonis vel in vigilia, cuius nõ sit causa neq; hoc

Rr 4

deside-

desiderium dirigat, vt illa eueniat, & similiter potest gaudere de præterita quæ euenit sibi, ob finem salutis, vel ob sedandam carnis concupiscentiã, quia quicquid peccatum non est, malû simpliciter non est, & per consequens referibile in Deum, & desiderabile. Doctrina est cõmunis, & si aliqui reniti videãtur Summistæ, bene intellecti idem affirmant: nam solum hæsitant circa desiderium futuræ pollutionis, quia talè esse posset vt illã caufaret, & per consequens illa esset voluntaria, quod & nos non negamus, sed iam exclusimus desiderium vehemens directû & ordinatum in pollutionem, vt medium in finem, & causam in effectum: & solum affirmamus posse desiderari & cupi pollutionem quæ nõ sit peccaminosa à seruis Dei, ob quietem tentationum, & ob salutem corporis, sicut desiderari potest fluxus sanguinis narium, quod fere infinitis verbis dicit Nauar. cap. 26. num. 7. neq. finè ponit: docet etiã expresse S. Tho. in. 4. dist. 9. q. 1. Palud. quæstio. 3. Caietan. 2. 2. quæstion. 154. artic. 5. Syluest. verbo, pollutio. sanct. Antonin. 3. parte. titulo. sexto. cap. quinto. & omnes quos viderim, & qui contrarium afferunt, est respectu futuræ pollutionis, modo à nobis exposito.

Sed remanent dubia duo. Primum est, quæ iudicatur causæ certæ pollutionis futuræ, à quibus sub mortal. caueri tenemur? Secundum, quæ dicitur delectatio vel cõsensus in pollutionem in somnis, vel in vigilia aduenientis? Ad primum respõdeo, quod cuiuscumq; actionis, de qua moraliter timemus, vel timere debemus, quòd pollutio sequetur, si vt sequatur fit, etiam si sit aliàs licita, debemus iudicare volunta-

luntatem esse peccatum mortal. Sed quædam sunt quæ sunt actiones de se illicitæ, quia de se sunt in illam ordinatæ, vt tactum membrorum genitalium cû motione in se vel ab alio, vel in alio, tactus pectoris, mulieris, oscula obscena, tactus eorum membrorum, quæ in viris & mulieribus impudicè tangi existimantur, & sunt communiter ea quæ communiter operiuntur: visus solus genitalium solet esse causa, & sic vt talem existimamus mortaliter vetitum, nisi causa medicinæ siue curationis, & cum simpliciter homo homini, vel mulier mulieri ostendit aliquod vlcus, vel infirmitatem, quia tunc non esset damnandus visus, imò potius aliquando charitatis opus, tactus procuratione sui, vel alterius illorum membrorû licitus est: omnia istæ supradicta de se causa pollutionis ita iudicatur, vt illa admittere etiam si illa non sequatur, sit mortale: in coniungatis autem & si inter virum, & suam mulierem istæ liceant, in quantum sunt preparatio ad actum generationis maritalem, tamen si fiant quando inest periculum seminationis extra vas, etiam sunt mortalia peccata, in illis de quo iudicandum est ex his quæ ipsi viderint sibi contigisse, alijs vicibus.

Ad secundum dico, quod cum delectatio alia sit superioris partis hominis, id est, quæ procedit ex hoc quod voluntas fruatur eius, quod ratio iudicauit bonum, & ipsa voluntas voluit & media posuit ad habendum, & delectatur de habito hæc in pollutione, vel præsentis, vel præterita, vel futura, est mortal. peccatum formaliter, quod dicitur mollicies. Vnde si quis equitans vult cogitare turpia, vt

his imaginibus moueatur membrum genitale, & ex equi, vel mulæ motu pollutio sequitur, mortaliter peccat, & molliciei est causa, & sic de alijs. At verò si cogitationes adueniunt quas ipse nollet & fecit moraliter, quod in se vt illas expellat, & cum tantum obediatur imaginatio politice non possit illas fugare, tunc & si pollutio sequatur & necessario deiectionem feminis sequitur delectatio tactus, & viarum per quas transit, vt optime Sanct. Thom. docet, implicat contradictionem quod sensualitas nõ capiat voluptatē, & hic actus naturalis sensationis, & per consequens, nullū peccatum. Vt si quis vi ab alio tactibus prouocatus pollueretur, certè secus voluptatem sentiret, vt & gustus alicuius cui inuito, liquor mitteretur in gutture certè gustus delectationem sumeret, de qua non est curandum. Vnde parum attinet quoad hæc quod pollutio in somnis eueniat vel in vigilia, quod multum curant aliqui, quia dummodo ego causam non dederim, neque voluntas consentiat, idem est in vigilia atque in somnis, vel quod incipiat in somnis & finiatur in vigilia, vel vtrumq; in somnis, vel vtrumque fiat in vigilia, solum quando cognoscitur quod nõ est data causa eius sedat multum conscientiam quod fit in somnis, vbi non est periculum consensus voluntatis, quem solet extrahere fortitudo delectationis sensualis, quibus credimus dictum quidquid in hac materia est dictu & cognitu dignum. Solū addimus duo Colerarie, quod cum quis pollui se permittit tactibus alterius, vterque peccat mortaliter & grauius, quam si tactibus proprijs pollueretur, ob consensum in peccatum alterius, tamē qui

Addimus secundo, quod cõsiliū optimum sanctorum, & spiritualium virorum est, non accedere ad sacram Eucharistiam quando contigit pollutio, quæ fuit molliciei mortale peccatum, eodem die vel præterita nocte, etiam si fecerit confitens penitentiam, (nam secus præceptum est non consiliū) quia magnam affert post se siccitatem & torporem, & indeuotionem: hoc intellige, nisi sequeretur scandalum ex contrario, vel nisi esset necessitas. Quando vero contigit pollutio non voluntaria sanctorum, consiliū est abstinere, sed hoc intellige, quando distractio, vel euagio mentis timetur, quæ est directè opposita reuerentiæ huic Sacramento debitæ, quando vero non timetur, vel erit nota, vel est aliqua necessitas, vt quod hebdomadarius est missæ, in religionibus, vel religiosus, nõ sacerdos qui debet communicare omnibus Dominicis & festis præcipuis anni, vt in nostra sacra Cisterciens. Religione fit, accedat sine dubio cū debita reuerentia. De constitutionibus autē Cartusie sacre & nostre antiquitus Cistercie. religionis, quod pollutus etiã inculpabiliter etiã non ministraturus, ad altare non accedat modo nõ est sermo, quia istæ cõsili-

constitutiones sanctissimæ, facta fuere ex nimio feruore & abundantia spiritus, & sanctis & pro sanctis: nos vero modo omnibus scribimus, & sic quæ omnes obligant ostendimus.

De Sodomia. §. XXI.

SODOMIAE Peccatum quod. Primum est contra naturam, ille luxuriose committit, qui contra naturam mas cum mare, vel mas cum foemina coijt per alium locum, & in alio vase, præter vas naturale: feminans & coiens, etiam si fiat inter virum & vxorem, pro quo aduerte (omnia sint munda pijs & mundis sunt enim istæ optimo vocabulo dicta nefanda) quod vt peccatum sit huius speciei luxuriæ, debet esse commixtio per infamissimum locum naturæ stercorarium: debemus enim clare loqui pro Idiotis: nam secus & si mares complexi mutuo semē inter crura emittant alterutrum, imò & si vnus supponatur alteri more quo fit inter virum & foeminam, dummodo nō procuretur feminatio intra illud stercorarium infamissimum vas, non est sodomie in rigore peccatum, sed molliciei grauissimæ: secus cum vir coiens cum muliere effunderet ex proposito semen inter crura, & extra vas, esset sodomia, quod nemo sanæ mentis dicit, sed detestabile aliud peccatū, iuxta illud Genes. 38. Vt diximus supra cū de mollicie esset sermo, ergo similiter si sit inter masculos, dummodo non fiat per turpe vas, secus nulla est differētia: fateor grauiorē multo in temperantiam & magnā & effrenem libidinem arguere, & quod punirētur in foro exteriori paulo minus quā sodomia.

Sodomitici, & si non extremo supplicio vt illi. Interrogatus autem an teneatur, quis hanc circumstantiam dicere, an sat erit dicere tactu alterius mollicie commissæ? Respondeo, quod cum hæc circumstantia speciem non mutet, vt diximus, opinari potest de illius explicatione: nam de mutatibus speciem, iam (vti aduertimus, libro. i.) decretum est de fide debere explicari, vt confessio sit integra: sed certè credimus hanc explicandam, quia notabilius meo iudicio peccatum molliciei aggrauat, & addendum pollutus sum coiens cum homine & supercubans, sicuti super mulierem: non ignoro doctum hominē dixisse mihi cum quo hoc tractaui suo iudicio sufficere dicere dormiens cum alio in eodem lecto, polluti sumus ambo tangendo impudice, & complexādo, sed certè quāuis hoc parum distet animus meus nō sedatur, & sic primum existimo tutius. Demum in hoc certitudo esse debet quod si coiens intendit membro virili feminare intra vas stercorarium turpissimum, & feminat extra, quia vel non potuit ob angustiam foraminis, vel quia patiens non satis adiuuabat, peccatum sodomie est perfectum, modo suprascripto, quia proximissimo posito & executio non stetit pro illis, ne in effectu succederet. Doctrina supra posita est conformis Nauarr. capit. 22. manu. num. 250. Et comprobatur ex argumento cap. extraordinaria 35. quæst. 2. in quantum dicit, quod nisi semen intra vas mittatur, non dicitur perfecta copula, neque affinitatem inducit, & cap. final. de sponsalib. neque contrarium imò idem dicit Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 154. art. 11. quia ibi sub sodomia communiter dicta includit omnem pollutionem habitam

habitam cum alio contranaturam, nos vero loquimur de sodomia specialiter dicta legatur Couarru. 1. part. Clement. 1. si furiosus de homicidio, quantum attinet ad præsentem materiã, nam quãtum attinet ad irregularitatem ex hoc crimine, iam diximus libro. 1. huius summæ, siue parte prima cum de irregularitate esset sermo.

De bestialitate.

Sub sodomia quamuis adeò in manius, quanto magis contranaturam, bestialitas comprehenditur, & est coire cum quocumque bruto, siue mare, siue fœmina nam hoc non existimo explicandum, quãuis grauius sit hominis cum bruto mare, & fœminæ mulieris cum bruta, quam hominis cum famella bruta, sed iam dixi hoc non explicandum, neque cuius speciei brutum fuerit, & sic de hoc peccato sicuti de sodomia, proportionaliter dicenda & docenda sunt eadem & sic finem desideratissimum imponimus huius scœnosissimæ materiæ, de qua clare ut potuit sumus locuti, scit Deus quantam sit passus verecundiam habitus, quo in duor candor, sed excusatione ipsa necessitas ministrabit: pro fine aduertentes quod cõtra hoc præceptũ minus graue peccatũ mortale est fornicatio simplex, grauius adulteriũ, adhuc grauius stuprũ, & addit grauitatẽ raptus, incestus in grauitate sequitur, & omnia huius materiæ peccata aggrauat sacrilegiũ, grauißima autẽ peccata sunt quæ contranaturam inter quæ mollicies prima est, grauius Sodomia grauißimũ bestialitas, & istæ etiam aggrauantur sacrilegio, hæc secundum S. Thom. & omnes Doctores quãuis hæc intelligendasint in distribute, licet enim sacrilegium grauius sit incestu tamen aliquis incestus est, scilicet cũ ma

tre

tre & sorore, vel cum filia, quod est grauius sacrilegio, & sic de alijs, sed loquimur à toto genere.

Caput Nonum, de Septimo præcepto
non furtum facies.

Furtum quid? §. I.



ET ATVR Hoc præcepto omnis ablatio, detentio siue vsurpatio rei alienæ inuito Domino, & sic in tres secabitur partes huius præcepti explicatio. In prima de furto, quod opponitur directè huic præcepto. In secũda de debitis nõ solutis. In tertia de acquisitis per iniquũ titulũ mali contractus, & vnicuique anectetur tractatui suus de restitutione. Furtum autem paulo differenter, vel forte nihilo definitur à Iureconsultis. ff. de furtis. l. 1. atque à Theologis communiter, nam quod illi fortuna contractationem rei alienæ, nos ablatione dicimus, inuito Domino, nam si non alienam rem, sed meam auferrem, vel si a lienam, domino tamen vel consentiente, vel credito quod consentiret, nõ est furtum. Similiter supponit actum volũtatis, quo vellit quis rem alienam, vt propriã habere, vel possidere, vnde quæ fiunt apud scholasticos, vel aulicos furta ad iocũ, vel ad risum, & vt vnusquisq; cautus redatur, & si inuito domino auferũtur res, furta nõ sunt in rigore iuxta omnes præcipuè, Ioann. Maio. in. 4. distinct. 1. q. 18. Et si ibi non ita accomodatè furtum

furtum definiat: & (vt iam nõ bis aut ter diximus) hoc præcepto non solum furtum vetatur aut violẽta acquisitio, detentio vè rei alienæ, sed & voluntas deliberata plenè, id faciendi, cum factum ipsum, & voluntas faciendi damnum, eiusdem sint malitiæ, iuxta omnes nostros Theologos, imò sint vna eademque malitia, vt optime S. Thom. 12. quæst. 20. artic. 3. & quæst. 72. art. 7. quamuis furtum & quodlibet nocumentum solius voluntatis, ad restitutionem non obliget.

Furtum de se malum. §. II.

EST autem omne furtum suo genere mort. peccatum, iuxta fidem Catholicam, vt omnes fatentur etiam barbarissimæ nationes, furtũ poena coercentes, vt malum; neque aliquis tã demens fuit hæreticus, qui hoc negaret, ostendit hoc S. Thom. 2. 2. q. 60. arti. 6. dictum est genere suo, quia furtum aciculæ vel acus nõ est, furtum nisi in genere rei: at vt nostri dicunt in genere moris, non est furtum ob magnam leuitatẽ materiæ, sed est actus venialis peccati, quod generico nomine furtum dicitur, quia defunt nomina: doctrina est S. Thom. 2. 2. quæst. 66. artic. 5. & 59. art. 6. & 88. artic. 5. specialiter, & communis Theologorum & Canonis. super cap. fina. 14. quæst. 6. & cap. fures. cum tribus sequentibus. de furt. tamen quod maximè anxios reddere solet confessarios, est taxatio determinata pretij, quo furato iudicent furtum mort. sed certè, nisi promississem summam tam generalem & claram, vt nihil desiderari queat iuxta ignorantiam idiotarum, facillimè expeirem, dicens, nihil me inuenisse iuribus cautũ, vel
à Docto-

Doctoribus sanctis & antiquis taxatum, & sic quæ legibus non sunt præfinita, & determinata iudicio boni viri definienda relinquuntur. ff. de iure delibe. l. 1. & habetur cap. de causis. de offic. deleg. Sed scio desideraturos, & quæsituros, vt scribamus quam quãtitate in practica nos ad furtum mort. iudicauimus sufficientem, neque fugere possumus supposito promisso: vnde vt respondeamus. Primo supponimus, quod cũ materia moralis sit, non Mathematica, in indiuisibili non consistit, & sic nequit omni tempore, occasione, loco, & personis, certa portio taxari. Secundo supponimus, aliud esse loqui de quãtitate furata in se, aliud respectu nocumenti præcogniti, quod sequi potest ex defectu rei ablata, & sic, licet furari acum à sartore, de se sit tantum veniale, certissimè, si tamen aliam non habet, neque potest habere, & ab officio cessat per sex dies, vel quatuor, vel vnum, & amittit stipendium & victum quære, tunc si qui furatus est acum hoc perpendit, & præuidit, peccauit mort. & tenetur ad totum damnum: secus autem, si hoc non præuidit damnum, quia licet illud tunc sequeretur: tamen tunc illi imputatur rei parua, scilicet, acus, furtum, neque ad restitutionem tenetur, & hoc est quod voluit Nauarr. Manual. cap. 17. num. 2. contra Syluest. verbo, furtum, §. 4. quamuis Syluest. idem inferius quod nos concedit, & aliquibus non intelligentibus visum fuit portentosum, & certe est doctrina planissima, quam Soto fatetur de iust. & iur. lib. 5. q. 2. artic. 3. & omnes: quia actus illius iniustitiæ, solum habuit pro materia & obiecto acum, rem minimam, non autem nocumentum quod non præuidit, neq; moraliter cre-
didit

didit sequituram, & si postea vidit secutum.

Duplex rerum æstimatio. §. III.

SUPPONIMVS tertio esse aliquam quantitatem quæ minima reputaretur respectu eius à quo auferitur, quia diues est, & furtum eius iudicaretur veniale, quæ respectu pauperis cui auferitur fere totum quod habet, esset mortale. & hæc doctrina (quæuis à nemine ita distincte asseratur) est omnium, & luce naturæ clara, quia si parum ego possideo, quod sufficit tamè pro victu vnus diei, scilicet pro libra & dimidia panis, talis iudicandus est in foro animæ mortaliter peccare, quasi qui abstulit victum totum, & totam meam substantiam, quod omnibus & si liquet, est enim communis modus loquendi plus erat huic quarta pars regalis seu Iulij vel octaua, Carolei, quæ valet quatuor vel quinque nummos, siue marapetinos, quam alteri centum nummi. Sed à contrario sensu probatur doctrina, ex Christi Redemptoris nostri sententia: si enim Marci. 12. laudatur de excellenti eleemosyna vidua pauper, quod plus miserit in Gaphilacium, quam alij diuites, qui multa iactauerunt, ex hoc quod & si quadrantem tantum illa miserit: tamen quia misit totum victum suum: ergo similiter offenderet, qui quadrantem hunc abstulisset vi, vel furto ab illa, sicut qui à diuitibus illis furatus esset multa.

Supponitur quarto, quod non debent res æstimari in foro animæ, sicuti secundum forum exterioris, & communem, secundum naturalem æstimationem, sed secundum æstimationem rationalem,

siue

siue animæ, & affectus possidentis; sunt enim quedam, quæ in se nullius sunt valoris aliquibus, alijs autem maximi; vt paserculus carcere inclusus cantans, catellus minutissimus nobilibus fœminis, catus, &c. huiusmodi, quæ agricola nihilo æstimat, nobilis autem nimis: æstimare enim solet magis venator canem, quam eques equum, & agricola boues, & aliquibus nimis in pretio sunt fructus aliquius arboris quam ipse plantauit, vel multi æstimat in horto suo: istæ enim æstimantur secundum valorem amoris domini sui, & non secundum suum in se, & sic istæ furans mortaliter peccat, quia notabilem infert iniustitiæ iniuriam domino rei, secundum suum amorem & affectum, & cum hoc nouerit furans, quod malet Dominus carere viginti ducatis aureis, aut mula, quam catello vel paserculo, æqualem (quantum est de se) irrogat iniuriam, & nocumentum, atque si auferret viginti aureos: in qua doctrina conuenimus cû Soto & Nauarro vbi supra, & est lumine naturali cognita doctrina.

Vnde respondemus ad præcipuè quæsitum, quod in Regnis Hispaniæ, in quibus & natus gratias Deo, & nutritus sum, & in omnibus fere prouincijs Europæ, quarum vel experti sumus, vel audiuius, & legimus mores, & rerum affluentiam, vel penuriam, in omnibus non nimia pauperie laborantibus (de quibus iam diximus) non iudicamus, neque iudicabimus furtum mortale, infra limites vnus argentei vocati à nobis Hispanis *Real*, qui valet apud Castellanos, triginta & quatuor nummos æreos, siue marapetinos, apud Aragonios,

Si 2

Nauar.

Nauarros & Lusitanos, triginta sex & quadraginta, & hanc quantitatem iudicauit magnam, & ad peccatum mort. sufficientem, etiam si quis illam auferat, & in illa defraudet potentissimum Regem Hispaniæ, vel Summ. Pontifici: qui pro nihilo æstimarent argenteum: tamen deordinatio voluntatis rapiantis regale argenteum, existimanda est circa rem magnam & sufficientem. Parum distat ab hac quantitate Nauarro, cap. 17. Mantua num. 4. neque dissentit Soto lib. 3. iust. & iure. q. 3. artic. 3. Ex eo quod cõstituat aliquam esse quantitatem quam furari certum est, & sine dubio esse mort. etiam si a fisco regio auferatur, vt duo aut tres aurei ducati: nam nõ ex hoc docet, hanc esse & primam, & qua minor nõ sit mort. furtum, respectu Ducis aut Regis, sed exemplificauit in tali, vt in certa, in quo saluando perpẽram differuiatur Nauarro vbi supra num. 3. cum de se cæco e. iam legenti liqueat, quid uellit. Accedimus in hac taxatione & doctrina ad sanct. Thom. 2. 2. q. 66. artic. 6. ad tertium, cum solum furtum rei minimæ excusset à mort. nemo autem sanæ mentis regale argenteum minimam rem iudicauit, lege ibi Gaeta. ex quo liquet quod ille text. 14. q. 6. cap. fin. qui desumptus est ex sancto Hieronymo, debet intelligi quod si furati dimidium vel quartã, vel tres quartas regalis argentei, addesset voluntas furandi plus ipso regale argenteo mortalit. peccaret, vt ipse text. subdit inferius, neque etiam contradicit huic doctrinæ, quod iudices secularis non audirent aliquem de furtõ regalis argentei conquerentem, necq; Ecclesiastici pro illo excommunicarent, quia tales iuste denegant actionem, iuxta iura ciuilia & Canonica,

nica, & excommunicationem, quam non nisi pro rebus grauibus: Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. decernit dari) tamen in foro conscientiæ, iudicatur deordinatio iniustitiæ mortalis. Iudicamus etiã mortale furtum gallinæ, cum etiam furtum gallinæ patienti, detur actio ciuili iure, contra furantem, vt patet Instit. de rerum diuisio. §. gallinarum. & nulla est quæ, aut non valeat & æstimetur pluris argenteo. Similiter furtum hædi, & si furetur quis cuniculũ, par colubarũ domesticarũ, frustrũ carnis arietinæ, porcine, aut bobinæ, aut alterius regali argenteo æquivalenti, idem de fructibus, uuis, & alijs iudicandum duximus.

Nam extremè egens furari possit? §. IIII.

RESTAT aliud dubium enodandum, num ob extremam necessitatem liceat furari: huius autem dubij sicut & ferè omnium responsio præmitti desiderat terminorum explicationem, scilicet quæ dicatur extrema necessitas, & certe (si sicut quibusdam visum fuit) illa diceretur extrema quæ & irreparabilis, hęc non necessitas diceretur, sed finis, & nihil rem dlo dignum doceremus, sed actum esset. Dicitur igitur necessitas extrema, iudicio boni viri, quæ mortaliter præfert periculum magni damni salutis, vitæ, vel honoris, vel amissionis temporaliũ bonorum notabiliũ: exemplis doctrinæ sũt planiores; si timeo iuste me fame perituro nollente eo qui potest, & cui inest facultas, subuenire, ex eo quod superfluit, possum illud quod meæ necessitati est condecens auferre secreto, & ablato

scandalo ad comendendum. Similiter, si nudus euasi & præmor algore & frigore, imo in pudica nuditate, possum si alia non adest effugij via, ab eo qui duplicem habet vestem auferre vnã. Similiter, si peste laboro vel fere mortiferum, seu periculosum vulnus habeo, nollente vnguenta, pannos, ad curationem vel pharmaca vendere vel dare, auferre possum clam, vel publicè: neque furtum fecisse in talibus casibus arbitrandus sum, imo vsus meo iure naturali: quod dispositum fuit, vt vita summè amabilis & amanda tuita sit, rebus corporalibus à quouis possessis, quorum ius, in simili casu, concessit & natura & author naturæ: cuius quæ sunt, ordinata sunt. Imo conformiter ad ius Canonicum, patet cap. sicut ij. 47. d. & cap. discipulos. de consec. dist. 5. & in præmissis casibus, possidens superflue res supra dictas, & denegans, peccaret mortaliter contra iustitiam, non strictè dictam, scilicet, vt in foris iustitia appellatur externis, & iuxta dispositionem iurium positiuorum, sed contra iustitiam communiter dictam, & fundatam in ordine naturæ, & in iusto amore debito præponi respectu vitæ proximante res possessas, ex cuius intelligentia desineret torqueri, Dom. Soto: si aduertisset libr. 5. iustit. & iure. quæst. 3. artic. 4. & præcipuè cum adduxerit illud Ambrosii. relatum distinct. 47. Esurientiũ panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, &c. Vnde non adeo exactè vt aliàs solet Soto, materiam de subuentione extremè egentis cum vitæ periculo, confundit, cum elemosynæ tractatione, de qua sanctus Thomas. 2. 2. quæstione. 32. agit, cuius radix est libera & ingenua charitas,

ritas, iuxta Ioan. 1. Cano. cap. 3. Qui viderit fratrem suum necessè habere & clauerit viscera sua ab eo, quomodo Charitas Dei est in illo? nam non est diuõ Ioanni Charitate flagranti sermo de necessitate extrema, ad cuius subuentionem est quodam fundamentum iustitiæ ordinis naturæ, disponentis, vt auferam in vitæ tuitionem, quæ alteri superfluit, sicuti quod in tuitionem meæ vitæ, si alia non patet via, occidam inuasorem, quamuis sit dispar ratio, tamen est eadem quoad fundamentum. Insuper dicimus eum qui extremè egenti non subuenit, cū commodè possit, non solum contra Charitatem peccare mortaliter, sed & contra iustitiam: vnde si mors secuta fuerit, tenebitur claudens viscera sua, tunc ad omnia damna secuta tali, & suis, quasi verè occidisset, quæ est verissima & genuina intelligentia illius dicti sancti Ambrosii. Si non pauisti, occidisti: quod nullus sanè mentis negabit.

Honoris datur extrema necessitas. §. V.

ADDIMVS Insuper, in extrema necessitate honoris amittendi posse aliquem à nollente ex eo quod superest dare vel vendere aliquid, quo defenderetur honor ne amittatur, accipere illud clam, vel vi, dummodo satisfaciam pro qualitate rei, & quantitate, vt si amisi vestes, vel fugi nudus è lecto, ob aliquam foeditatem & debeo vel nudus & in honestus intrare ciuitatem & cognosci, vel palium ab eo, cui aliud ultra illud quod portat superest, si nollit dare, vel vendere, vel commodare, possum vel furari clam, vel vi auferre manifestè, & non sum reus furti, dummodo post occasionem

satisfaciam, & licet nemo hucusq; de hoc locutus est verbū, cogimur nos ob argumentum & promissum, quo nos (quantum Deus opt. max. donauerit) intendimus, nihil desiderandum relinquere, iuxta materiam medicinæ animorū. Et ratio ad hoc afferendum est optima: si à natura bona secundum suos gradus sunt distributa, ita vt primo gradu receperimus ea quæ adesse attinent, vti primum & omnium fundamentum, nostrum vero viuentium esse, ipsum viuere est, & sic primo loco ea quæ ad vitam attinent receperimus, eo iure; vt hæc omnia aliorum iactura defenderemus. Secundo loco receperimus quædam bona propria aliorum, & quæ à solis rationalibus æstimantur: & sunt quæ attinent ad honorem & bonum nomen, iuxta illud Proverbiorum. 22. Ecclesiastici. 14. Curam habe de bono nomine, melius est bonum nomen, quam diuitiarum multarum: & pro quo omnia bona fortunæ pro nihilo æstimari debent. Tertio loco bona fortunæ receperimus, iure naturæ communia, iure vero gentium, & post peccatum primi Parentis, diuisa: ergo liquido constat, quod naturæ iure, pro tuendo honore, si alia non est via, possum rebus alienis vti ad præfens, dummodo iuri gentium satisfacere proponam, & faciam, cum ex illo res hæc, sit huius, sed iure naturæ post ponenda, honori, non solum proprio, sed proximi, dummodo res vel pretium æquiualens reddatur, occasione tuendi honoris sublata. Addimus demum, quod si quis nollit id ex proprio quod superest, vendere, vel dare, quo maximam iacturam rei familiaris, quis posset excusare, potest alius in casu extremæ necessitatis

dictæ

dictæ, clam vel etiam vi auferre animo satisfaciendi, vt si defectu herbe bobes mei iam iam morrentur, quæ alteri superest, & neque vendere neque dare vult, vel deficiente hordei equus siue mula, vel nolente aliquo concedere aquam, vel instrumentum quo ignis domus meæ iam incipientis ardere, extinguere posset, possem clā, vel etiam vi, patenter auferre oblato pretio, vel animo satisfaciendi: & hæc doctrina adeo à iure naturæ descendit, vt omnium animis sic defixa. Imo à iudicibus istæc minima prestare pro remedio iacturæ magnæ alterius, cogantur sepius: quod non semel aut bis vidimus sed sepe, hoc non alijs legibus quam naturæ nobilis nostræ dictamine.

Sed obseruandum differentiam esse, quia qui in extrema necessitate pro tuenda vita proximi aliquid redundans alteri accepit, non tenetur restituere (quidquid aliqui afferant) etiam cum deuenit ad abundantiam: quia iuxta axioma ab omnibus receptum ex naturæ lumine depromptum, tempore necessitatis extremæ, omnia sunt communia, & sic ad accipiendam ius habuit & titulum, vti diximus & probauimus supra, quia furtum non commisit, neque admisit iniustitiam, vt liquet, capite si quis propter necessitatem, de furtis, legatur Panormitanus, & qui restituunt vel restitui docent, credi serim magis ex congruentia quam ex necessitate procedere & moueri: quorum vnus est Nauarrus: Manuali capite. 17. numero. 118. & si fateatur se loqui contra omnes, imo in anno. 1575. vidimus extremam famem in Galetiarum Regno nostræ Hispaniæ, vbi multos sola fame peremptos conspexerunt

Si 5

oculi

oculisti, & visum fuit iudicibus denegare actionem postea petentibus contra eos qui remanserunt, quod furati essent panem, occidissent capras, &c. quia ipso rationis dictamine pro lege docente videbant fecisse in extrema necessitate, quando omnia fuerant communia, quæ supererant dominis, & eorû familijs de necessario prouisis, legatur capitulum si quis propter. de furtis. & Panormitanus & omnes Canonistæ, & Syluester verbo, furtum. §. 7.

Species furti explicanda.

§. 6.

OBSERVANDVM Tamen, quod contra hoc præceptum peccatur quatuor peccatis, quæ sunt species ad inuicem distinctæ, & sic necessario explicanda differentia, est enim furtum, est & alia species rapina. Primum est, quando clam auferitur res à domino proprio: rapina vero, cû auferitur per vim, vnde grauius peccant qui prædones sunt, siue raptores, siue obseruantes transeuntes per montes itinerantes, quam fures, quia & si fures inuito domino auferant, sicut & raptores, & latrones, tamen illi faciunt iniuriam, quæ non est volita à domino, quia ignorata, & ignorantia causat inuoluntarium, per absentiam actus volûtatis, vt dicunt nostri Theologi in. 2. sentent. at vero isti apertam & repugnatam ingerunt violentiam, & contra posituum actum domini, vnde grauius multo peccat qui iure iniustissimi belli rapinam committit, & prædo qui in itinere auferit vel latro (qui idem sunt) quam

quam fur clanculo auferens, & sic debet explicari hæc differentia in confessione; quando vero id auferitur quod erat communitatis, seu Reipublicæ, ad publicas necessitates, dicitur latrocinium peculatus: vt or indifferenter hoc nomine, quamuis iuris periti solum hoc nomen imponunt furto rei immobilis Reipublicæ, vt liquet. 23. quæstione. 4. cap. quid ergo. tamen in vtroque furtum peculatus est grauius, & necessario explicandum. Quarto loco est abigeatus, quod est rapere greges, vel armenta, vel animalia, & dicuntur abigei, de quibus factis diffusus extat titulus libro. 47. Digestorum. Quinto loco est plagiarium, id est furtum hominis liberi ad vendendum eum, vel ad habendum pro seruo, vnde in lege Flauia. de plagiarijs. extat titulus: diximus liberum hominem, quia furari seruum, vel ancillam ad vendendum eos, est sicut furari equum vel bobem: eodem enim modo possidentur serui: fit autem iniuriam plagiaru patribus, & fratribus, vel consanguineis, & à fortiori filiis furati: & sic species est iniuriosæ iniustitiæ grauis nimis supra omnes dictas. Demum est sexta sacrilegium, quando quis furatur rem non sacram, id est, non sacro vsui deputatam, de loco sacro. Secundo, quando rem sacram, puta Calicem, aut corporalia, non de loco sacro furatur, puta de domo custodientis, siue economi Ecclesiæ. Tertium, quod grauissimum est, & necessario explicandum etiam, cû res sacra de loco sacro auferitur, vt Calix de Ecclesia, vel sacrario, & grauissimum omnium peccatum, & sic secundum Ciuiles & Canonicas leges per

per hos gradus grauitas pœnarum posita est: addimus nos, quod quando quis furatur personam sacram ut potè clericū in maioribus deputatum cultui diuinoque altari, vel professum monachum, vel monachalem, ad vendendum eos, est plagariatus sacrilegus, grauisimum peccatum omnium contra hoc præceptum, & necessario explicandum.

De iustitia pœnae furti in conscientia.

§. VII.

RE STANT Autem duo dubia. Primum num iustè pro furto infligatur pœna corporis, vel honoris? Secundum est, nam qui ob furtum occiditur, vel flagellatur, vel ad triremes mittitur, tenetur adhuc ad restitutionem? Primi dubij causa est, quia nulla iustitiæ lex dicat, ut qui abstulit, quod minus est, & inferioris ordinis, soluat illud quod magis est, & ordinis superioris, cum iustitia reddat unicuique quod suum est: atqui furatur auferit pecuniam, bouem aut alinum, ergo iniuste punitur in honore, & aduc magis iniuste in salute & vita. Secundum dubium mouit, quia qui pro pecunia adiectus est flagellis & trirremibus, vel auri fodinis vel argenti viui, Hispanè, *minas de azogue*, iam reddit pro pecunia salutem, & libertatem, quæ non bene pro toto venditur auro, iuxta axioma vulgatum: ergo non tenetur latifacere pro pecunia adhuc.

AD Horum dubiorum enodationem obest, quod res publica hominum ratione utentiū, habet respectu cuius-

cuiuscumque particularis, rationem cuiusdam corporis respectu membrorum, quod est argumentum Plato: libris de Repub. & Aristot. libris *Æthycorū*. Imo, quod magis est, hac similitudine usus est sapientissime Doctor gentium Paul. Roman. 12. 1. Cor. 12. respectu Reipublicæ altissimæ, qualis est sancta Ecclesia: iustæ autem leges conseruantes vnitatem mystici huius corporis & pacem, sunt quasi nerui compagem membrorum conseruantes, ne dilabantur, & disiungantur, & sic istæc leges prohibere debent ea quibus hæc vnitatis dissoluitur, sicut præcipere ea, quibus conseruatur: & si cum (iure gentium diuisæ sint res) qui furto vel latrocinio re proximi auferit, turbat quietem, facitque iniuriam, dissoluitque vnitatem, & sic ultra iniuriam illatam alteri, reipublicæ dissoluit vnitatem: & sic non solum in proximū sed in rempublicam existit iniurius, & sic puniendus. Scio Scotum in. 4. distin. 15. q. 3. in explicatione huius præcepti, nimis generaliter illud intelligendo iudicasse, ob nullum furtum furem posse iuste occidi, neque ob aliud crimē nisi ob illud cui Exod. 20. vel 21. sic à Deo mortis pœna imposita, & sic leges omnes iudicat iniustas, quæ furibus pœnam inducunt mortis: sententia sane illo accuto ingenio indigna, in alio extremo. Baldus nobilis iure Consultus, anam credo dedit & audaciam quibusdam iudicibus, quibus magnum videtur facinus homines suspendere, ut pro triplicato aut duplicato furto suspendere furem, quia iam dicit equi valere multiplicata furta & magna latrocinio sine rapina: hoc tamē certum est, quod iustæ leges positivæ infligere mortis pœnam etiam criminibus atrocibus, quibus talis

lis pœna non fuit inflicta Lege Veteri, neque enim quæ ibi Deus præcepit, manus ligauerunt Regum, & Imperatorum, siue Republicarum, vt etiam pro alijs criminibus ibi alia pœna pro tunc mulctatis, vel ibi nõ nominatis, pœnam nunc mortis pro frœno imposuerint, in quo maximè desipiuit Scotus subtilis: tamen certum cùm hoc est, quod leges antiquæ fures iubentes occidi Christianis Imperatoribus, visa sunt Gentilem redolere crudelitatem, & contra mansuetudinem Christianissimam, & sic vt atroces reiectæ sunt, vt habetur. l. sed nouo iure. C. de seruis fugitiu. & Authen. vt nulli iudici liceat habere. collatione. 9. & noster Sanct. Thom. doctissimus & vigilantissimus, solum dicit morte illos plectendos, qui damnum irreparabile ingerunt, quale non est furtum. Et Alphonsus Decimus Rex Castellæ cognomēto sapiēs perspicacissimus iuris vtriusque compiler, hoc idem statuit part. 7. l. 18. titulo 14. Vnde crediderim quod fures qui sunt furati etiã bis & tertio absque peccato mortali iudicis, non posse morte puniri, dummodo non sint sacrilegi, vel furta ita magnæ quantitatis, vt exorbitantia furti id petat, quale est furtum centum ducatorum aureorum, præcipuè cum flagellis, & aurium abscissione, vel ferri candentis adustione. pro signo, & missione ad trirremes, id queat castigari, hæc obiter dixerim, ob audaciam Iudicum: neque ignorandum quod ab hinc ducentis annis, cœpit tanta esse furum & furtorum multitudo, vt Iudices tunc transilire legum rigorem sint coacti. Vnde vsu venit vt pro tertio furto suspenderent fures, vel pro magno: vnde libro quarto fori Regij in no-

stra

stra Hispania titulo. 15. lex sexta, pro furto quadraginta dipondiorum nouies idem soluere iubetur, id est. 360. si autem secundo tantumdem furatus fuerit iubetur suspendi: erat enim tunc magnum dipondij præium in decima excedens, nunc dipondium siue maruedinum, vsuale, & sic nostri Reges Ferdinandus Quintus huius nominis, & Elisabeth, Catholici seuerunt nimis in raptores, & prædones in legibus iustitiæ sanctæ fraternitatis, quia multi tunc erant in vijs, tamen iam vsus temperauit rigorem.

Ad secundum ex dictis liquet responsum, cùm enim fur vltra offensam reipubl. pro qua flagellatur, vel etiam suspenditur, fecerit iniuriam proximo auferendo eius bona, tenetur vi iustitiæ & conscientiæ, idem vel æquiualens illi reddere, vltra supplicium & hoc nemini dubium in vtroque foro: si tamē habet vnde quodcumq; habeat, nisi à quo furatus est, se ostendat pœna contentum, corporali latronis.

Furta compacta ex minimis. §. VIII.

DVO restant nobis declaranda, quibus absoluitur prima pars huius præcepti. Primum est de furtis & fraude pluriū minimorum, quæ magnum deminatorum furtis constituunt & faciunt accerbū, quod contingit in librantibus res pondere estimatas, vt carnem, caseum, saponem, sericum, sacrum, electuaria, vel pharmaca: vel metientibus vlnis pannum, linteum, telas aureas, aut sericas, vel in liquidis & fluidis, vt in metientibus vinum, oleum, mel, & defraudantibus plures ementes vnumquemque in minimo. Secundo de furantibus è montibus ligna & arbores enemoribus, & pascētibus in pascuis

veti-

vetitis, & piscantibus & venantibus in stagnis, fluminibus, aut montibus vetitis, quoad venationem.

De horum primo dicimus certum esse apud omnes, nemine discrepante, quod idem est mortale peccatum furti, regale argenteum furari à multis, quàm ab vno: eadem enim deordinatio rationis est cōtra iustitiam, viginti racemos è viginti vineis auferre, quàm omnes viginti ab vna vinea: fecus esse possem ditior accretio ne alieni absq; peccato, quod est cōtra axioma virtuale. Sed duo ex nostra Theologia sunt obseruanda. Primum, quod nō ex pluribus furtis, quorum vnumquodque per se est veniale, sic vnū mortale, esset enim contra omnem bonam Theologiam, sed statim atque quantitas vel ab eodem, vel à diuersis ablata incipit esse grandis, & attingere regalis argentei quantitatem, statim affectus voluntatis, quo illam quantitatem mihi volo domino vel dominis inuitis, est actus voluntatis peccati mortalis de se, & non ex præcedentibus factus. Secundò obseruandum est, quod restitutio huius quantitatis faciendā est vni, quando minutim ab eodem ablata est hero vel domino, quando vero à diuersis, quia minutatim multi lesi sunt, in pondere vel mensura, tunc licet vnique illorum nō sit facta iniustitia mortalis: tamen quod retineat illam quantitatem ille cuius non est, est mortalis iniustitia, & sic quando ferè ijdem sunt qui solent ad suam tabernam, vel mercatoriam officinam, mercatum accedere, potest illis minutatim satisfacere in superfluenti mensura, sicut leferat indiminuta: fecus autem restituat pauperibus, quorum sunt male parta ignoratis dominis, vel Ecclesiæ quæ pauperum vicem gerit.

De

De secundo quæsito quod declarandum premisimus, respondemus, ex omnium doctrina, quod cū feras, & pisces, quæ in agris, vel fluminibus gignuntur, nemo possideat eo more quo seruum, palium, vel nummos, sic horum ablatio nusquam existimatur, ita nota furti, in vrenda, sicuti ablatio nummorum, quamuis sint istæ c pretio æstimabilia, neque ea infamia notantur auferentes, etiam ligna montis alieni, & alicuius proprii. Regula igitur sit, Reges possunt habere proprios, & sibi solis reseruatō saltus & sylvas, pro apris, ceruis, capreis, &c. & similiter itagna, & fluminum partes sibi reseruatō, tum ad animi oblectamentum, tum ad exercitium armorum, quale sit in venatione ferarum maiorū, leonum, vrtorum, aprorum, & ceruorum, & sic iustè hæc alij vetare possunt sub grauib⁹ pœnis, quamuis non decent Regibus Christianis, quod proferis imponantur corporales pœnæ, flagellorum, vel abscissionis membrorum, nisi excelsus & inuerecundia esset magna, & actus multiplicati, quia Regibus qui sunt capita Reipub. tenetur omnes subditi vt capiti suo in secularib⁹, & quod portat Reipub. molestissimas curas, quærere, conseruare, & non auferre oblectamenta animi, & excelsus in his esset mortalis culpa, id est, quod non semel & bis, sed & tertio & quarto occidant feras, vel cuniculos, etiam si ad restitutionem eorū, sicut ad solutionem pœnæ impositæ, nemo teneatur ante iudicis condemnationem: idem de piscatura.

Tamen hæc differentia obseruanda in hac materia est, quod & si feræ & pisces ex hoc quod ab auctore naturæ visi sunt creati in hominum vsum,

T vagi,

vagi, & nullius consistentiæ, quia hodie hic, cras ibi, nudius tertius neque hic, neque ibi, sed distantissimè morantur: ideo, etiam veritos furantes, non obligant Doctores ad restitutionem. Idem de palù bis syluestribus, dicimus tamen, quotiens quis iste c intra suam hæreditatem & proprium nemus, cõcludit parietum vel maceriæ ambitu, iam talia omnino propria facta sunt, & sic intra parietum circuitu clausa occidere, furtum est, & ad restitutionem illorum valoris obligant tunc leges, & Doctores omnes Theologi & Canonistæ, & nos obligamus, quia iam inclusio, vaga aliàs, propria fecit. Similiter dicimus de columbis habentibus columbariù, quod debet feruari lex civilis taxans trecentos passus à columbario, extra quos vt vage, absque restitutione occidi possunt. Alios autem Principes, & Duces, Dynastas, Marchiones, Comites, & Barones dicimus posse vnumquemque habere nemus, siue saltem feris refertum, dummodo damna à feris illata, satis & pascuis miserorù agrorum, sine fraude soluant, quod & in dominis regibus iudicamus, ad salutem necessarium, vt & nostros Catholicos Reges Hispaniæ, vidimus & videmus fecisse, & facere. Attamen non existimamus mort. horum Dynastarum & Principum feras occidere, extra nec intra nemora, dummodo non sint circumdata parietibus & ambitu clausa: & dummodo non fiat notabis & magna strages: nam talem iudicarem mortalem ob notabile damnum: & ratio differentiæ est, quia hoc peculiare Regibus vt capitibus, & Principibus non habetibus superiorè in temporalibus arbitrantur omnes, quod Respubli. illis concedat,

(imo

(imo Deus opt. max.) hæc oblectamenta animorù, & sic extra Dei & reipub. institutum facit quantum in se est, qui animalia occidit vel piscatur stagnare liqui vero potentes, & si hæc habeant, non tamen autoritate reipub. Idem omnino de piscibus & piscaturis, atque de feris dicimus. Hoc in calce aduertimus, quemcumque feram in sua vinea, vel agro cù fructu inuentam posse tuto occidere, etiam si sit regij montis, quod & scimus Regem nostrum Catholicum Philippù. II. Hispaniæ ordinasse, & suis cultodibus nemoris toto orbe celeberrimi Aranjuez in ripis Tagi iussisse, ne pro talibus vexarent agricolas, pro tutandis autem tam Regum, quam magnatum conscientijs, hic tale exhibeo cõsiliù, quale dedi cuidam Dynastæ Christianissimo, scilicet, vt notù faceret omnibus per circuitum, quocumque faciebat liberum, feras extra montem & cuniculos occidendi, seruatim regni legibus circa hoc, de venenatis sagittis, & alijs retibus & telis, quod & fecit. Idem ab hinc tribus annis fecit Christianissimus Dux Infantatus, Marchio de Santillana. D. Iginus Lopez Hurtado de Mendoza Speculum Principum Christianorum, in suo saltu, siue nemore de Buytrago, & non solum quoad animã, sed etiam quoad res fortunæ utilissimum illi fuisse est expertus. Columbas autem albas & cicures, quæ *Lares* Hispanice dicendas vocantur: vtpote quæ domos non obliuiscuntur dominorum, neque extra longe exeunt, mortale existimo illas occidere in aliqua quantitate, ceu gallinas, & ad restitutionem credo obligari, sicuti qui furaretur cuniculos cicures domi nutritos, expensis proprij domini.

T 2

Colum-

Columbaria an licita? §.IX.

NON Desuere qui scrupulum imposuerint ædificantibus columbaria, in damna factorū: sunt enim columbæ syluestres nociuæ, quorum vnus est Caieta. & alij non ignoti, neque aspernandi, nobis vero cum communiore, & Soto lib. 5. iustit. & iur. & alijs videtur liberum vnicuique esse, columbaria ædificare sicuti alias aues concludere: illæ enim comedere debent, si non hic, ibi, neque enim aliam hereditatem Deus columbis & alijs passeribus reliquit, & de se ipso Dominus dicit: quod ipse pascit eos: iusto igitur iure proprij Domini comedunt, & bene operta grana non extrahunt à terra, & iam columbæ (vt ait Soto) damnum vt timorata conscientia restitunt, recompensantes stercore: & vnusquisque potest ædificare columbarium, etiam si alius antea propè haberet aliud antiquius, dummodo fraus non adsit quorundam ciborum, vt decocti anisi, vt olfacientes columbæ deserant alterum columbarium, quia quæcumque & cuiuscumque acquisitio facta per fraudem iniusta est, & restitutioni obnoxia, vt dicitur infra cum de fraude agetur.

De cessione lignorum. §.X.

RESTAT De lignis sylvarum ostendere doctrinam, Doctoribus omnibus, & rationi consentaneam: sub tripartitione procedendo, si enim mos est oppidi cuius cedens est vicinus oppidanus, cedens etiam tempore vetito, & de monte super cessione

sione interdicto, sub pœnis, neque peccat, neque à fortiori ad restitutionem tenetur, neque ad pœnā, nisi condemnetur à iudice. Ex quo enim sunt communes montes & pascua oppidanorum, furtum non committit, sed iure suo vtitur sola lege pœnali merè prohibitus, ad quam se obligat si capiatur, & de hoc nemo dubitauit vnquam: excipimus tamen nos, secundum omnes Doctores, casum notabilis stragis montis communis omnibus, & feræ depopulationis: tunc enim peccaret mortaliter, & ad hoc iudicio morali existimamus, si sextam partem montis destruxerit, vbi viginti fuerint oppidani, quia damnum intulit contra Charitatem, debitam corpori Reipublicæ, sed adhuc non iudicare meum obnoxium restitutioni, ob titulum vicinitatis, & obligationis ad pœnam: si tamen è sex, duas, vel quod magis est, tres, depopularet è sex, montis communitatis, sine dubio condemnarem eum ad restitutionem, & satisfactionem læsionis tantæ, factæ communitati, & depauperationis iniustæ, cum in commodum proprium reducerit, excessiuè, quod erat omnium oppidanorum, & in hoc iudicio credimus nos, à nullo Doctorum dissentire, & si nemo vt nos, ita specialiter sit locutus. Si tamen cessione est montis alterius oppidi, vbi cedens oppidanus non est, vicini tamen & vbi consueuere furta lignorum fieri ad inuicem, dummodo strages non sit magna, neque peccatum est, duos aut etiam tres, neque quinque currus mularum, siue boum onustos seccare, neque alterius restitutionis obligatio, nisi solius pœnæ solutio, si capiantur, & con-

demnentur, remanet. Si tamen furtum sit de monte populi alterius, qui nunquam est usus cedere ligna populi, cuius cedens est oppidanus, vel quia illa non habet, vel quia ipsi non consueverunt, cum proprias sylvas opimas habeant, ab alienis quærere quæ domi habent, adhuc aliquid de talium motibus cedere, mortale non existimo, cum non possideantur montes communitatum, eo stricto iure: quo prædia vel pomeria, sed si esset quantitas magna, & nimis notabilis, esset iniustitia notabilis, & peccatum restitutioni annexum, cum fiat ei communitati, quæ vicinis non consuevit talia facere, illam autem existimo quantitatem notabilem, quæ palpabilis esset, & ostenderet defectum aliquem notabile adducturam oppidanis: si bis, aut ter fieret, & prostrage depopulationis iudicamus arbores decem, & eo amplius radicitus, vel per pedes seccare nouas, quia tales ab omnibus legibus, & bonis viris, pro malitia iudicatur, & inuerecunda strage, & maiori poena punitur. Si tamen sylua sit propria & peculiaris domini, Papæ, Regis, aut alicuius potentatus, Episcopi, siue nobilis, Ecclesiæ, siue quod magis est, alicuius monasterij: tunc pro minimo reputatur, ex ramis fascem humeris hominis, imo etiam iumentum onustum educere, semel aut bis in anno, dummodo non sit scissio pedis alicuius, sed si ab hoc excedatur, furtum est in toto rigore, sicut furari palium, vel nummos, quia aurum est, quod auro æquiualeat, ait Paremia Hispana, & videmus dominos montium particulares, ex lignis magnam congerere pecuniam, & suos secus, magnis & excessiuis sumptibus susten-

tare

tare focos, & sic & si furtum non existimetur in fame externo iure, eo quod montes non sint clausi, vt horti: tamen in foro animæ ad restitutionem obligat, & est iniustitia resarcienda valore soluto: & hæc est certissima Theologiæ computatio, neque dubium vllum habet, quia mons talis, hereditas est, quam si dominus eius peculiaris rumpere & araret, fructus pannis, aut vini daret, sed quia maius vel æquale commodum ex lignis expectat arare omittit, igitur sine dubio oliuam, aut vitem seccans, vel arua suis ouibus depascens, restitutioni se obnoxium reddi credit, ob damnum illatum, quare non est ob cessionem alieni, & peculiaris nemoris & montis? Vnde male Nauarrus, & contra suum sanctum timorem affirmat contra hanc verissimam doctrinam, aduersus Alphonsum Castro, vt liquet super cap. fraternitas. numero trigesimo secundo, vsq; ad trigessimum nonum, in tomo secundo Consiliorum: idem de pascuis proprijs, & stagnis clausis iudicamus, & eadem mensura metienda dicimus.

PASCENTES Autem gregem suum, aut domini sui si intrent pascua oppidorum, aut communitatum vitata, neque peccant, neque restituere tenentur, nisi ad solam poenam condemnati. Si tamen faciant quod in se est ad custodiam, & oues, vel boues non obediant & damnum ingerant satis, neque peccarunt, neque restitutioni sunt obligati, dummodo pro illis non steterit, qui custodiunt, etiam si fata particularium sint, vel vineæ, sed hic casus inculpabilis rarissimè cõtingit,

Tt 4

si au-

si autem sua custodientium culpa, vel non magna, (quæ á iuris peritis lata dicitur) id contingat, ad restitutionem tenentur custodientes pastores: & tenebuntur domini gregum adiuuare, ex æquitate, si ex eo cognouerint greges incrassatos.

Furta in communitate viuentium.

§. XI.

HAEC De prima parte huius præcepti quoad generalem doctrinam: nunc videndum est de furtis viuentium in communitatibus: dicimus ergo, quod filius familiæ, ubi plures sunt fratres (nã ubi vnicus tantum est hæres bonorum parentum, nullum potest oriri dubium) non peccat mortaliter filius accipiens de paternis bonis, quod habet necesse pro victu & vestitu conducenti suo statui, si pater non det necessaria ad hoc, quæ denegare iuste nequit, & hoc non tenetur restituere in partitione bonorum cum alijs fratribus. Similiter si accipiat parce prouisus pro sumptibus, necessaria, dum iussu parentum iter facit, vel viuit in locis studiorum, quod alios sui status videt habere necessarium, & á fortiori si administrat rem familiarem pro patre, dignus enim mercenarius (ne dum filius) mercede sua: si autem de bonis paternis indiuisis accipiat, specialiter quantitatem notabilem ad ludos, ad fornicationes, & comestiones, & alia superflua & inhonesta, mortaliter peccat: si autem certo scit alios fratres suos similiter facere, vel scit fecisse, non tenetur ad restitutionem in partitione faciendam, quia simile malum est recompensatio inter fratres,

fratres, etiam si sit aliquis excessus, inter fratres enim non est calculanda quantitas adeò minutæ, & mathematicè, si tamen vnus vel duo prodigi & perditii fuerint: ceteri vero, vel vnus modestus, obediens, & nihil, vel fere nihil accipiens, de bonis paternis, tenetur alter, vel alij, in partitione huic, vel his parcis satisfacere, vel obtinere vt ignoscantur, secus esset iniustitia.

DE Ecclesiasticis, Canonicis, vel religiosis, viuentibus in communi, quibus præcipuè scribimus dicendum est, quod tales non habent dominium eorum quæ sunt monasterij, vel colegij, sed vsum nudum, quantum eorum quæ vnico actu consumuntur, vt sunt comestibilia, non admittamus vsum posse separari à dominio, quicquid peperam contendat Nauarro pro fratribus Franciscanis, dominium ergo vel est capitis Ecclesiæ Papæ, vel apud communitatem in communi. Secundo dicimus, consequenter, neminem illorum nisi nomine communitatis, posse vendere, vel donare aliquid radicatum, vel mobile, sicuti neque filius familiæ, neque feruus, qui enim accipit, vel mercatur rem alicuius pretij, sciens vel dubitans, an facultatem habeant, patris, hæri, aut communitatis, siue Prælati, furtum committit, vel est in illo consensuens, & tenetur restituere, etiam si id pretij, quod pro emptis rebus dedit amittat, neque recuperare possit. Idem de eo qui accipit vel emit ab eo qui scit, vel dubitat ex signis latronem esse, vel furto rem illam obtinuisse. Dicimus tertio, Prælati, siue communitatis administrator tenetur in conscientia prouidere subditis

de necessarijs ad vitam in victu & vestitu, iuxta regulam seu constitutiones, quas communitas seruat per scriptum, ita vt etiã Guardianus sancti Francisci ad hoc teneatur, vbi paupertas magis viget. Dixerim in victu & vestitu commodo suæ regulæ & religioni: nam vltra illud non tenetur, imo tenetur refecere & vetare, quæ extra ordinis pauperiem, & statuta fuerint. Addimus insuper, teneri p̄ vniuscuiusque infirmitate & necessitate prouidere, cum in omni regula infirmorum cura nimis commēdetur regentibus, & hoc lex naturæ & diuina dictēt, & primus conuentus speculumque omnium in cōmuniuientium, Colegium inquam Apostolicum, hoc docuerit factō, referente Luca, quod diuidebatur singulis, prout quisque necesse habebat, Actōrum. 4. & sanctissimus Dux noster omnium Religionum Magister Benedictus, cap. 34. & 36. suæ difertissimæ regulæ, hoc adducēs largissimè probat, & statuit hęc doctrinam, vtpote scriptæ discretione præcipua. Iuxta possibilitatem tantum moralē intelligenda est hęc prouisio, ordinis, monasterij, & loci. Vndē deducemus aliqua. Primo, quod potest religiosus, negligente Prælato, seu administratore bonorum, de bonis congregationis sumere sibi, quod iuxta regulam & statuta habet necesse, ad honestum vestitum & victum conformen regulæ, & necessarium ad vitam, & nullum committit furtum, si a Prælato petijt: prospiciat tamen pro salute animæ suæ, & in hoc non sit largus; quia vltra necessaria, furtum committet mortale. Sed obseruādum est, quod si ob solam leuitatem appetitusq; ingluuiem, quis de communitate accipiat gallinā,

aut

aut perdicem, aut petasonem, panem, & vinum pro vno ientaculo, vel prandio particulari, vel cū amico, vel etiam furripiat de cellaria caseum, capsam electuarij, nō condemnaremus furto mortali, quia istæc, moraliter præsumuntur, & fieri quasi interpretatiuè volita à superiore, imo in palatijs Magnatum vbi seruientes non sunt de communitate sicut monachi, aut alij religiosi de monasterio, & similia facientes & rapientes, vel eculina, vel cellario domitorum comestibilia, nemo notabit furto, sanæ mentis, quia istæc præsumuntur communiter, & à dominis, & ab economis, sed adijciendum est, quod si in hoc esset excessus seu notabile damnum, esset & furtum, & mortalis iniustitia: vt si gallinas quæ pro infirmis seruabantur quis de communitate sibi acciperet, vel earum partem, ita vt defectus cōmitendus esset: similiter si quod pro hospitibus humane tractandis, subtraheret, ita vt notabilis esset diminutio, & rationabilem induceret, superioris indignationem. Demum obseruādum, quod semper in communitate mortale & abominandum furtū est, quando vnus rapit in vsus suos, quodcumque alicuius quantitatis, quod ad vsus alterius concessum fuerat à Superiore, vt si alterius cuculam superiorem, vel inferiorem, tunicam, scapulare, longū, vel etiam breue, corrigiā, vel cordam, pileum, pannum narium, caligas, vel calceos, librum, vel imaginem, & tanto grauius furtum (iuxta mentem Sãcti Thom.) quanto miserabilior esto & pauperior persona, à qua aufertur, nemo autem (iuxta eundē) religioso, qui solum nudum vsus rerum sibi concessarum habet, pauperior.

Deduci-

Deducimus secundo peccare mortaliter Prælatos seu administratores bonorum communitatū cellararios, vel procuratores, quod iis sibi bene, imo superflue prouisis, negligunt alijs fratribus de necessario prouidere, iuxta communitatum & ordinum, siue congregationum consuetudinem, quod ex eorum munere & officio liquet, & quia furantes: quod est communitatis, sibi ut proprium facientes, surripiunt & furantur.

Deducimus insuper, quod tenetur prædicti, prouidere laborantibus de necessarijs, iuxta suum munus, ut concionatoribus & scribentibus aliquid prouilitate proximorum, de papyro, atramento, candela, & insuper, si ex labore aliquam corporalem necessitatem contraxerint, subleuare conformiter ad statum suum: secus possunt ipsi ubi inuenerint accipere de communitate, absque scrupulo: dignus est enim mercenarius mercede sua, & iuxta illud: Nemo militat stipendijs suis vnquam, & totā hanc doctrinam ratio, & Apostolica doctrina dicit.

Quæ dare religiosi possint. §. XII.

R E S T A T Dicere, quæ dare religiosi inter se possint, absque iniustitia: pro quo declarando præsupponi debet distinctio, nam vel religiosus dans, est eiusdem ordinis siue congregationis cum recipiente, vel diuersæ, si secundū idē iudiciū est, atque si religiosus daret aliquid magnæ quætitatis seculari, esset enim alienatio bonorū cōmunitatis suæ: & per consequens mort. peccatū, si fieret absque licetia superioris dātis, & qui recipit, tenetur ad restitutionē, quia

quia ex quo communicates sunt diuersæ, habent diuisa & distincta bona in communi, & est doctrina fundata in cap. Abbates. 18. quæstion. 1. & cap. quia ingrediuntibus. 19. quæstio. vltima. Tamen ab hoc excepimus casum, quo duo concionatores, vel honorabiles fratres diuersarum religionum, amici mutuo libellos nō magni pretij, aut sermones scriptos, vel lecturās Theologia, sibi præbere solent, & picturas imaginum, non magni pretij: quia hoc fit licentia interpretatiua, & est mutua recompensatio, & ciuilis comitas inter graues religiosos, quā auferre esset rusticitas. Lex autem Dei est nimis discreta & prudens. Si autem religiosus dans & accipiens sunt eiusdem religionis, & tunc adhuc distinctio est opus, vel sunt videlicet professi eiusdem monasterij, vel diuersorum: si primum, respondeo, quod in religionibus bene & conformiter ad ius commune Canonicum ordinatis quicquid acquirit monachus quomodocumque sunt monasterij, ubi professionem emisit, & sic ipse uiuat & moriatur in alio, quia in talibus unicuique monasterio est sua facultas designata, & in usus sui conuentus propria & determinata, unde monachi in eodem monasterio professi, possunt sibi mutuo ad usum dare libros, & res cuiuscumque pretij, quæ unicuique illorum in usum concessæ fuerint, absque scrupulo fieri, vel iniustitiæ, quia nulli iniuria fit alijs: nam dans, usum voluntariè præbet quem habebat concessum, dominium vero, monasterium nō amittit, cum ad idem reuertatur res quoad dominium, ex hoc, vel ex illo, quoniam ambo sunt in illo professi, ergo nulli iniuria fit, nisi saltim Prælato, si si-

ne

ne eius licentia fiat, hæc auté non est iniustitia, sed inobedientia, & semper venialis, nisi adsit cõtempus. Hæc doctrina tenet quoad omnes religiones quæ facultates habent in comuni, quæ omnes sunt, dempta: vna Franciscanorum de obseruantia, iuxta nouum ius Conc. Trid. ses. 25. cap. 3. & Capucino-
 rum, de quibus alia est habenda ratio, cum enim eorum monasteria bona stabilia, siue radicata, nõ possint præter monasterium ipsum, & ea quæ ad vsum Ecclesiæ in sacrario sunt, & libros cantus chori, & communis bibliothecæ, & alia officinarum vten-
 silia habere, hinc fit quod non cognoscant monasteria suæ emissæ professionis, & sic de talibus non habet locum prædicta distinctio, & sic sine licentia suorum Prouincialium (qui quoad ipsos sunt Prælati solum in rigore) non poterunt res etiam mobiles maioris pretij dare alijs religiosis, eiusdem vel alterius ordinis, exceptis comestibilibus, vel vti prius diximus, aliquo libello vel codice exceptorio inter graues personas. Inter religiosos eiusdem ordinis potest esse mutua donatio rerum minoris pretij, & si non sint eiusdem domus professi, quæ quia indiuisibili non consistunt, neque sunt mathematicè perpendenda: exemplificamus in duabus mapis, siue linteolis narium, vno panno ad extergendas manus, vagina cultelorum, siue capsella libro valente duos argenteos, & his similia, dummodo non sit fraus maioris quãtitatis, vel sepe iterata datio, quia tunc maior iniustitia fieret proprio monasterio: & hæc planior est doctrina quando ambo sunt eiusdem monasterij conuentuales, & si diuersorum professi: nam cum subditi sint eiusdem Prælati, & eiusdem corporis

poris membra, crediderim quod maior communicatio quoad vtenilia vestitus, quæ illis ad vsum concessa sunt, esse, & posse dare inuicem, tunicam, caligas, calceos, & etiam cuculam ad vsum, dummodo dans prouisus de sufficienti remaneat, omnia voto paupertatis seruat: sed tutius & perfectius est, in omnibus licentiam Prælati præcedere, & oculos simplici Deum columbas religiosos (inquam) respicere: cum secularibus vero, in dandis rebus monasterij, maior est scrupuli locus: vnde (absq; dubio, mort. furti peccatum est, seculari rem valoris plusquam regalis argentei, cuius valor. 34. dipondia, siue marabedinos valet, diebus nostris, & hoc in Hispania & octauam partem floreni, & tertiam plus minusve parum, Carolini Flandrici & Franchici) dare. Et hæc est opinio Doctor. Nauarr. & strictior Soto qui dimidium regalis taxat: hoc tamen intelligitur sine Prælati licentia expressa, vel interpretatiua: expressa est, cum tantum dare iubet: interpretatiua autem, quando ipso non præsentente id datur, & tali, cui & quantum solet iubere dari, quia hoc equitas dicitur, neque in hoc fucata decipiat misericordia, vt monachus cui Prælati in monasterio præest, per viam elemosynæ, putet se posse pauperi dare ultra dictam cotam, quia non est eius status ipse, qui possit neque per elemosynam dare. Imo in iuriam irrogat statui suo, nam ipse pauperior omni paupere est, quia omnia simul Deo obtulit, & solo vsui sibi necessariorum ad vitam parcissime transfendam, contentum protulit. Elemosynam auté facere cum donare sit, non conuenit pauperi, & nihil vt Dominus habenti.

De acquisitis ludo. §. XIII.

NON Dubitandum, quòd ludis & alijs factis sponſionibus transfertur dominium rerum, in vincentes, secundum leges ludorum, vt omnes concedunt bene sentientes Theologi & iuris periti, sponſiones nostri Hispani vocant *Apuestas*. De ludo autem & loqui possumus secundum se, & etiam de illo secundum quod est lucratiuus rerum aliàs alienarum: de ludo secundum se dicimus. Primo, quod potest esse iustus actus, cum ex bono fine & circumstantijs factus, vt cum fine leuandi infirmum, exilarandi tristem, vitandi otium & cogitationes pessimas, & importunas, nociuasque. Eius circumstantiæ sunt, vt fiat loco, tempore, modo, & á personis, non lege aliqua vetitis, vel vetito lege iusta ludo, tunc sequitur moderatio, nam per excessum ludus, sicut & aliarum virtutum moralium actus, transeunt in actum vitiorum, sicut & per defectum, quamuis ignoremus quis defectus ludi sit vitiosus, sic igitur in bonum finem directi ludi, & sic circumstantiati, actus sunt virtutis quam morales euthropeliam vocant, & Hispane dicere possumus, *Honesto entretenimiento*, & si in gratia fiat erunt actus meritorij, doctrina est Aristo. 4. Aethic. & S. Tho. 2. 2. q. 168. artic. præcipue. 2. Sicuti enim sal ad ciborum condimentum necessarium est, sic & honesta animi per ludum recreatio ad condimentum vitæ, quæ exemplum fuit Cice. 1. offic. sic ergo sicut, salis excessus peior est defectu, & intolerabilior, sic de ludis dicimus, vnde ad sanctam discretamque prouidentiam rerum publicarum, imo strictissimarum religionum, pertinet, ludos licitos aliquando pro subleuatione animi instituere, &

& eorum modum, qualitatem & modum determinare. Secundò notatur, quod ludus potest considerari dupliciter, & secundum quod præcipue intendit animi leuamem, seu honestam recreationem, vt sic loquar, & etiam secundum quod primario intendit alienæ rei acquisitionem, & vt sic dicam appropriationem: de primo modo iam diximus, quod factus sit, licitum omnibus esse secundum se: sed restant duo dicenda. Primo, quod potest viciari ludus sic sumptus, ratione circumstantiæ adiunctæ: & si secundum se sit (vt dictum est) licitus: primo, ratione temporis: secundò ratione loci, & personarum: primo modo tale tempus esse potest, vt scandalum generet, ratione cuius ludus reddatur vitiosus, vt si in Quadragesima, & maximè illa hebdomada & ferijs, in quibus Domini Passio Redemptio celebratur, dies confessionis, & sacræ communionis, & nunquam existimamus hoc scandalum esse se mor. præcipue si alia via honestetur, vt quod ludens sit infirmus, & leuamine egens, vel animi subleuatione, secus esset si tantum illi insisteret, quod diu noctumque perseueraret, & diuina officia quintæ & sextæ ferie Passionis vel Missam festiui diei amitteret, quod primò existimo generaret mor. scandalum, videtibus secundum sine dubio, sed id ratione omisæ Missæ de præcepto: circumstantia vero loci etiam sacri, nunquam ludum mort. viciat licitum aliàs, primò, quia nulla lege prohibetur Canonica: secundò, quia irreuerentia in se non est, & sic ad subleuandum tristem, & infirmum in Ecclesia existet, in illa ludi potest, dummodo non sit super altaris mensam, vel super reliquiarum locum vel arcam, istæ enim, sunt adeo sacra, vt scandalum graue esset merito, datum & mortal. De personis, vt vno verbo dicam, nescio cuius personæ ludus, etiam Episcopi, siue

doctissimi concionatoris, siue cuiuscumque ordinis religiosi sit vitiosus mort. nisi nimia quantitas excessu rei lusa, quia tunc existimarem mortal. ratione scandali, & ratione prodigæ alienationis bonorum patrimonij Christi, vel etiam ratione ludi, lege iusta vetiti, vt quia alearum vel foliorum siue cartarum pictarum, quamuis nec hoc existimem de se mortal. nisi quantitas sit magna, vel scandalum generetur videntium. Obiter autem dicamus oportet quæ quantitas à religiosis & ecclesiasticis personis per ludum potest transferri? Dicimus ergo Episcopum id solum ludo exponere posse, quod secundum suum statum, non priuata solutione debitorum ex iustitia, eleemosynarum condecienti iudicio prudentis viri, & condecentis suæ familiæ sustentationis, tunc enim his moraliter non impeditis, poterit Episcopus si aliàs scandalum (vt dictum est) non oriatur, viginti & triginti aureos ducatos, & in diebus magnæ lætitiæ Natiuitatis, sanctissimæ Epiphaniæ, quamuis vtinam in toto orbe quoad Episcopos ita reformatum esset, sicuti in nostræ Hispaniæ doctissimis sanctis & grauissimis Episcopis, Decuratis, Canonicis, & alijs ecclesiasticis bona Ecclesiæ comedentibus, idem proportionaliter dicimus. De religiosis & regularibus Canonicis, est maior difficultas, cum paupertatē vouerint, & cum (vti diximus) donare non possint, res ludo exponere vel sponsonibus non poterunt: dicimus tamen, posse quoscumq; religiosos dum modo non aliud de resulter scandalū, ludere aliquid de quantitate, quā pro sumptu suo acceperunt à Prælato, vel acquisierunt ex eleemosynis. Dixi aliquid, nā ludere

ludere multum; aut totum, iudicarem prodigalitate, vel imprudentiā mortalē: nā si multū certē nequit excusari scandalū, saltim cōplicitis, & nociuū exēplum secularium, insuper si totū, sit mortalis iniuria religioni, si mendicat monachus annonā, vel si frater ex medicantibus est, toti religioni iniuriā infert, detrahens seculares à largitione eleemosynarū, cū noscant ad ludendum petere, quem lusisse sciunt. Ludere vero ad recreandum animū, & moderatam quantitatem, sit quadam licentia interpretatiua, etiam si legibus solum pœnalibus religionū ludus sit vetitus, vt in omnibus ferē est ludus cartarum pictarum, sed cum pœna caueatur, culpa nō est mortalis.

De ludo secundū se dictū arbitramur satis, restat de illo quatenus lucratiuus rei alienæ est, secundū quā cōsiderationē, ludus est negociationis species quædā, & quæ semper nō bene audit à confessoribus, Doctoribus, & cōcionatoribus, & certē satis merito, cū talis vel sit malus & dolosus, auaritia cogēte, & est fraus vitiū capitale, vel est periculosus, vtpote facilē bona propria prodigē fortunæ exponens, & quod peius est, bona filiorū & familiæ, & est insuper impeditiuus bonorū, eleemosynæ, scilicet, & studiorū, & curæ habendæ familiæ, negotiorū, sollicitudis, visitationis hospitaliū & piorū locorū, vel saltim est inhonestus, cū auferatur illo ab amicis, quibus dari debuerat, iuxta verā amicitia rationē, quorū res vel pecunia modo quodā hostili auferatur. Demū est actus ferē semper scandalū generās, de honestas, & odiosum reddēs ludentē: vnde cū tot modis claudicet, nō mirū si ludus reprehēsi-

bilis sit, sed sigillatim quoad iudicium animæ de illo dicamus: pro quo facilius explicando, aliquod conclusiones seu asserta proponemus. Sit primum ludus, non ex eo solum redditur neque iudicari debet mortale peccatum, quia fit præcipuè animo ludendi, quæ passio dici solet: hoc liquet, quia cum is qui ludit sit dominus suarum rerum, & similiter is cum quo ludit, sit qui donare & alienare possit, quomodocumque sua, nulla est iniustitia moralis vè inordinatio grauis, quod exponat se lege ludorum amittere ea quæ dare posset sine ludo, & quæ vellit amittere ius gratitudinis liberalis donationis, exponens fortunæ ludi, quod dare poterat gratiosè, neq; nimius amor & affectus ad ludum vitiosum mortalit. idem. illum reddit, cum magis & minus non varient essentiam, iuxta naturalem Philosophiam & moralem, sed tunc solum mortalis iudicabitur nimia auiditas ludi, quando fuerit impeditiua alicuius præcepti adimplentionis, vt si ob nimium ludum Missa dici festi omittatur, vel omitat obligatus horas Canonicas persolvere, vel iudex iustitiam administrare, vel medicus visitare periculosos infirmos, aduocatus consulere authores pro causis defendendis, pro quibus est conductus à litigante, & his similia, legatur S. Thom. & Caiet. 2. 2. quæst. 168. artic. 3. & Caiet. Summa verbo, ludus, quorum est doctrina hic posita, Nauar. Manu. cap. 20. à nu. 1. vsque ad. 3.

Addimus insuper, quod ludere aliquid ludo lege vetito non est mort. secularibus potentibus bona dare vel distribuere, ratio est, quia lex Canonica

ca.

ca id vetans solum includit ecclesiasticos, vt patet cap. Episcopus. 3. d. & extra de excessibus Prælator. cap. interdictos. & cap. clerici. 1. de vita & honesta. clerici & cap. 1. & 2. de postul. vt docet Panor. & innuit S. Thom. & Caieta. vbi supra. articu. 3. & 7. neque talis lex extensa fuit ad seculares: nam leges Imperatorum & regie municipales, pro secularibus, vt est illa. l. 1. ff. de aleæ lusu, & aleat. & auth. alearum vsus. §. interdicimus. authen. de Episcop. colatio. 9. C. de Episcop. & clericis. & leges nostræ Hispaniæ Regiæ, dictæ pragmaticæ, & similiter, quæ in alijs sunt Regnis sunt merè pœnales, & sic illarum vi seculares non obligantur ad mortalem culpam. Vnde generaliter, dictis legibus vetatur ludus omnis qui principaliter casui & fortunæ innititur, & si nullus sit, qui aliquali arte & industria non egeat, sed alearum & cartarum principaliter fortunæ; attamen in his qui sua donare imo in puteum iacere vel in mari possunt, non erit saltem mort. peccatum exponere casui & fortunæ: vnde quamuis legibus pœnalibus vetetur modus acquisitionis per dictos ludos, tamen non potuit sic vetari in interiori foro (à Principibus secularibus saltem) possessio lucrantis rem ludo, neque Ecclesia illam hucusque vetauit, vnde cōfessarius nō debet ex necessitate eā qui cū ludere possit, & sic dominus bonorum, ludo obtinuit paruum vel magnum pretium, ab eo quorum bona erant etiam sui iuris, nisi fortè tanta esset quantitas, vt omnia sua amisisset, neque relinqueretur ei quo filios pasceret, & vxorē, quia tunc sicuti ille necessaria ex iustitia ad suorum sustentationē ludere nō potuit, sic neq; alius

Vv 4

ludo

Judo acquirere, ut iam diximus, & sic in tali casu ferè Methaphysico, restituere tenetur lucrans ludo: secus autem esset, si libros & domum suam industria & arte aleret, quia tunc supra dicta ratio iniustitiæ non curreret. Num autem, si iura dicta & citata, vel eorum aliquod, dicat, quod id per lege vetito acquiritur, amittatur, & non transeat dominium in ludo vincentem, in conscientia possidere possit? Respondemus, quod adhuc sic, quia leges pœnales, ut omnis schola Theologorum, & Canonistarum fatetur, non obligant ad solutionem pœnæ, vel amissionem bonorum, ante sententiam latam, & omnis supra posita doctrina est communis omnium, exceptis paucissimis, & non magni nominis, quos nominare nolumus.

QVID Autem dicendum interrogabis de his qui ludunt absente pecunia super creditum? Ad quod respondeo primum, quod lex talem ludum vetans, admittit obligationem soluendi victo, & tollit ius petendi vincenti, & naturalem promissionem ne teneat, accuta præventionem, infirmat Respubli. domina contractuum civilium, inhabilitans personam sub promisso, & non præsentem pecunia ludentem, ad promissionem faciendam, soluendi obligationem, & sic neque in foro exteriori, neque in conscientia, qui amisit soluere tenetur. Dico secundum, quod qui vicit poterit petere quod lucratus ludo fuit sub credito, nõ vi neque medijs aliquibus debitorem cogentibus, ut quod diffamabit illum, ut fide fractorem, quia talis infamia in mundo nimis cogit, & sic habet rationem illatæ bis, & coactionis, & per consequens iniustam reddet possessionem.

sessionem talium bonorum & retentionem, ut ablatum solo tit. vis, & sic confessarius restituere coget talem sub mortali: secus tamen, si tantum politicè & cõmuniter debitum ex ludo petijt, quasi relinquens voluntati solventis debitoris, & secreta posita obligatione politiæ & ingenuitatis: nam tunc solum debitum ex ludo, & recipere & retinere poterit licite, quicquid Neothoricus quidam quadam summa Hispana insinuet, & si non aperte dicat. Et ratio est, quia licet vi obligationis ex ludo quasi contractus non confurgat, lege annullante, confurgit iusta receptio & retentio ex interpretatiua libera donatione solventis, qui scire tenetur se liberum à coacta solutione, & si timetur quod ignorat, & recipiens debitum moraliter eum ignorare existimat, & quod alias non solueret, tunc obligarem recipientem, ut adverteret & diceret illi: Hoc non debes coactè soluere, sed liberè si vis ob fidem tuam.

Dices, quod si iurat non præsentem & posita pecunia: si tamen pignus ponat, pecuniam valens, vel si pignus non ponat iuret tamen se soluturum, si vincatur. Dicimus ad primum, quod de pignore, pecunia æstimabile idem per omnia iudicium est, atque de ipsa pecunia per omnia si adesset. Ad secundum dicimus, quod in foro exteriori, & secundum iura civilia non cogitur soluere magis, qui absente pecunia, & si iuret soluturum, quam qui non iuravit, quia iura in invalidam reddunt promissionem, quæ aliàs erat de iure naturæ, & continetur virtualiter in factis ludendi: qui enim ludit aliquid non præsentem, per consequens promittit se daturum si vincatur, & perdat: ergo si militer etiam si id iuramento for-

metur, quod est diuini iuris positiuum, quamuis quoad peccatum in foro conscientiæ addatur periurij crimen mort. necessario confitendum. Quoad forum autem animæ, dicimus, quod ludens non presente pecunia, sed sub fide, & insuper sub iuramento soluendi, non debet condemnari ut iniustus si non soluit, neque obligari ad solutionem rei ludo perditæ, ut debitor ex iustitia, sed tantum ne sit periurus, & si nollit soluere, & pœnitet & confitetur se iurasse, absolendus erit: neque credimus Doctores Theologos & iuris peritos, qui tenent eum qui iurauit soluturum, quod non ostendit, debere soluere, voluisse dicere teneri ex iustitia quæ inducit obligationem ad restitutionem, sed virtute religionis iuramenti, quæ ad restitutionem ultra peccatum non obligat, qua ratione nos credimus Nauarr. & alios Summius intelligendos, & non contra hanc verissimam doctrinam locutos: nam Nauarr. cap. 20. Manua. numero. 17. in fine, admittit, & Ioannes Medina Co. de resti. quod qui iurauit soluere, quod non posuit, tenetur soluere ob iuram. tamen absque peccato poterit repetere quod soluerat: ecce iam non obligatur iuxta ipsum, lege iustitiæ quæ sola ad restitutionem obligat, sed ratione religionis, iuxta argumentum Canonitarum super cap. debitores. de iure iurand. quod nõ abnuit Couarr. super var. resolutio. cap. peccatum. de reg. iuris, libr. 6. §. 4. num. 8. Sed dices, hanc doctrinam solum tenere in Regnis Hispan. vbi lex est municipalis siue pragmatica, annullas tales virtuales promissiones, quæ instituta fuit à Carolo Quinto Rege, Comitibus Matritensibus, habitis anno. 1518. vt habe-

habetur libr. nouæ Recopila. legum. tamen & si contrarium visum fuerit aliquibus Theolog. & Canonist. quorum duo, quos legerim fuisse Adrian. in quarto. quæstione. 22. & Castro de lege pœnal. lib. 2. cap. 2. corolar. 3. tamen idem Adrian. contra se ipsum nobiscum senserat antea in quarto, quæstio. 12. & Nauar. & omnes alij quod verius est, cum in omni natione & lege, sit quasi naturæ dictamine cogente, liberum de se, sub fide ludenti soluere, & iuranti ex vi iuramenti, non tamen ex vi iustitiæ.

AD DIMVS Insuper peccare mortalit. contra iustitiam, omnem Prælaturam ecclesiasticam, monachum quemcumque, & etiam omnem beneficium ecclesiasticum, ex redditibus & prouentibus beneficij ecclesiastici, vel elemosynæ, magnam quantitatem ludentes, omnia vt sigillatim pateant explicemus. Dicimus ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum: nam ex prouentibus suorum patrimoniorum: eadem regula & mensura credimus illos mensurandos, Episcopos scilicet, & beneficiarios, atque alios non beneficiarios, & seculares, nisi aliunde ob scandalum, vel ob alias circumstantias. Sic igitur explicata doctrina patet, quia tales lege Canonica iustissima, & illos obligante prohibentur ludere aleis, & alijs ludis fortunæ, & casui maximè innitentibus, capit. 13. quinta distinctione, & extra cap. inter dilectos. de excessi. Prælat. vbi puniuntur tales priuatione officij & beneficij, quæ pœna iure Canonico nunquam imponitur, nisi peccatis mortaliter Ecclesiasticis beneficiatis, vt cõmune est apud omnes

omnes Canonist. super cap. non auferamus. 24. q. 1. & hanc veritatem expressè probat Conc. Triden. decretum, sel. 25. cap. 1. de refor. vbi dicit seruanda omnino decreta à Summis Pontif. & alijs Conc. super ludis & luxu clericorum, quæ innouat & nõ relaxat, & ratio iustitię idem dicit: nam & si teneamus ecclesiasticos præbendatos fructuum & prouentuum beneficiorum esse dominos, quod sub iudice adhuc est, nihilominus nemo, etiam, asserentiũ concedit, illos posse dictos fructus & prouentus sine culpa ludo exponere, cum sit contra ecclesiæ finem & institutionis Christi Scopum, scilicet pro honesta sustentatione ministrorum, & pro eleemosyna facienda, & hanc doctrinam tenent omnes quos viderim, legatur Ioan. Maior. Adrian. Couar. Nauarr. & omnes Summist. & hoc ipsum ratione ferè naturali videtur improprium: & de reuigiosis qui proprium habere nequeunt, sed merè sunt administratores bonorum, clarius liquet, neque probatione indiget, quæ autem in his dicatur maxima quantitas, cum non sit taxanda Mathematicè, sed moraliter, iudicio boni & æqui relinquatur: nam sicut in præbendis est excessus quoad fructus, & prouentus, sic sine dubio quoad quantitatem, nõ enim quoad Archiepiscopum Toletanum, erit tam magna quantitas centum aureorum, quàm apud Mindonensem, vel Guadixiensem, vel Almeritanum, Episcopos viginti aureorum, & sic sigillatim, & collatiuè de alijs beneficiatis, de reuigiosis autem tenet doctrina à fortiori, quibus non licet propriũ habere, & quæ illis datur p̄ sustentatione, vel à prælatis, vel à fidelib⁹ ex eleemos. si totalit. ludo

ludo exponantur, iam de se constat quot in commoda contra propriam sustentationem, quæ est iuris naturalis, & contra charitatem, scandalum mouendo, generentur: iam ergo quoad ecclesiasticos diximus, quid pro minori quantitate proportionaliter existimari licet, quæ ludo exponi possit, neq; multum in maiori licet, docedo, quod qui cum talibus ludunt, vltra dictam minorem quantitatem proportionaliter, non posse iustè amplius per ludum ab eis lucrari, sub mort. peccato. Sed differentia est, quod qui lucratur ludo ab Episcopo, beneficiato, vel Canonico, magnam quantitatem, peccat contra obedientiam, cooperans inobedienciæ eorum, qua ventantur ludere, vti diximus, non autem contra iustitiam, quia tales donare possunt, & domini sunt fructuum beneficiorum, & sic non inuenimus obligationem restitutionis, sed qui lucratur ludo à religioso, magnam quantitatem, tenetur lucrata restituere, vt si vinceret ludo seruũ, aut filium familias. Demum, si ecclesiastici ludant res patrimonio, & hæreditate habitas nõ ex fructibus beneficiorum, vel religiosus res gratis ad hoc à suis affinibus & propinquis datas, vel nomine eorum ludo expositas, non dubium alicui, quod citra scandalum licite ludi possunt, lucrari ludo, & perdi, absque mort. etiam ludo lege vetito humana pœnali. Vnde obli. quod lex humana vetat communiter ludos illos, qui principaliter & ferè totaliter fortunæ & euentui nituntur, non autem vetat eos qui viribus peritiæ, arti, sagacitati, industriæ nituntur, præcipuè quamuis secundo prioribus industrię, & posteriores fortunæ nitantur, priorum exemplum, vt allea-

rum

rum, seu tallorum, ludus Hispanè *dados, parar, presa y pinta*, foliorum, siue cartarum pictarû, Hispanè *naypes*, & secundum plures iuris peritos, ludus (qui iã ferè non est in vsu) tabularum. Secûdorû exemplû, vt ludus pileæ, paxillorum, Hispanè *bolos*, vel armillæ ferreæ, Hispanè *a la argolla*, currendi, saltandi, luctandi, & hastiludiarum exercitium, & torneamentorum, Hispanè *iustas, torneos, y juegos de sortija*, quæ si aliquo modo illicita sunt, est non ratione iniustitiæ pretij acquisiti, sed ratione periculi mortis, vel percussione, & sic secundum modû loquendi de mortis periculis, de hastiludijs, & torneamentis, Theologis est sermo, de quibus plura habentur in iure.

Restat modo explicare, quis & quid per ludû teneatur restituere, & sic dicimus primò, omnè illum qui lucratur aliquam quantitatem notabilè, ab eo qui nequit donare illam quæ lusit, tenetur restituere totû, vt qui à monacho ultra paruam quantitatem, à seruo, à filio familiæ, &c. Excipimus autè bona supradiCTORUM castrensia, vel quasi castrensia, vt quæ filius familiæ acquisiuit in bello, vel industria sua, vel arte, aut labore, extra domum patris vel seruitio, vel quæ conceduntur seruo ab hæro ex sua industria sibi liberè, & similiter quãdo patres filium iã adolescentè, mittunt ad residendû in curijs Principum, vel ad generalia studia, quia tunc, ex patrum interpretatiua licentia, aliquid amplius ludo exponere possunt, dummodo non tãtû sit, quod auferrat cõdecetè victus & vestitus sustentationè, & librorû necessariorû emptionem, quia cû istæc moralia sint, & moraliter iudicãda, & si vnus aut alter pater

dicto-

dictorum etiam hoc nollet significet, tamen communiter hoc vetare talibus, est quid nimium, & sic interpretantur docti, velle debere patres cordatos, & discretos: secus nullus filius studia sequi vellet, vel Curias Principum. Dicimus secundo, omnem qui fraude vitur in ludo, teneri ad restitutionem omnium quæ lucratus est faciendam, illi à quo lucratus est, & hoc est maius iniustitiæ peccatum, quanto maior est fraus in ludo, quam in contractibus, & magis damnosa: vt qui aleis vel calculis falsis industria, arte, vel dæmonis auxilio luderet, scilicet aleis oneratis, folijs falsis, vel arte dæmonum picturatis de nouo, ad eius voluntatem, vel qui folia componeret sibi fauorabilia, manuum celeritate inuisa, quod Hispanè dicitur, *Armar pandilla, y Var de fulleria*, & fumere cartas quæ non sibi sorte contigerunt: sunt enim fraudes infames, & iniustè mortaliter. Similiter vt cartis sibi per tergum signatis, & notis, alteri vero non: nam iniustè lucrari poterit, ludo fortunæ maximè innixo, qui certitudine suæ cognitionis innititur. Ad idem reducitur quod quis contrarius, arte & industria cognoscat hoc oculis perspiciendo cartas & punctos sui aduersarij, culpa & negligentia, & multo magis hac iniustitiâ peccatur, si ludens vnum aspicientium socium habeat, qui scrutetur à tergo contrarij, cartas, & puncta, & signis indicet, alijsque utatur cautelis, & fallacijs contra tertium, decipiendo illum.

Insuper sunt & in ludis iniusta monopolia, vt cû duo pactum fecerunt secretè, vt se inuicem parcetes

tucan-

tueantur in damnum tertij, vel ludorum, quod cõmuni adagio dicitur, *Ser dos al mohino*, iniustitia enim est manifesta, & restitutione obnoxia.

Sed vt finem regulis restitutionis imponamus: in ludis aduertendæ sunt leges ludorum, quæ iã ex compacto ludentium sunt maximè obseruatæ, & melius quam Dei, & reipub. leges, & sic illarum fractio iniustam lucracionem reddit in ludo, & ad restitutionem obligat lucrati. Similiter omnis deceptio iniustum reddit lucrum, vt si dicam me habere primam, quæ ex quatuor differentibus cartis & diuersi generis resultat, & tamen non habeã, sed duas eiusdè generis cartas, & contrarius non bene percipit & soluit: teneor, quod iniuste abstuli & lucratus sum per illam fraudem restituere, sed in particulari omnia velle specialiter perstringere esset tempus & operam terere, dicitur enim ludus, & lucrandi modus ludentibus, iniusti lucri modos.

Lucrans ab ignorante ludum. §. XIII.

DE MVM Dicimus, quod qui lucraretur ab eo qui totaliter vel ferè totaliter ignorat ludum, & eius modum & leges, & apparet, quod ex ignorantia amittit pecuniam, reddere tenetur & restituere lucrata, & dicere ei, nescis quod ludis, nollo tecum ludi: secus aut esset, quando excessus aliquis, etiam non paruus imperitia ludendi esset, quia in ludis qui præcipuè fortunæ innituntur, & non præcipuè sed remotè peritiæ, excessus peritiæ non reddit iniustum lucrum, & si faciat totalis ignorantia iniustum: quia inutilis esset fortunã bonarum cartarum

tarum contingentium totaliter, si ignorans valorem meliorem repello minore & viliori carta electa, & tunc fraus esset, nisi ille qui donare alias posset, postquam dictum est illi quod ludere nescit, dicit, quod ille sic vult amittendo ludum discere. De ludis autem quæ præcipuè peritiæ innituntur hæc doctrina non tenet, vt in ludo latrunculorum, Hispanæ, *axedrez*, Italicæ, *escaco*, qui omnium est, viribus, intellectu, saluti, & tempori damnosissimus, & occupatio pessima, in talibus enim & si in primo certamine qui peritiã maiorem habet dissimulet, & amittat simulateque peritiã abscondat, astutiæ sunt quæ concipi à contrario possunt, & debent, & statim detegitur peritiã, vnusquisq; videat. Hęc de ludis quæ modo occurrunt dicenda statuimus, quibus cætera liquæbunt.

De iniustitia circa ecclesiasticos fructus. §. XV.

SED Ne aliquam iniustæ retentionis bonorũ materiam intactam relinquamus, libet dicere quid de ecclesiasticis, qui comedunt fructus & elemosinas fidelium, ob orationes & sacrificia sit sentiendum & iudicandum à confessorio? Respondeo per aliqua asserta.

Primum sit, omnis ecclesiasticus qui beneficiũ obtinuit per simoniam realem, tenetur sub nouo mort. ex iustitia, fructus acquisitos à beneficio restituere, ultra quod est excommunicatus, de quo iã supra tit. de excommunicatione, parte. i. dixi, per simoniam realem: nam & si intentionem habue-

rit & voluntatem acquirendi per simoniam, imo conuentionem fecit simoniaticam, sed beneficiū alia via euenit, neque effectum habuit simonia in re, & sic peccauerit mortaliter, ob deprauatam voluntatem, & ob pactum abominandum, tamen neque excommunicatus est, neque fructus beneficij alia iusta via acquisiti restituere tenetur, quod utrūque de se liquet: iura enim solum realem simoniaticum iniustum fructuum possessorem vel dispensatorem redunt, in quo bene Nauar. Manua. cap. 25. nu. 12. & ferè omnes supra primam quæst. 5. & 6. & extra cap. nobis. & cap. sicut. 1. & 2. de simo. & Caieta. 2. 2. q. 100. art. 6. ad. 6. quicquid enim Soto lib. 9. de iust. & iur. q. 9. & idem Caieta. vellint, nisi simonia merè realis sit, & non mentalis tantum, vel conuentionalis, ex parte recipientis & non dātis, non obligat ad restitutionem. Tenetur & ad restitutionem fructuum & relinquere beneficium sub mortali, omnis qui male illud obtinuit, ex quo habuit malo, vel nullo titulo, ut qui obtinuit beneficium excommunicatus maiori excommunicatione: nam minore, & si sciens nequit eligi: tamen si secreta omnino sit, & si peccet acceptās, non est iniustus possessor. Insuper degradatus & quomodo cumque inhabilis, impedimēto iuris vel hominis. Vnde in diplomatibus Apostolicis, innoleuit mos, ut semper Summus Pontifex dicat, quod absoluit ad obtinendum beneficium cuius fit collatio, ferriæ dictarum, eum cui fit: quæ est iusta & satis utilis cautela, & necessaria ligatis. Insuper tenetur ad restitutionem fructuum quicumque obtinuit secundum beneficium incompatible, quale est om-

ne

ne necessariam residentiam de iure petens, cum eo quod habet, à die qua secundum obtinuit, quia ex iustitia primum statim vacat: similiter qui ordinatus illegitimus non dispensatus quoad curata à Sede Apostolica, quoad simplicia à Prælato, omnes enim tales furantur fructus decimarum & prouentuum Ecclesiarum.

DE MV M. Cum beneficium propter officium sit, & conferatur, quisquis officium non facit, neque beneficio potiri potest, iuxta regulā Glossæ. Sed quia officium ecclesiasticorū est, aut personæ in quantum in sacris est, & addicta diuinis Laudibus, ex hoc ipso, aut est personæ in ordine ad membra Ecclesiæ, fideles, scilicet, proximos sibi commendatos, & dicitur animarum cura, ad quā reducuntur omnia habentia annexam curam animarum. Igitur cum de iure diuino sit, quod omnis specialiter in sortem Domini vocati, per statum perfectè spiritualem, ex iustitia orta ab eodem iure, sunt addicti sacris laudibus, ius autem posituum declarauit & instituit Laudes, & quantitatem & ordinem Psalmodiæ, modumque & distributionem per Horas, cuius ordinationi standum est, cum Ecclesia sancta hoc posse facere receperit à Christo R. N. Sponso suo: dixi per statum perfectè spirituales, qualis est in laicis ordo subdiaconatus, & solemnis professio trium votorum, secundum regulam ab Ecclesia approbatam, in religiosis. Vnde, & si per primam Tonsuram, & à fortiori per alios quatuor gradus, Hostiariatus, Exorcistatus, & Lectoratus, & Acolitatus, quis à seculo se iungatur, & de sorte Domini fiat, tamen nō

Xx 2

perfectè

perfecte usque, ad Diaconatum, sub quo includitur
 hipodiaconus, siue subdiaconus, quia tales sunt or-
 dinati in celebre mysterium Synaxeos, siue sacrifi-
 cij Missæ, alteri vero ad ministeria preparatiua &
 mediata: vnde & celibatus illis primis, vt sacerdo-
 tibus est indictus ab ecclesia, vt proprius illorum
 vocationi; ex quo inferimus, ad nullas Horas vel
 Laudes teneri ordinaros: minoribus ordinibus (si
 ordines dici debent in rigore) neque mort. peccare
 non recitando canticum graduum, vel pœnitentia
 Psalms, quod aliquibus vidimus & audiui-
 mus illius imponi, & si aliqua sunt parua beneficia, seu
 patrimoniales portiones, pro ministris minoribus,
 vt in nostra Hispania fit, in solis Burgenfi, Calagur-
 ritana, & Palentina diœcesibus, crediderim prop-
 ter has etiam portiones non teneri ad officium di-
 uinum, nisi administrandum officijs sibi annexis,
 in quibus non seruientes tenebuntur ad restituo-
 nem: sunt enim tenuissimæ portiones, & quæ ex
 sua tenuitate ostendunt ex institutione antiqua, ad
 hoc solum voluisse obligare fruenter.

§. XVI.

OMNES Autem ordinati sacro ordine, sci-
 licet à subdiaconatu tenentur sub mortali dicere
 totum diuinum officium ab Ecclesia taxatum, & si
 non recitauerint & persoluerint totum pensum ho-
 rarum, vltra mortale peccatum, tenentur ad restitu-
 tionem cotæ beneficij Ecclesiastici, si illo fruuntur,
 secus non, quia tales si non dicunt Horas, neque be-
 neficium habent, peccant contra obedientiam Chri-
 sti & Ecclesiæ, non autem contra iusticiam. Omnes quot-
 cumque habentes beneficiū ecclesiasticum, tam cu-
 ratum

ratum quam simplex, tam dignitatem in cathedra-
 li, siue Canonicatum, siue rationem seu portionem,
 siue etiam in collegiata etiam, præstimonium, siue
 quodlibet sine cura beneficium, etiam si in sacris
 constitutus non sit, tenetur sub mortali dicere Ca-
 nonicas Horas singulis diebus: tum ex obedientia,
 quia ex quo de patrimonio crucifixi viuit, iubetur
 orare: tum ex iustitia: secus tenebitur cotam resti-
 tuere, & quod de his dicimus, à fortiori de Episco-
 pis, Abbatibus, propriam partem fructuum acqui-
 rentibus, Cardinalibus, &c. dicta censeantur.

§. XVII.

DE Dotatione sacellorum, quas capellanas vo-
 cant nostri, dicimus, quod earum institutio est as-
 picienda, est enim ferè omnium fundatio, quodam
 determinatum onus Missarum, vel assistentiæ, vel
 officiorum, & cum harum fructus ferè semper sint
 de bonis secularibus, saltim non ex decimis vel obla-
 tionibus: etiam si illarum institutio Canonica facta
 sit, & deuoluta ad ecclesiasticos iudices, & præla-
 tos, nihilominus vi illorum fructuum præcisè, &
 ex iustitia, non tenetur capellanus ad Horas Cano-
 nicas, nisi dotans in pingui capellania ad id obliga-
 ret, ex onere & pacto, quia tunc teneretur ad
 officium diuinum, secus ad restitutionem. Capella-
 næ autem aliæ de quorum fructibus constat, & sunt
 vberes, & tamen non liquet quis instituerit, &
 reddatæ sunt ad prouisionem Prælatorum & in-
 stitutionem, iam sunt subiectæ legibus beneficio-
 rum simplicium, & obligant ad Horas Canonicas
 ex iustitia: secus ad restitutionem cotæ, quia cum
 aliud officium non respondeat tali beneficio, nisi

Laudandi & orandi Dominum, ad hoc tenebitur ex iustitia. Quod autem hæc doctrina radices habeat in diuino iure liquet, quia decimæ frugum, ex quo instigante Deo, à sancto Patriarcha Abraham, datæ sunt Sacerdoti altissimi Dei, qui & Rex Salen erat, ab Isaac continuatæ, & à sancto Iacobo expressius promissæ & exhibitæ, Genes. 14. & .28. postea in lege scripta ab ipso Deo oblationes & primitiæ & decimæ, in beneficium Sacerdotum, & Leuitarum, ob officium Laudis diuinæ, & ministerij tabernaculi sunt iure perpetuo assignatæ. Numer. 18. Ecce & officium & beneficium: & hoc sapius in lege repetitum videmus, & ab initio nascētis Ecclesiæ in statu gratiæ, Christus Redēp. noster, Deus & homo, legis finis, non reprehendit sacerdotes, & Leuitas, Scribas, & Phariseos, qui vel ex illis erant, vel pro illis, quod oblationibus & primitijs, decimisque fruerebantur: iuxta illud Numer. 23. sed quia vel nimio rigore exigebant, & auarissimè tractabant, & quia quæ sui erant ob hæc muneris, non exequabantur: cum à Salomon, & Dauide, ad laudem Domini decantandam, distincti fuerint Sacerdotes & Leuitæ, & Cantores ianitoresq; , &c. vt habetur. 1. Paralyp. 15. & .16. 24. 25. & .26. & sic specialiter reprehendit auaritiæ: qua reiecit vendentes oues & boues, & columbas, & numulariorum effudit, es, ab atrio templi. Et reprehendit quod orerent in platearum angulis, vt ab hominibus videatur: tamen Christus Dominus, Hymnum dixit post Cœnam, & ipse pernoctabat in oratione Dei adimplens & statuens pro Ecclesia sua, illud regij. Psalms. 118. Media nocte surgebam ad confitendū tibi.

tibi: docuitque primos Sacerdotes Ecclesiæ orare, & Apostolis dixit: Vigilate & orate, imo ipsi Patres nostri Apostolici, horas orationis habuerunt; & Petrus in solario orationem sextæ horæ habuit, & ipse & Ioannes templum ad horam orationis nonam oraturi, ascendebant: & Paulus milles hoc docet, imo sicuti ipse dixerat, quod qui altari seruit iustum esse vt de illo manducet, addit postea, Vt qui non laborat iustum vtique esse, vt non manducet, & vsum Horarum Canonicarum à Christo, & Apostolis, Ecclesiam, statim accepisse nascentem, vltra loca Scripturæ & sanctorum Patrum, testantur & inimici, ex Gentilibus Plinius dictus Iunior scribens Traiano, Cafari de Christianis, & Philo Iudæus: Multa etiam sacrosanctæ Matris Ecclesiæ sunt decreta, tum Pontificum, tum Conciliorum, decernentium non quod à Deo institutum est, scilicet Sacerdotes & Leuitas, & qui de altari viuunt, orare, sed determinantia, quos Psalmos, quasvè orationes, quasque lectiones, quomodo, quibus horis, quo loco, à quibus dici debeant horæ. Insuper ratio iustitiæ dicitur, fundata in naturali & diuino iure, quod huic muneri dedicatus, non adimplēs peccet: & qui pastor, aut arator, aut vinitor, fofor, futor aut miles, si nō laborat, stipēdijs caret, & quæ receperūt redūt, nō adimplētes munus, quāto magis qui sustentatur sine seruili labore vt oret, & animarū cure insistat, restitutioni obligabitur nōne? adeo istæ clara sunt, vt neq; spurcissim⁹ & impudētissim⁹ Luther⁹, aus⁹ fuerit officiū diuinū primo totaliter auferre, quāuis satis breue breuiariū. 6. Psalmorū triū p nocturno, & triū p diurno officiū suis p̄dis discipulis dispensauerit.

De restitutione fructuum.

§. XVIII.

SE D Circa hanc restituendi obligationem, aduertimus duo. Primum est, quod cum vti diximus, postquam Ecclesia sancta quietem habuit à diebus Magnorum Syluestri Primi, & Constantini etiam Primi, & potuit hæc Respub. congregari quietè, in Concilijs Patrum & Doctorum, statim leges datæ sunt, tum clero, tum populo, & semper super animarum cura inuigilatum est, & super Horis Canonicis dicendis, super componendis Cathedralibus, Collegiatis, & monasterialibus Ecclesijs, & parochialibus, latæque sunt leges, super diuisione decimarum & oblationum, & semper non faciès munus suum, ex fructibus non comedebat: sed succedentibus tēporibus, ferè diebus nostris, sicuti crescente ministrorum socordia, creuit auaritia, & similiter matris Ecclesie vigilantia, & sic Concilio Lateran. satis prolixè sub Leone Decimo, satisque sanctissimo, *ses. 6. cap. statuimus. in cuius declaratione satis defudant Soto libr. 9. de iustitia & iure, quæstio. 9. & infra, & Nauarr. Manua. cap. 25. num. 122. Summa autem illius cap. est, prout postea vere Pius, re & nomine huius nominis V. sanctissi. sui motus proprij literis declarauit, anno. 1569. Scilicet, quod omnis qui Horas Canonicas vnus diei à Matutinis vsque ad Completorium non dicit in clusue, vltra peccatum mortal. si beneficium ecclesiasticum quodcumque cum cura vel sine cura animarum habeat, amittat ipso facto, fructus beneficij respondentes ille diei, vt si valeat beneficium*

365.

365. ducatos aureos restituat fabricæ, vel pauperibus, vnum ducatum: si autem Matutinas cum nocturnis omisit, dimidium ducatum: si autem non Matutinos seu nocturnos, sed à Prima vsque ad Completorium diei, Horas omittat, etiam dimidium: si autem Primam aut Tertiam, aut Vesperas sigillatim omittat vno die, restituet, sextam ducati partem, videlicet sexaginta duos dispódios siue morebedinos, id est, ferè duos argenteos regales: & hoc si omiserit post dimidium annum, ab obtento beneficio, hæc summa decretorum in hac materia. Pro quibus aduerte primo, quòd cum tractatio restitutionis fructuum, sit non Mathematica, sed moralis, moraliter à docentibus examinanda est, vnde discreta computatio Doctorum etiam post hæc decreta emerfit, vt non sit standum quando contigerit hoc peccatum, calculationibus punctualibus, sed moralibus, ita vt qui vnā aut alteram Horam beneficiatus dimiserit, non ob id statim confessarius restitutionem imponet, cotē, neque etiam pro dimidio officio vnus diei, in quo omnes conueniunt Doctores, imo in homine aliàs timorato, & qui sollicitus in hoc esse solet, neque pro toto vno die, vt Soto tenet, quamuis ampliet ad duos, vel tres, quod nos non auderemus, sed pro duobus diebus, imposita aliquali satisfactione etiam, vt pro beneficio quingentorum ducatorum, duos argenteos pro vno die, vel aliquid minus restituere iuberetur: sed si hoc iam multoties iteraret, iuxta supra dicta statuta, in rigore exequenda essent: vt qui nō amore saltem amissione eorum quæ iniuste possidet non adimplens munus, coerceatur. Sed adhuc

Xx 5

obser-

obseruandum est, quod cum beneficium non solū habet Horas Canonicas pro obligatione, sed etiā animarum curam, lectionem, vel prædicationem, tunc & si omittant Horam aut Horas Canonicas, non iudicandus est debere restituere dimidiā vel totam cotam, vel sextam respōdentem diei vel diebus, horæ vel horis, secundum quātitatem fructuū, beneficij, & ratio satis liquet, quia tales beneficiorum fructibus fruuntur propter officium: si igitur non solum tenentur ad officium Horarum, sed ad administrationem Sacramentorum, ad docendum, ad legendum, assistendum choro, & hæc adimplēt, certè ratio iustissimè deposcit, vt qui tribus obligationibus adimpletis, deficit in quarta non priuetur stipendio trium, & certè iudicio omnium, qui ex practica, vt nos, didicerunt, tum onus curandi animas, surgendi media nocte ad audiendum infirmum, & alia id genus, & prædicandi & legendi doctissimos: fat est in talibus quod quarta pars fructuum & prouentuum respondeat officio Horarū Canonicarum, & tres officio animas curadi, & iuxta hoc iudicabunt confessarij: nam prædicta decreta cotas taxant, prout respondent Horis Canonicis præcisè: secus qui in animarum cura deficeret, vel in alijs officijs annexis præbendis, non teneretur restituere, dumodo Horas diceret, quod est absurdum. Huius sententiæ est Nauarr. Soto, & omnes Neotherici, imo & ratio ipsa.

§. XIX.

Secundò aduerte, quod etiam quoad restitutionem ob defectum recitandi Horas nulla compensatio à confessario debet fieri fructuum vel cotæ, intra

intra sex menses à recepto beneficio, quia dictum decretum Concil. Lateran. Statuimus, post sex menses obligat, imo declarat obligatum ad restitutionem, & non antea, quo in terminum intelligimus datum, vt illo discat modum officij Horarum, & pro termino perfectæ contumatiæ, inobedienciæ, & notabilis iniustitiæ: scio Soto nõ placuisse hanc declarationem illius decreti, vt nimis amplam vbi supra, & nobis certè similiter non placeret, vt neque ampla cætera placent, sed iusta & rationabilia: tamen videmus sicuti visum fuit Nauarro, Enchirid. de Hora. Can. cap. 7. num. 32. & Manual. cap. 25. numer. 122. optimè & oculis æquis, quod expressis verbis dictum cap. siue. §. dicit, qui elapsis. 6. mēsisibus à consecutione beneficij, &c. Imo quod omne dubium abstulit, est, quod Pius Quintus citatu motu proprio, expressè nunc obligat ad restitutionem beneficiarios, explicans dictum decretum Concilij Lateranens. nisi post sex menses cum dicat, post interpretatum modum restituendi, sigillatim pro quocumque defectu dicens: Item, ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum excusauerit, ipsum graue peccatum intelligat admisisse: hucusque Pontif. Summus: ecce declarat mortaliter peccasse, non tamè restitutioni obnoxium, cum iam de restitutione post sex menses egisset, quod si vidisset Soto, iā enim obierat in Christo cum Nauarro, & nobiscum sentisset.

§. XX.

Tertiò aduert. quod etiam excusatur per supra dicta

dicta decreta & declarationes, qui habet legitimū impedimentum, id est, non fictum neque insufficientem primum legitimum est infirmitas vera, vt febris, vel magnus capitis dolor, & conualescentia magnæ infirmitatis, quoad vsque ad hoc vires sint restauratæ, iudicio medici vtriusque, & quod melius & certius est in dubijs iudicio prælati, si adsit, vel si non timorati confessoris & docti: & demum illa quæ excusant ab iniusta omissione recitationis horarum, excusant etiã restitutione cotæ fructuū beneficij, quam non existimamus sufficientem, iter agere vel pedester vel equitando, neq; vllus timoratus iudicabit, neque negotiorum occupationes: nam hæc debet esse prima, sicuti est magis propria occupatio ecclesiasticorum, neque est sufficientes occupatio studiorum ob lectiones & prædicationes, ad excusandum, imo multum iuuat: secus esset ob lectionem ostentationis, quam oppositionis vocat, vel ob contionem, quia illa fit semel aut bis in vita vel rarissimè, & datur tēpus determinatū 12. vel 24 horarū, & materia determinata, quāuis vt Nauar. senex dicit & pius, ob nullā oppositionē horas Canonicas dicere omisit, neq; nos ob vllā literarū ostentationē, & Deus adiuuat, & magis astat, sed hic q̄ certū est dicere & docere tenemur, q̄ qui ob talia specialiter omiserit, neque peccat, neque ad restitutionem tenetur: qui redditus est cæcus iudicio beneficentiuū liber redditura solutione pensi Horarij, etiam si beneficium obtineat, dicet tamen quæ memoriter scit, & socium potest habere qui libro legat reliqua, sed hæc ad securitatem maiorem, & ad melius esse: nam obligarem minimè illum ex iustitia.

iustitia Qui amisit breuiarium, vbi aliter copia non est, si memoriter nesciat non obligatur, & si amissio non fuit culpabilis, vel obliuio, vel totum venialiter culpabilis, taliter solum culpabilis erit omisio, & sic non obnoxia restitutioni: qui habet pensiones supra beneficia ecclesiastica ad subsidiū vitæ, dummodo non sint in sacris, tenentur dierim ad officium sanctissimæ Virginis Mariæ, vocatum paruum: nam beneficio viuunt, sed quod ad officium solum Domine nostræ habetur ex Extrauagati Pij Quinti supra allata & declarata, in qua illos modo exposito, si non recitauerint, priuar ipso facto cota respondente, modo exposito de alijs.

§. XXI.

DICES Quid si beneficiatus recitauit de sancto cum deberet de feria, & è contra, vel Antiphonas, vel responsoria errauit? Tenebitur restituere? Respondeo, quod istæ minutissima sunt, præcipuè in re morali, & quæ attinet ad suauitatem iugi Christi, & cum de substantia principali officij diuini sit Psalmodia, sicut ob suprascriptos errores veniales, non obligaremus quempiam ad iterandum officium, sic neque ad restituendum fructus beneficij: & à fortiori si prius dixit Primam quam Matutinos, & Vesperas quam Sextam, dummodo totum dicat officium, sicuti mortaliter non peccat, similiter neque restituere tenetur. Imo addimus, q̄ & si omitteret Psalmum integrum vnus Horæ, vel aliã notabilem partem Horæ, dummodo maiore diceret, & si peccaret contra obedientiam dicendi Horas, non tamen esset obligatus ad restitutionem, quia iura solum cotam explicant respectu Horarum

rum integrarum, neque odia & pœnæ extendi, sed restringi debent.

§. XXII.

QVARTO Aduert. quod quicūque habens & obtinens curatū beneficium, qui intra annū culpa sua non ordinatur presbyter, tenetur restituere fructus beneficij anni illius, quia ad hoc iure obligatur, & est quasi conuentionalis pactio Ecclesiæ cum illo, vt fruatur fructibus si intra annū ordinetur presbyter, vel faciat quod in se est, vt habetur c. licet. Can. de electio. libr. 6. pro quo aduerte duo: quod omnes supra dicti ecclesiastici ipso iure (de quibus hucusque diximus teneri ob supradicta ad restitutionem fructuum) sunt obnoxii restitutioni, quia & si iuxta Theologiæ moralis & Canonū regulas, leges ad pœnam obligantes, non coarctēt ad solutionē pœnæ ante sententiam iudicis latam: tamen in supra dictis omnibus non indicitur pœna à iuribus, sed declaratur quod sint iniusti possessores, & iniustē retineant tales fructus, ita quod est declaratio iniusti tituli, cum sint conditiones horum iuriam quasi conuentiones: quod si fecerint ecclesiastici hæc, & hæc, adimpleuerint, his fruuntur fructibus beneficiorum: secus non, in quo bene quidam Summitta nouus Societatis Iesu, imo & senex Nauarr. explicat, quod contra hoc apparenter tenuerat super cap. fraternitas. 12. q. 2. & rubric. de pœnis: lege ipsum Manua. cap. 25. nu. 118. Secundò obserua, quod si quis nobilis vel ignobilis (quo ad hoc enim parum refert) acquisiuit beneficium curatum, vel tale cui conuentio annexa sit suscipiēdi intra annum ordinem aliquem sacrum, ex quo decer-

decernit non suscipere ordinem talem, vel ex quo dimisit propositum illum ordinē suscipiendi, amittit fructus beneficij, & ante non, quia ex tunc conuentionem non adimplet, sed rumpit & est iniustus possessor, in quo bene Soto & Nauarr. sed si expectans ex morte alicuius fratris vel consanguinei se maioratū expectare illustre, & conuenire prudenti pacis & familiæ & nobilitatis cōseruationi, vt nō ligetur vinculo, obligationeque ordinum sacrorū, sed vt liber maneat coniugio: tunc dicimus, quod si accidat mors fratris vel consanguinei, & talis omittens habitū vxorem ducat, vel saltem non fiat presbyter, vel suscipiat sacra intra annū, tenetur cum beneficio & anni fructus restituere, quia conuentionalis quam appofuit sibi, adimpleta est: secus si non adimpleta ipse ordinatus est: nam iam iuste possedit, & possidet, licet suspensus aliquandiu māserit, expectans alterum statum amplecti, si mors alterius succederet: & hoc certissimū est, quidquid ex parte supra dicti Doctores dicant, quia conuentionalis deficiente conditione nihil innouat, neque facit.

§. XXIII.

SECVNDVM Quod in hac materia eget declaratione illud est, restitutio quæ fieri debet supra dictis casibus cui fieri debeat? Respōdemus ex supradictis decretis parœtiæ siue Ecclesiæ fabricæ, ex qua vel ratione cuius fructus beneficij obtinuit, vel pauperibus primo illius Ecclesiæ vel parœtiæ; vel alijs his cōmodè deficientibus, vel nō possibilibus, sed quæcumque Summi Pont. cōpositio ad hoc, valet, sicuti enim Pater vniuersalis potest hæc, quorū non.

non est certum dominium, cui voluerit pio operi applicare. Illud solum noue cum Nauarr. addimus, v. supra, quod si ipse qui restitutus est fructus, illis egeat, vt pauper, sibi sumat vt talis, & fecit factis: nemo enim pauperum, magis illo proximus est, neque maius ius habet ad illos fructus ex elemosyna, imo prius fabrica: quod de se liquet. Vbi autē consuetudo inualuit quod isto non adimplente conditiones seu conuentiones sui officij, fructus eius ad alios beneficiatos transeat seu collegas, illis fiet restitutio non fabricæ siue alijs pauperibus, quod fit in cathedralib⁹ de portionibus assignatis pro assistentia chori. Similiter vbi ex statuto vel constitutione similes restitutiones applicatæ sunt operi pio alicui à superioribus, vel approbato vel permissio, illi restitutio fienda est: hæc quoad restitutionem ex fructibus beneficiorum.

De Capellis quid? §. XXIII.

RESTAT. Tantum quid de capellanijs dicendum sit, de quibus dicimus, quod in vniuersum institutio est aspicienda fundatoris, & eius onera, ex quo enim utilitatem accipit & acceptat capellanus, oneribus se subdit, & sic illa restituere tenetur quibus fruitur, si conuentiones non adimplet, & sic Missas per se vel per alium debet dicere, & alia facere. secus tenebitur restituere, secundum quod omisit facere. Similiter & si quacūque hebdomada vel quocumque festo Missam teneatur dicere in tali altari vel sacello, si ex hoc quod ibi dicatur sequitur aliqua honesta & iusta causa, vt quia ibi aliqui

qui & multi concurrunt ad audiendum sacrum, ex quo motus est institutor, vel alia causa loci honesta & iusta non sufficit, quod per se vel per alium Missam dicat alibi, talibus diebus, sed debet ibi dici, necessaria enim non sunt ad hoc alia iura, nisi conuentio & vltima voluntas instituentis sic, iusta.

De Religiosis quoad damna.

§. XXV.

DICES Vltimo, quid de religioso perfecta religionis, qui à sua communitate aliquid abstulit, vel damna intulit in bonis mobilibus, vel immobilibus? Diximus iam sepè religiosum respectu bonorum communitatis, in multis æquiparari filiofamilias qui habet alios fratres, & sic in multis remedia sunt similia, tamen modo generaliter quod ad præsens attinet, dicimus teneri ad restitutionem eorū, quæ ultra comestibilia fraudatus est, nunc Prælatus sit, nunc subditus: restitutio autem fienda est modo possibili pauperi ex solenni voto, vt reddat vel ex peculiaribus sibi concessis elemosynis ratione prælaturæ, Cathedralis, vel cuiuscumq; largitionis, & si alia non supersit via, remittat vt potuerit monasterio vel religioni, ea quæ ei ad vestitum tribuuntur: & si venerit ad pinguiorem fortunam, hoc est, si Episcopus fiat, vel ei prouideatur de aliquo ad vitam, per Papam, tunc plenè restituat, vel saltim à Prælato monasterij cui fraus facta est, cum consilio eorū qui ad hæc ignoscenda vel dāda adesse debent, remissionem obtineat: hæc quoad hoc. Nam religiosorum Prælati, & si quod absit Horas nō di-

xerint, quia tamen non suo nomine, sed communitatis fructus accipiunt restituere non tenentur, nisi illi Abbates, quibus pro suo officio & dignitate tertia pars auctoritate Apostolica assignata est, pro ipsorum congrua: de quibus uti de alijs beneficiatis iudicandum est, cum sibi acquirant & non communitati. Hæc de his.

Caput decimum, supra septimum Præceptum de non furando, de usuris, de cambijs, alijsque contractibus. § I.



M Huius septimi Præcepti (cuius materia omnis iniustitia circa bona fortuna propria est) tractatio nimis excreverit, placuit alterius cap. sectione illam partiri, quo molestia fugiatur, in quo de iniustitia contractuum, quæ ad restitutionem obligat, ultra peccatum, agatur: & initio de principali qui venditio est, deque eius correlatiuo quod emptio est. Primo, breuissimè quoad fieri potest. Secundo de usuris, id est, de exactiōe pretij eius, quod vendibile non est, agemus, quod usura dicitur. Præmittendum igitur est, quod & Sanctus Thomas secunda secundæ. quæstione. 77. articulo primo: præsupponit, quod secundum se, emptio, & venditio contractus est introductus in communem utilitatem, ut unus habeat illud quo carebat: iuxta Aristotelem, primo Politic. unde quod pro communi utilitate contractantium institutum est nulli

nulli illorum damnosum esse debet: secus redditur interueniente fraude contractus malus, & iniustitia committitur. Sed secundum eundem Thomam, & omnes, si consideretur contractus emptionis, secundum ea quæ accidunt, & non tantum secundum se, aliter iudicabit moralis Theologus: quia aliquando tibi vendo palium, siue equum, ex quo mihi imminet magnam damnum, siue defectu vestis, vel quia imminet equitatio, tunc aliter iudicandum erit de pretio palij, vel equi, quæ cum incommodo vendo meo, & sic maiori pretio quam in se valent.

§. II.

E S T Igitur emptio distractio, siue traslatio rei vendibilis, quoad dominium & usum pro equi ualenti pretio: nam antiquitus res, alternatim permutabantur, alia pro alijs, sed postquam usus & utilitas pecuniæ inualuit illa emimus propriè alias res vendibiles.

§. III.

Prima igitur propositio in hac materia, omnis emptio qua res vilis emitur quam valet, & omnis venditio qua carius, est iniusta, & contra legem naturæ, iuxta illud Matth. 7. Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, hoc facite illis, & sic ad restitutionem obligatur, sic emens, vel vendens, secundum se. Dicimus secundo, negotiatio prout communiter sumitur, pro mercium emptione, seruatione ad tempus, distractione de loco ad locum, & earum reuenditione, idè est atq; nõ otatio, quia maximã, petit diligentiam, & si ut in plurimũ sit vitiosis fraudibus, cupiditatibus, nimis implicata, quæ cum

circa pecuniarum augmentum & contrectatione versetur, quæ scabiem quandam infaciabilem generat, & sitim, respectu peculiarium, habet speciẽ mali & malè audit à sanctis Patribus: quare & eius vsus vetatur sacerdotibus, quia honestas sancta, nõ solum de se mala, vt furta & fornicationes, sed & illa (quæ & si aliquando bona, vt in plurimum ferè omnibus mala reduntur exterminat.) vt. August. docet. Est tamen negotiatio seu ars mercatoria, vel institoria, qua necessaria & vtilia vitæ emuntur in vna prouincia, & seruantur ad tempus in eadẽ, vel transfuehuntur ad aliam, mari terravè: reipub. bono & conseruationi, absolutè necessaria, vt clarè eius vtilitates reipub. quotidie visæ ab omnibus, clamant practicè & probant.

§. III.

Tertia sit propositio, ex quo licita est negotiatio in bonum reipub. licitum erit negotiatoribus carius vendere merces quam emerunt, dummodo non sit excessus iusti prætij de quo infra: doctrina est Aristot. 5. Aethicor. cap. 5. & sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 77. articul. 1. vnde considerari & aduerti oportet, ad dictorum & dicendorum declaratione, tripliciter iustum pretium posse statui, quamuis dupliciter tantum, insufficienter satis & confusè, aliqui iuris periti & Theologi, sumant: quorum vnus Sorot. est lib. 6. iust. & iur. quæstio. 2. articu. 3. nã vel iustum dicitur pretium naturale, vel legale, vel tertio, communi estimatione negotiatorum. Primum non solum dicimus illud siue illam æqualitatem siue proportionem valoris, vnus rei ad alteram, quã solus Creator rerum nouit, & librauit, sed q̃ natu-

ra

ra ipsa dictat, & quæ ex ipsius lumine ortum habet naturæ, quis enim naturæ rationis compos, æquale iudicabit pretium libri auri libram argenti? aut argenti libram? estanni, plubi, aut ferri? vel lanæ libram, libræ serici? quis pro iusto anforam vini computabit aquæ anforam? vel terræ modium, æstimabit iusto pro modio tritici? aut gemmarum? Et sic hanc fraudem ipsamet natura in compositibus rationis detegit, & contractus iniustitiam, ipsa naturæ ratio condemnat.

§. V

Secundo iustum pretium dicimus à Monarcha, siue vicem reipub. tenente positum, quod consistit in indiuisibili, si enim corus siue Hispanè *fanega* tritici, statuitur, quod ad summũ attingat aureũ scutũ vel. 14. regales argenteos: iniustitia est, quilibet excessus: si quatuor regalia argentea statuatur pretium iustum amfore vini, nequit iustè excedi in aliquo, vel minimo, de quo iusto dicemus in fine. Tertium iustum quoad præsens, magis & vsitatum & necessarium est illud, quod tale dicitur, à cõmuni estimatione ementiũ & vendentiũ, pensatis circumstantijs, temporis, loci, & aliorum accidentiũ: quod à S. Tho. iustum per accidens, à Logicis iustum de nominatiuè, siue ab extrinseco, à nobis & communis, iustum negotiationis siue mercaturæ dicitur. Vnde, cum huius contractus iusti, iustitia: in circumstantijs & accidentibus consistat, hinc consequitur, quod illis præsentibus, iustum pretium iudicamus, quod illis absentibus siue deficientibus, iudicabimus iniustũ, & sic Segouiz. V. G. anno quo Lanarum est abundantia, & vile pretiũ, iustũ est, ci-

Yy 3

uile

uile, viginti regalium pro vna panni eximij, & to-
dem anno eiudẽ pãni deducti Metinæ, erit iustum
21. regalis anno autem quo carius lanæ habentur,
erit iustum pretium fortè. 21. argentei, & Metinæ
22. pretium. Ex quo colliges quod omnes circumstã-
tiæ, quæ augere possunt iustè iustum pretium, vt de-
fectus & raritas mercium, cum augmento & multi-
plicatione eumentium, eodem passu deficientes, de-
crescere faciunt iustum valorem, vt si abeant mer-
catores ferè omnes & non emant vel de nouo acce-
dat magna quantitas illius mercis post meridiem,
quæ manè non venerat. Ecce eodem die decrescit
pretium iustum, & semper ab extrinseco, vt dicunt
Theologi: ex quo omnibus modis liquet, licere ca-
rius vendere merces, quam emptæ sunt, & vilius
emere aliquãdo, quã ipse à mercatore empte sunt.

§. VI.

Sed quod magis hac in materia viget pro con-
fessarijs est, quod iudicabunt, excessiuum pretium,
quod vero iustum? Nam regula illa iuris peritorũ,
quæ deducitur ex l. pretia. ff. ad l. Falcidi. & l. i. §.
si hæres. ad Sena. Consult. Trebellianum: tantum
res valet quantum vendi potest, maximam habet
difficultatem bene enim intellecta, est summa hu-
ius materiæ, amplè autem iudicata, & vt sonat, latã
viam ad mendacia & coactiones, & excessus aper-
rit. Et certè in huius explanatione iusti pretij, & pro
assignatione quasi fixi puncti, coarctantur nimis
Theologi nostrates, vt videre licebit in Soto libr.
6. iust. & iur. quæstio. 2. articulo. 3. per totum, ita vt
non semel desideret, vt pretia taxentur omnium
rerum vendibilium, à Prætoribus reipublice quod
certè

certè neque fortè vtile, & omnino impossibile mo-
raliter est. Vendibilia enim haud diu numerare resp.
poterit, cum tot sint quæ ab arte, & innumere quæ
à natura producuntur. & nequit omnibus locis. &
temporibus, & occasionibus, idem permanere pre-
tium: hoc igitur omisso vt impertinenti desiderio:
dicimus primo, quod pannis & aliquorum come-
stibilia, & communiorum rerum pretia in aliqui-
bus regnis, legitimam pretium, quod à Reipub. mo-
deratoribus est determinatum: & qui in talibus ex-
cedunt in pretio excessu notabili, peccant morta-
& sunt restitutioni obnoxij. V. G. in Regno Castel-
læ & Legionis Hispaniæ, modius tritici lege regia
est appretiatus: primo nouem regalibus argenteis,
postea vndecim, nunc vero quando hæc scribimus
14. argenteis, & in omnibus ferè oppidis, libra car-
nis arietinæ, valet pretium ad positionem reipub.
& mensura vini quæ Hispanè, *Azumbre* dicitur, ad
positionem & taxam iudicis, & fructus, poma, sci-
licet, similiter in talibus non est dubium, sed carius
vendi vilo modo nequeunt iustè, & talibus dicta
regula legis pretia, vult dicere, intra latitudinem
taxationis, tantum res valere, quanti vèdi possunt
circa, non vltra terminum.

§. VII.

DE Alijs vero rebus, quarum pretia indetermi-
nata sunt, quod non est punctus fixus, imò neque
certus, multitudo aut paucitas mercatorum, in
qua ferè sola extrinsecissima, punctum huius
difficultatis, & assignationis iusti pretij rerum
Yy 4 vendi-

vendibilium, iustitia communis existimationis, refert Soto vbi supra, & ratio huius est, quia si quis vlnam ferici vel panni nigri quam emit decem, & quæ deductis expensis, communiter venditur vndecim ex quo incredibilis mercatum numerus accessit, valebit mercatori centum vel mille, quo nihil absurdius. Dicimus ergo primo, quod cum negotiatio mercaturæ utilis reipublice sit, vt supra patuit: secus vel maximi defectus multarum rerum ad vitam, in sustentatione, ornatu, splendoreque: sequerentur, harum in hac Prouincia, illarum in alia, cū non omnes terræ omnia producant, vel ferè omnes, in his, quæ necessaria victui & vestitui sunt: occuparentur mari terraque asportandis, & nullus maioribus reipub. negotijs scientijs, regimine, & culturæ agrorum insisteret, quod esset turpe & absurdissimum. Negare non possumus ergo, aliquod commodum siue quasi premium improprie dictū, iustum esse mercatoribus, & quasi institutum, vt in hoc occupentur, & huic muneri inseruiant: & sic aliquid amplius exigere, illis licet, etiam si paucissimi sint mercatores, neque restitutioni est obnoxius, qui emit decem, factis omnibus quæ in arte mercandi sagaciter fieri solent, si & si deficient ementes, & accesserit multitudo eiusdem mercis, si non det minoris quam decem & aliquo amplius, pro lucro siue expensis, quia nescio vbi ibi sit iniustitia, si vilis venditor emat tibi, vbi vilis valet, iste non vult vendere nisi pretio quo emit, & eo amplius aliquid per consequens.

§. VIII.

§. VIII.

Dico. 2. quod & si contingat quod abundet mercatores in aliquo mercatu, & ad illum contingat venisse paucos pannos. V. G. tunc non licet mercatori vendere ad libitum, neque duplicare pretium, quo ipse panni vlnam emit, vt si emit viginti vendere quadraginta, ob istam contingentiam: quia licet mercatura exposita sit talibus fortunis (vt in hoc bene Soto) tamen mercatura in Christiano homine, in qua sanctissima lege non licet emungere vsque ad sanguinem, & sic dicimus, quod cum nō sit tractatus harum rerum, sicuti numerorum, vel mensurarum mathematicus, moraliter est loquendum: sufficit ergo tunc tertiam ad summum partem augere in pretio, pro expensis & lucro iusto, vt vlna panni quæ empta fuit Segobiæ, vel Toleti, vel Conchæ viginti, vendatur tunc triginta, & omnes diligentia, & sagacitates, absque fraude, ad hoc vsque deueniendum, sunt licitæ, vt discurrere, has merces talibus nundinis adferre, quas à pluribus petendas existimat, & si causam cōiecturæ suæ scit & cognoscit socios mercatores ignorare, cellare potest, discurrant ipsi: nam hæc est ars mercatoria, & diligentia (dicitur adagio communi) mater bonæ fortunæ, & sic intelligi debet Sanct. Thom. & Doctor. dicentes, licere augere pretium ob raritatem mercium, & multitudinem mercatorum, non quod quia scit vellint nollint mercatores, quia nō est aliud pannum. Verbi gratia, ideo pro vlna possit exigere quicquid velit, etiam mille aut centum, sed quod expensas & iustam ganantiam, seu lucrum aliquanto maius quod vsque ad tertiam partem moraliter

Yy 5

raliter

raliter fiximus: quia in alijs mercibus quarum abũdantia est, fortè perdit ex pretio: potest ergo commodè, ex merce quæ currit, damnum emédare. Vnde colliges quia (vt testis est sanct. August.) res multitudine vilescunt, raritate pretiosiores sunt panni & serica texta bombicina, & vinum Hispanum tantum in pretio creuerint apud Insulas, vel Indias terræ firmæ, nouè Hispaniæ, & Piru, vt vlna panni emeretur viginti & triginta auri ponderibus, quæ faciunt plusquam trecentos, aut quadringentos argenteos, in nostra Hispania, *Reales* vocantur Hispanè, ob nimiam distantiam, & raritatem, pericula & longissimæ nauigationis expensas, & vitæ aduentum tedium, & laborem; & hoc iustè quando aurum abundabat & argentum, pãnus autem non ita, & sic etiam ex parte utilitatis maximæ, & nobilissimi rei alicuius necessariæ defectus, eximie crescit pretium iustè, vt in fame Samaritanæ obsidionis, caput asini octoginta argenteis, & quinta pars caui stercoreis columbarum, quinq; argenteis vèderentur & in prædictis locis noui orbis, defectus ferri fecit, illud superare argentum: nam deficiebant ferreæ calceaturæ equorum, pro quibus non tam vtile erat argentum, & sic de talibus casibus, neque moralis scientia haberi potest, cum sint singularissimi, fuit autem nobis sermo de communioribus.

§. IX.

Dicimus tertio (casibus exclusis rarissimis) quod triplex pretium solet à Theologis distingui & iuris peritis, scilicet, pium, moderatũ, & rigurosum: vlna enim panni empta à negotiatore Toleti. 20. si

ven-

vendatur ab eodem in suo loco viginti & dimidio pro expensis quas fecit, dicitur pium pretiũ & laudabile pro amicis, quibus in hoc aliqualis gratia fit, si autem vendatur. 21. dimidio pro expensis & dimidio pro iusto lucro, vt ex covitam degat, dicitur moderatum pretium, & iustum sanè: & vlna mercatores isto essent contenti, si autem vendat. 22. argenteis quod. 20. emit Toleti, dicitur rigurosum, & proximum periculo, tamen intra cancellos non iniusti; & sic neq; restitutioni obnoxij, at. 22. excelsus, & quicumq; sic moraliter calculando, est mortalis iniustitia, & obligatio incumbit restituendi, vnde cuidam mercatori satis Christiano & timorato consuluimus, vt omnium mercium quas emebat pretiũ, & expensas in vnam summam redigeret Arismetice, deinde iuxta vniuscuiusq; valorem, iustum lucrum pro arte sua, pro industria, pro utilitate reipub. vnicuique sigillatim adderet: nam maius lucrũ meretur vlna telle aurei frisiati, q. *brocãdo* dicitur de tres altos, quã serici bombicini, Hispanè *terciopelo*, vel damascinæ telle, vel rase, & harũ quã lini comunis, vlna igitur quã mercator emit 10. vèdi dimidio amplius, & ad summũ vndecim, dimidio pro expensis, vel alio dimidio pro lucro honesto. Sed dolendũ est, quod tali honesta auctione nõ saturatur eorum sitis, arenarũ scitiæ, volunt enim maioratus & annuos redditus, & hæreditates magnas emere, domos splendidas, diuiti supellectile ornatas edificare, & sic in laqueũ incidũt diaboli, iuxta Paul. ad Timo. Locuti sumus ita clarè & calculando in speciali, quia desideriu. salutis animarũ horũ miserorum & charitas vrget nos: & sic quia ipsi nõ

semper

semper doctos, sed blandiores ad eunt medicos, ut omnibus adsit curandi clara notitia.

§. X.

Dicimus quarto, & maximè aduertendo, quod debet mercator maximam adhibere diligentiam, & peritiam mercaturæ artisque emendi polere: nã si culpa sua carius ipse emit pannum, vel oleum. V. G. & non adfuit tempore congruo, vel maiores expensas quam par erat ob excessiuos sumptus fecit, tunc non poterit à se ementibus, hæc in pretio extorquere: nam si virtualiter respub. expensas & aliud quod lucrum concedit, ob beneficium prouisionis, illas tamen & illud, quod moderati illius status & bene scientes mercari temporibus suis, merentur. Vnde demum ad boni viri arbitriũ & appretiationem deueniendum est, quod est quasi vnguentum ad omnia: & cætera amittat mercator, secus restituere tenebitur: quod videns subtilis Scotus in. 4. dist. 15. q. 2. obtabat, ut respub. taxaret aliquid, quasi pro mercede mercatoribus, ut mercenarijs, tunc tanti quanti emissent venderet, quod iuste. Soto reprehendit vbi supra.

De monopolijs. §. XI.

DICIMVS Quinto, q̄ & si licitè sint cautela supradictæ, diligentiaq; negotiatoriæ in mercatura, omnino autè illicita sunt monopolia, siue cõuentiones inter mercatores, venditores, siue ementes, scilicet, ne cõueniant inter se, nemo (dicentes) vlnã panni Segobiensis vendat minoris quã 22. argenteis quã tale monopolium esset fraus iniusta, restitutioni obnoxia, neq; ementes cõuenire possunt, dicentes, nemo nostrum

nostrum emat maioris quam. 19. argenteis vlnam panni, sed si cognoscunt emptores, quod vendentes conuenerunt non minoris vendituros quã. 22. possunt, vim repellentes vi, conuenire non pluris dare quam 19. Insuper possunt conuenire in pio & conuenienti pretio diuisim, emptores inter se in pio, venditores autem, in medio & moderato pretio, quia istæ non sunt monopolia extra cancellos iustitiæ, ex vtraque parte.

§. XII.

Dico. 6. non licere carius vlnam panni vendere pretio dilato per annum, quam si statim soluere tur, quia de se est aliquid lucrari extra sortem, pro comodato, quæ notoria vsura est, ut dicitur infra: licebit, tamè ei, qui cõis mercator est, & de negotiatione viuut, omnia quæ sua exponit semper mercaturæ & lucro licito, ratione lucri cessantis, ratione illius quantitatis, quæ recepta merce differtur, aliquid amplius moderatè ultra id quod si solueretur statim augere. Sed hoc dicimus moderatè, quia nõ quicquid lucrari posset debet augere, nullis pensatis: sed ablatis & abstractis expensis, labore, periculis, à dubitatione valoris mercis, & adeo tot sunt subtrahenda & perspicenda, ut ferè nihil aut parũ augeri possit, & sic si. 20. argenteis panni vlnã vendit, statim soluentibus, pretio communi, visis circumstantijs augeat quartam argentei partem in vlna pro dilata solutione, anni vel dimidij. Sed hic labor hoc tractu sorbent mercatores pauperum sanguinem: nam cum isti necessitate coacti, semper emant, permittunt quodam coactionis abscondito modo, se torqueri & consumi, & sic miserè, vile

vile pannum quod alijs soluentibus statim, quinque venit, ipsi septem & octo & nouem, & aliquando duplicato pretio mercantur, dilata solutione, vñ que ad messem, vel vindemiã. Ex quo nimis mercatores ditantur iniuste, & ad restitutionem tenentur: & sat esset eis modo dicto aliquid moderatũ augere, fortè quadragesima parte pretij aucta contenti, ad æqui & boni iudicium. Sed & est alia fraus quod dicunt miseri: Domine soluam in tritico vel hordeo in messe, vel vino in vindemia, & ipsi mercatores admittunt, & sic prouidentur de necessarijs villius, quia quasi anticipant solutionem: vñ de resultat altera iniustitia restitutioni obnoxia, emptio nis villiori pretio, ob anticipatam solutionem. Sed tunc istæ duæ conditiones apponendæ essent. Prima, recipiam hordeum vel vinum, in messe vel vendimia, sine asportatione & alio sumptu tuo vel labore, eo pretio quo in loco tuo tunc in tempore solutionis valuerit communiter, & sine fraude, & si sic non placuerit solues pecuniam meam, pro panno, scilicet, decem argenteos regales, & quartam partem regalis pro vlna, quæ est auctuarium pro dilata solutione. Sed quis hic erit & laudabimus eũ? Nos vera scribimus & docemus pro confessarijs, ipsi viderint, nisi malint vt Dominus, sanguinem animarum de manu eorum requirat. Fatemur posse ratione damni emergentis (quod sic appellant) aliquid amplius ad compensationem damni accipere, pro dilata solutione, quam si statim solueretur, quod requirit prudentem, & sagacem computationem, vt exempli causa: ego qui mercator sum & vendo tibi pannum, debeo his cum quibus ne-

gotia

gotia gero soluere cras, centum, secus exactio ni iuridicè tribuar, Hispane, *me daran a executar*, soluo decimas executionis, & alias iustitiæ expensas, hæc damna ex eo quod distuli solutionem debitorum meorum, qui soluere statim nequibam, possum rationem huius damni, augendo pretium mercium, in futurum soluendum, pro damno iure expectato secuto, vel certissimo secuturo, compensare etiam si aliàs quod in me est, moraliter faciam ne sequatur, sed debet fieri huius damni recta & iusta distributio, & computari defectus, vti supra diximus de lucro cessante. Neque mirum hoc cum etiam incommodato hoc liceat: nam si quis petat centum commodari sibi, ego habeo centum pro soluendo debito, dico: Habeo, sed pro soluendo cras, secus fiet contra me expensæ & decimæ, si vis illa commodato, reddes damna, dico esse contractum licitũ, vt reddat centum & quindecim. V. G. si tanti emergens damnum æstimetur.

Monopolia quæ? §. XIII.

OMNE Monopolium in emptione & venditione est iniquum & iniustum, vocatur monopolium omnis secreta pactio & conuentio inter vendentes, vt nemo pducatur tales merces hodie nisi cras, quando quæsitæ auidius, crescet pretium: vt nemo vendat minus quã tãti, vt cogant ementes ad care emendum iniustitia huius contractus monopolij, siue fraudis, cõventionalis, d se liquet, & est obnoxia restitutioni: ex parte ementiũ sunt etiã monopolia, vt si tractantes cõcordarēt, ne quærerēt hodie in mercatu pannũ, siue linũ, sed si præcessit monopolium vendentium,

tium, licitè emptores quasi vim vi repellentes, possunt conuenire vt nemo emat hodie, neque amplius promittat quam decem, aut sex. V. G. & sic rarius peccatur in concordijs ementium quam vendentium, licet etiam conuenire inter ementes, non dare amplius quam quod merces expenderunt emptæ, & iustum augmentum, modo dicto pro lucro: talis enim conuentio monopolium non est, sed defensio exorbitantis lucri.

Mohatra quid? §. XIII.

EST Et contractus quidã defectu eximio charitatis introductus, & sitis magnę diuitiarum, cupiditatisque abundantia, qui commodatum palliatum dicitur, Hispane dicitur *Mohatra*: dant enim mercatores vnum vel duos inuolucros panni, vel serici, constituto in grauissima necessitate, ob dilatam solutionem (nollètes pecuniam commodare) computatione. 20. argéteorú regalium pro vlna, & postea ipsi mercatores emunt ab eodem eundé pannum, decem argenteis, vel vndecim pro vlna, hæc manifesta est fraus & vsus necessitatis proximi inquestum: & sic restituere tenebitur id quod excessit plus iusto, in vendendo dilato pretio, sicut quod dedit minus iusto, emens eundem pannum pecunia presentis. Ex quo proportionaliter deducere poteris, affinia & similia: moralia enim contractuum nequeunt sigillatim comprehendere.

Et quamuis in tantum inualuerit malitia sagacitasque mercatorum & vendentium, vt magis indigeant ementes ab ipsis liberari, & doceri. Et sic

in

in emendo in publicis emporijs seu mercium apothecis, nullus scrupulus ex emptione emptori remanere debet, eo quod minus emerit á potente & sic te vendere: tamen emens ab alijs non ad hoc expositis, in publico, vilius notabiliter aliquid, quia fortè ignorat & rem & eius pretium, tenetur docere rem, hoc esse, & multú valere, & tunc poterit ob hoc commodum minus emere ab illo, dummodo ultra dimidium iusti pretij, quod ipse cognoscit: tales ignorantia contingunt, in ignoratibus gemmas, adamantes, smaragdos, sardios, lapides, Hispanè *rubies*, & suaue olentia, vt ambarem, algaliã, moscum, & alia id genus vnguenta, siue etiam farmaciã, in quibus millies contigit barbaros inuectores ignorantes, deceptos, vilissimè vendentes, & sagaces ementes gnaros ditatos.

§. XV.

Dicimus septimo, omnem emptionem illam iniustam, quæ ab eis qui dominium rerum habere nõ possunt actu, contrahitur, quales sunt filiusfamilias, monachus, seruus, & in aliquibus etiam vxor. Et sic qui emit à filio qui sub tutela parentum, vel alterius parentis est, tenetur rem quã emit restituere, si adhuc res remaneat: secus pretium totum, quod valet, aut quanti communiter æstimatur. Similiter si à seruo vel ancilla, vel à monacho, neque potest iuste restituendo, abstrahere id quod seruo, filiofamilias, aut monacho, dedit pro re, quia ex quo iniustú contractum fecit emptionis, & dominium totum rei, remansit apud patrem, herum, Prælatum, siue comunitatem, quia illud transferri nequiui te absq; dominorum voluntate: restitui debet res integrè, si adest,

Zz

vel

vel pretium iustum, si abest, & quod emens dedit amittit iustè, quia iniustè emit ab eo qui non poterat, quamuis ille teneatur reddere in conscientia quod accepit: poterit tamen qui emit per se vel per alium, adire patrem, dominum, aut Prælatum, & dicere: tanti emi á filio, vel seruo, vel monacho tuo, hoc vel illud, redde quod dedi & accipe rem tuam, vel extrahe à pretio quod tui receperunt, & congruum erit vt reddat, vel diminuat, pater, aut herus, aut Prælatus. Sed rigore iustitiæ in conscientia non tenetur, nisi nouerit, quod receptum á filio, seruo uè in commodum suum acreuerit. Quod autem attinet ad vxorem dicimus, quod cum quædam æqualitas sit inter virum & vxorem, circa res familiares, & domus œconomiam, & gubernationem: semper tamè cum subiectione ad virum, qui caput mulieris est, unde emere vxori & vendere licebit, etiam abscondite à marito, res domesticas minores, etiam si ipse aliàs nollit, vt oua, linum, caseum, & alia muliebria, quæ indecenter tractantur à viris, licet & omnes merces & res magni pretij emere à muliere & filio, & seruo, expolitjs in publico foro vel emporio, ad vendendú, absq; aliquo scrupulo, quãuis excedant patris vel mariti, vel heri iussa: licet & á monacho qui officíum habet pcuratoris, œconomi, vel cellararij, vel simile, emere vel vèdere illi, absq; scrupulo, etiã si tales cõtra Prælatorú licentiã id aliquãdo facerent, tanta enim est vis cõtractus publici, & absq; fraude, vel suspicione emētis, vt excusatione inuincibilis ignorantia semper gaudeat: & vbi nõ præsumitur dolus contractus bonæ fidei, tenet iniustitia, & in conscientia publicus.

§. XVI

§. XVI.

Postunt insuper & supradicti, vendere, & omnes ab illis emere absque scrupulo, bona quæ vocantur castrensia, vel quasi, vt sunt quæ adquisiuit filius in bello iusto, vel artis suæ industria, vel sudore siue mercede laboris sui, extra paternam domum, & vxores quæ manibus laborant, in pannis siue tellis textedis, & similia: seruus autem & monachus, in hoc (sicuti & in multis alijs) æquiparantur, ex eo quod vel le & nolle non habent, neq; dominia rerú, etiã consumptibili ú vsu possunt vendere: seruus, quæ conceduntur ab hero vt propria, vt in auri aut argenti fodinis, post completam cotam quæ à dominis imponitur, solet quicquid sero vel nocte ex ramentis educunt serui, in illorú cõcedi dominiú, & religiosi aliqua conceduntur á prælatis ad solum vsum, quæ actualiter vel virtualiter permittuntur vendi, ad emenda alia necessariora: talia sunt horologia, imagines, quæ vel gratis monachus accepit, vel emit de eleemosynis sibi datis, vel aliquibus libris, vel codicibus exceptorijs, tam scholasticæ, quam prædicatoriæ Theologiæ, *cartapucios* ab Hispanis dicuntur, & quicumque talia á monacho emere poterit, quia virtualiter intelligitur talia monachis concedi, ex labore suo in vsum, & vt distrahere possèt ad emptionem aliarum magis necessariarum rerú, sed si talia etiam vendere Prælatus vetet, & emens sciat, iniustè emit, & restituere tenetur: sunt enim quæcumque, quomocumque acquirit monachus in Monasterio, Monasterij: iuxta peruulgatum axioma, Canonistarum, & Theologorum, neque

Zz 2 placent,

placent, & desideramus in visceribus Iesu Christi, ne placeat monachis, liberiores doctrinæ, quas quidam Neotherici Summittæ, blande volunt introducere: sed attenté & timorate, iuxta Paul. Videamus fratres vocationem nostram, non esse mercatorum, sed pauperum. In nostra tamen sanctiſſima religione Cisterciens. siue sancti Bernardi, obserua. Hispa. omnium bene ordinarum, facile speculum, est arctius hæc doctrina obseruanda, quia omnia monasteria (vti diximus supra cap. 9. præcedenti huius tertiæ partis) habent separatam & distinctam dominium in communi, suorum bonorum, & vnūquodque monasterium cognoscit pro filiis spiritualibus eiusdem professos, & illi illud quasi matrem, & sic etiam si tales viuant in alio ordinis monasterio, sub obedientia Prælati, ne quibunt tales res maioris pretij, quæ attulerunt a suo proprio professionis monasterio, librorum, & imaginum, etiam de licetia huius Prælati, cuius ad præsens sunt subditi, distrahere: quia res sunt dominij alterius monasterij, quod habet distinctum secundum iura ordinis, nisi cõuerteret pretium in re maioris utilitatis, vel eque suo professionis monasterio, cuius sunt res.

§. XVII.

Demum octauo dicimus licere merces, vltra supradicta carius vendere, quando in manu venditis meliorate sunt, quia tunc non esset simplex mercatura, sed ars vt qui veteres, & dissutas, & attritas vestes emit, & reficit, & consuit, & quodammodo renouat vt vendat: tales enim Hispanæ, *Ropænegeros*, o *ropantes* vocantur, licetque illis ex hoc beneficio augere pretia, secundum quod in melius rem mutarunt, & si

& si semi nouam vesté vel feré nouam reddiderunt, vt semi nouam vel feré nouam vendere quibunt, dū modo non adsit fraus, vel deceptio fucate apparentiæ, ex quo in reliquis meliorationibus licebit discurrere, vt in nutritione equorum, mularum, & arietum, & caprorum, quæ vnus anni emi solent, & vendi magno pretio nutrita, in quibus minor aut nullus scrupulus est, cum consistant in industria, sumptibus, & periculis, quæ omnia pretio æstimada sunt. Tenetur omnis venditor in conscientia, defectus latentes rei venditæ sibi notos, declarare eienti: secus si sunt patentes, vt si equum aut mulum vendat, qui habet vel infirmitatem, vel falsitatem occultam, sed si vendat cum suis defectibus, quos habuerit ex conuentione, non tenebitur restitutioni, aliàs fraus esset iniusta. Similiter quando res venditæ augment valorem ex hoc quod vel natæ sunt, vel fabricatæ in tali vel tali loco, vel officina, vt pannus ex Segobia, serica coccinea ex Granata, vinum ex Sancti Martini, vel Ripa Auia locis, decipere in hoc est fraus, dicendo pannum hunc esse Segobiensem, sericum Granatense, cum non sit, restitutioni est obnoxius vendens, quia fraus est.

Societates in negotiationibus quæ?

§. XVIII.

RESTAT De societatibus mercaturæ & cābiorum agere, cum enim homo animal sociale sit, ex hoc non mirum quod societates cupiat, natura ipsa, sed plures docuit cupiditas: nam ex hoc quod viderunt, siticulosi pecuniarum, quod quanto magis

gis crescit fors, ad negotium & mercaturam exposita, eo quasi in immensum, crescit amplius & lucrum, hinc adiuenerunt conglabationes pecuniarum, & mercium, ut duo aut tres, & eo amplius confocientur, & iungantur eorum pecuniæ, & vnus aut duo eorum diligenter negotietur, & postea lucrum diuidatur, hæc Hispane dicitur *compañia*, de qua societate quod primo dicendum occurrit, hoc est, quod si negotiatio illicita est, ad quam constituitur, sodalitas, non ex sodalitate efficitur licita, imo si vsuraria est, plures constituuntur consentientes, & vsurarij.

§. XIX.

Primo igitur est iniusta & vsuraria sodalitas, quotiens aliquis sociorum, petit securitatem suæ fortis principalis, vel partis eius: & sic si totius fortis securitatem petijt, tenetur ad restitutionem totius lucrari, etiam iusti, quod ei pro rata aduenit, & si dimidiæ fortis securitatem petijt, tenetur restituere dimidium, & si tertiam partem assureari petijt ad tertiam partis lucrari restitutionem, ut si verbi gratia, ego centum ducatos induco tecum, cum alijs tuis centum, ad mercaturam communemque negotiationem, dum modo tenearis tu in quocumque reddere integros meos centum ducatos, si lucratus sum triginta ego nihil illorum 30. lucratorum absque vsuræ peccato accipere possum, quia illos meos centum ex quo securos a te fieri petijt, mutuatus sum tibi illos, & non exposui periculo mercaturæ, sed tu solus in cuius periculum sunt expositi: at ratione mutui, ultra datum recipere est vsuræ, peccatum & iniustitia, ut visum est: idem proportionaliter dicimus, si dimidiã partem, vel tertiam, securas sibi reddi paciscatur. Secundum

cundum malum est & maximum, utpote communius, quod necessitate fratrum abutentes, aliquos consanguineos, affinesve, vel etiam extraneos, sollicitos & industrios admittunt, ad societatem mercaturæ & negotiationis, habentes paruum substantiã, qua parum possent: & quia illi maiores multo sortes habent, huic pauperi totum laborem, sudorem, solitudinemque committunt, & ex lucro solum id quod respondet pro rata suæ parue portioni, quam miscuit suis, vel parum amplius, illi diuidunt & assignant, quæ magna iniustitia est, imo tanto maior quãto industria & diligentia humana, præstat pecunia, & sic dicimus, quod est magna vsura, cum illa excessiva diligentia sit pretio magno æstimabilis, & ratione mutui, aufertur, sicque ipsa inter quatuor pro duabus partibus æstimari debet, & inter tres pro vna saltim: & si tres sunt sodales, vnusquisque ponens ducatos mille, duo hoc iure debent, & tertio qui persona negotia suscipit diligentiam & laborem, & industriam ponit, plus ponit quam duo posuerunt, neque vnum quadrantem ponere debet, & ex lucro tertiam partem iuste habebit, & si aliquid pecuniæ posuit, ultra tertiam pro rata, positæ fortis participabit, secus iniustitiam alij duo committent restitutioni obnoxia: imo tot esse possunt pericula, nauigationes, & labores, ut & ipsa vita exponi videatur, ut si mercatura in Nomine Dei portu Indiarum, Nouæ Hispaniæ, aut oppido Veræ Crucis, aut Insula Sancti Dominici, Portu Diuiti, vel Limæ, vel Cuzco Piru Regni, vel in Indijs Orientalibus, Goæ, Ormutij, Malechæ, &c. Tunc enim & ipse solus nihil, nisi industriam, labores, & pericula intromiserit in

societate, dimidium lucri meretur, sed si liberè vult aliquis subire laborem & pericula, & æqualem partem intromittere in sodalitate, dicimus, quod unicuique liberum est (si sui iuris est) dare: & per consequens alij poterunt sicut pecunias, sic & labores gratis recipere, & maxima amicitia est & liberalitas, quam vix patres pro filijs prodigunt, vel filij pro patribus, & rarissimè fratres pro fratribus. Videãt autem sodales ne hæc sit secreta & virtualis coactio, scilicet, quod illi pericula & labores vult sustinere, quia secus illum excluderent á sodalicio, vel si facit ob alium metum, quia tunc coactio iniusta est.

§. XX.

DE MVM Si hic tertius vel quartus, vltra mare vel in emporijs comendata negotia aliorum extra sodalitiũ gerit, cū lucro sibi licito, & ipse vult vel etiam in contractu societatis constitutum fuit, vt diuideret pro rata lucra, commendatorum sibi negotiorum extra societatem, suis socijs pro rata fieri potest, & licitè alij sodales suas partes recipere possunt, etiam si non se obligauerint ad solutionem male perditarum mercium commendatarum, quia in magna mole pecuniarum, & mercium cum ille tertius solam suam industriam ponat, bene possunt alij exigere, vt teneatur partiri quod extra negotia societatis in sibi ab alijs commendatis in loco vbi residet, lucrabitur, quia ex quo habetur quasi pro societate conductus, eius industria, & lucrum ex ea, societatis quasi est, iure, sed si non magna ita sit moles, neque negotianti magnum accessit ex societate & notabile lucrum, esset notabile & iniustum grauamen, vt ipse partiri teneretur id quod suo labore

re.

re, & industria, cum alia pecunia extra molem societatis lucraretur, vt dictum est, & (vt tetigimus supra) non ex eo quod socij negotiationis, partem accipiant lucri, commendatarum mercium, suo sodali, tenentur securitati earum, neque in iustitia, neque in conscientia, nisi se particulariter ad hoc obligauerunt pro sodali negotiante, & tunc iustè poterūt illum contractu obligare ad partitionem commodi, cum ipsi obligentur dispendio: non tamen è contra, vt dictum est, quia negotians voluit se obligare societati, ad partitionem lucri commendatarum mercium, ex hoc solo societas teneatur restituere amissionem earum per incuriam socij: quia in curia non est quid societatis, sed est culpa personalis: secus autem si se obligauerint.

Marrum est quasi lapis Lidius. §. XXI.

IGITUR Vt omnes iniustitias (vti iã in principio notandũ diximus) comprehendas contractu recurte ad mutuũ, & quicquid mutui ratione accipitur, id iniustum est, & vfararium: tum in cãbijs, tum in mercaturis, tum in quocumque contractu. Sed maximè aduertenda est differentia inter commodatum, & mutuatum, inter rigurosos morales Theologos: sunt enim res quæ vnico actu consumuntur, & quarum post vsum nihil remanet substantiæ; & talia sunt comestibilia omnia, & pecuniæ, & si quæ sunt huius conditionis, pannis, vinũ, carnes, pisces, mel, oleum, butyrum, fructus, olera, nummi; & talium fit mutuatio in rigore, & alia similis speciei, eiusdem mensuræ, reddi debent, & nõ amplius:

Zz5

secus

secus vsura esset, & aliquid ratione mutui acciperetur quod iniustum est. Sed pro. 10. modijs tritici, & pro decem vini amphoris, vel olei cantaris, vel pro decem ducatis, decem debentur & nõ amplius; quia vsus transferri nequit dominio remanente, & si distinguantur vel non (quod modo non disputamus) Aliæ sunt res fructiferæ quæ semper manent integræ in se, licet multoties illis vtatur quis, vt fundus, hortus, vinea, domus, molendinus, gemmæ, & iste, cum adeo distinctum habeant vsum vtilem, imo vsum fructuum, à dominio, vt habetur. ff. de vsu & hab. & l. si fundi. & tota institu. rerum diuision. & in his est licitus contractus conductionis & locationis, quem Hispanæ dicimus, *alquiler y arriendo*: sed aliæ sunt res mediæ, quæ aliquandiu durant, sed non nimis, si illis vtimur: consumuntur enim aliquibus actibus, & quocumque actu aliquanto consumuntur, sed non totaliter, & istæ sunt, vt equus, mula, libri, vestis, currus, carrucia, & tapetia, imagines, vasa, & tales res non solum murari possunt, sed commodari & pretis conducì, quicquid Thomas Mercado neget suo libro quinto, capit. quinto *de los prestamos*, in talibus non distingui vsum à dominio: secus non iustè conduceretur equi, & mula, & carrucia ad iter, & serui pedestres, imo & conduci solent & possunt vestes, & libri, & sic pro harum rerum commodatione iustè & absque vsuræ scrupulo, aliquid peti potest, & supra illud pacisci, imo & si sine pacto commodentur potest peti, quicquid dani receperint culpa recipiētis, & vtentis illis, vt quotidie contingit circa equos aquatos, siue in frigidatos, & mulas infirmas, vel mortuas in itinere, quorum

rum pretium petitur & debetur in iustitia, & conscientia, si sua culpa accidit conducto iter agentis. Si similiter si vestis reddatur disrupta, vel deteriorata, vel libri discerpti: hæc est doctrina communis adeoque frequenti vsu comprobata, vt testificatio superfluere videatur.

De Aethiopum seruorum mercatura.

§. XXII.

DE Negotiatione autem quæ in nostra Hispania maximè increbuit, ab hinc. 150. annis, maximè apud Lusitaniæ mercatores, scilicet seruorum Insularum Capitis viridis, vulgo *de Caboverde*, & Guineæ. Præsupponimus primo, Reges Portugaliæ habuisse verum ius, & merum, mixtumque imperium, supra ora Regnorum dictorum, quia in implicatissimum labyrinthum intrare niteremur, si de iure eorum disputare institueremus. Sat sit quod Emanuel, nunquam pro meritis laudatus, Rex, & duo Ioannes, filius, & nepos, fuere Christianissimi, & nunc Reges nostræ Hispaniæ Monarchæ, qui suis amplissimis Regnis ramum illum Lusitaniæ, qui ab ipsis fuerat discerptus, non sine Dei auspicio, diebus Catholicissimi Philippi Secundi inferuerunt, sunt nimis Catholici, & timorem Dei præ oculis habentes: hoc ergo sic ex hypothesi, siue conditione, iacto fundamento. Dicimus primo, quod quotiens quis in bello iusto capitur ab aduersario, amittit suam libertatē, & iustè habetur à captiuante vt seruus, etiã in conscientia, quia hoc est iuris gentium institutum, iuxta Aristotelē, lex

lex censio quædam est, per quam bello capta illorū fieri dicuntur, qui cœperunt: & hoc sic á peccato primorum Parentum quo bella esse cœperunt fieri legimus: tum in sacris, tum in profanis historijs, & contigisse sic apud barbaras & cultissimas nationes, & respub. ff. de stat. homin. l. libertas. & institu. de iure pers. Secundus titulus captiuitatis est ob culpas, quibus correspondent pœnæ, & sic sicuti apud Europeos, & Christi Iesu veri Dei cultores, ob homicidia iniusta, occissores occisioni damnantur & lignis suspenduntur, alij trirremibus addicuntur remiges inuiti, sic apud Barbaros Guineos, Aethiopes nigros, qui certa perpetratur crimina, amittit libertatem, & venditur, & pretium redditur parti læsæ, vel si non est pars læsa redditur Regi, vel Reipubl. & hic titulus iustus est. Tertius titulus est, cum pater nimia coactus necessitate filium extremæ patiens vendit, qui titulus iure gentium iure naturali vicinissimo introductus est, nisi mauis, ipso naturali lumine. Hi supradicti tres tituli iustissimi sunt, & omnes apud illos barbarissimos homines Guineæ, Madinguæ, & Monicongui, & Insularum de *Cabouerde* vſitatissimi, & in his casibus liciti, quoad vendentes & ementes: tum primo: tum secundo, & tertio, quia miserrimæ sunt gentes, & cum plures sint reguli, neque illis vnus dominetur Monarcha, plura sunt bella, & insuper in illis ferè nulla culpa, morte plectitur, sed libertate: attamen quod sentimus, in Domino dicamus.

§. XXIII

§. XXIII.

Omnis mercatura omnium nigrorum in seruos predictarum terrarū, est periculossima, dubijs plena, scandalosa, & viris Christianis indigna, neque mirum si tam graui censura illam notemus, cum sic illam notauerint magistri nostri viri doctissimi, & timore sancto pleni, sed ratione illam esse talem, probamus: quia iuxta regulā Spiritus sancti, Qui amat periculum peribit in illo, sed talis cōtractus plenus est periculis, cum sciamus certa Doctorum & timoratorum relatione, qui terras lustrauerunt, & horas illas, imo & eorundem mancipiorum optimæ rationis & intellectus, & satis in lege Christi. S. N. piorū: tū quod bella semper ferè inter Regulos illos sunt inulta: tum quod leges eorum pœnales nō sunt iustæ omnino, quibus priuantur libertate: tum quod iniuste & sine iuris scientia, siue probatione damnantur, pro inuidia & odio: tum quod ab auunculis venduntur consobrini, & à tutoribus pupilli dolo, & quod magis dolorem mouet, & periculū auget, quod dolo in naues mittuntur, & introducuntur: tum á nostris Christianis, oblita nominis sui obligatione, quibusdam alecti iocalibus, cacabulis, sonoribus, cimbalulis, speculis, aciculis, pileis, rubris: & insuper sūt quidam etiam Aethiopes, malitia excedentes, qui cum Lusitani sunt conuentionem habentes, & sūt quasi suorum venatores, & decipiunt multos, & adducunt pretio recepto, & sic more belluarum illos capiunt: & vendunt iniuste: vnde si res ad eò periculis plena est & incertitudine: ementes & vendentes, nihilis periculum amant, & per consequens iniustissimus est contractus, & mercatura illicita, & solo illo

illo casu licebit, cum constiterit, aliquo iusto titulo dictorum, mancipium quod emit amisisse libertatē iustē, & tunc alio modo (cum certo cōstiterit instrumēto vel fidedigno) tractandi sunt, qui bello capti, quam qui pro culpis venditi, & quam qui se ipsos vendiderunt, vel à patribus indigentibus sunt venditi, sicuti & ius seruitutis est diuersum; iam apud Christianos inualuit, vt Christianum captientes in bello captiuū, nō mancipiorū more habere, sed pro moderato pretio liberū reddere suis, neq; iā habet vim lex illa apud Christianos. l. 2. & inst. de patr. potest. vt parentes in quacūque indigentia, filios vendant suos, quæ est maxima Euangelicę legis lenitas: vnde visis tot periculis, ille sanctus, & verē pius Papa. V. anno. 1568. decreuit motu proprio illicitam mercaturam nigrorū Guineæ, & Insularū capitis viridis, & omnes captiuos venditos, intra decēniū liberos reddit, sed in tantū inualuit cupiditas comerciorum, vt importunissimis precibus desierit lex publicari, confessarij maximē aduertant, ne absoluant ementes & vendentes tales, sine humana certitudine, boni alicuius tituli dictorū: secus iniusta est venditio, & emētis iniusta retētio, sed manumittere debent, etiā si pretiū amittant. Si quis autē à parentibus proprijs nigros recepit, sicut alia bona hæreditaria, neq; alia via per malū titulū scit obuēnisse patribus suis, talis illa mācipia bona fide possidere potest: legatur Soto de ius. & iur. lib. 4. q. 2. ar. 2. & Mercado vbi supra. Contra hostes Euāgelij apertos, vt Turcas, Mauros, & hæreticos, semper est bellū iustū, & capti in illo sunt in toto rigore mancipia, idest, manucapta, & iuste possideri & vendi possunt.

De

De mutuo. §. XXIII.

V T Autem promisso satisfiat, de obligationibus restitutionis ex contractibus ortis, oportet dicamus: & quia mutuum inter contractus primas obtinet, de illo in principio dicimus. Primò, quòd secundum omnes Doctores, mutuum est quædā translatio dominij earū rerū quæ vnico actu consumuntur, hoc est, earū rerum in quibus post vsus, inutile remanet dominium, vel potius nullum: panis enim, vinum vè, transacto comestitionis & bibendi actu, quid quæso dominij remanet? Neque enim in hac Summa (vbi clatitati & breuitati studemus) est animus disputadi, num in rebus huius ingenij, vt sunt comestibilia omnia, & liquores, vsus sit res distincta à dominio. Solum dicimus, quod similia rerū quæ vnico actu consumuntur, tantum in rigore potest esse mutuatō siue mutuum: mutuum igitur vinum, panem, oleum, & cætera similia. Ex quo contractu, nulla obligatio resultat in recipiente, nisi æqualis in indiuisibili, ex vi mutui, ita qui amphoram vini recepit, vel tritici modium, vel decem argenteos, ad solam alteram amphoram, vel modium, vel alios decem argenteos obligari potest, ex mutui contractu, vel ad æquiualens in pretio iusto legali, & quidquid vltra exigitur, vitiat contractum mutui, & vsurarium reddit, & ad hoc caput, siue radicem omnis iniustitia, contractuum reducit, contra naturæ ius, & dictamen, hoc septimo præcepto vetitæ furti enim, & ablationis alienæ rei blandior modus quidam est. Sunt & aliæ res quę consumptibiles,

& si

& si sint non tamen vnico actu, sed pluribus, vt pallium, equus, vestis, libri, & istæc, & alia huius generis in rigore morali, imo & iuridico, non possunt mutuari, sed harum fit alia species contractus, quæ locatio dicitur, quia non fit dominij translatio earum, sed vtilis vsus, hic cum sit estimabilis pretio, potest quis iuste pro equo, quem tradidit, ipsum & aliquid amplius pretij pro eius locatione recipere, dummodo in pretio locationis nõ excedatur mensura: Sunt & aliæ tertiæ res quæ communiter nõ dicuntur consumptibiles, sed sunt radicatæ, & ultra hoc fructiferæ, vt domus, fundum, vinea, oliuetum, & hortus, quorum fructus, pretio sunt æstimabiles: si igitur reseruans mihi rei dominium & proprietatem, quam directam vocant, fructus tibi cõcedo pro pretio, vt fundi, horti, vineæ, oliueti, dicitur emphyteosis vel ad vitam, vel vitas, vel perpetuo: liquet ergo, omnẽ iniustam vsuram committi, ratione mutuatæ rei, & non ex alio. Vnde colliges omnes contractus quos Summi Pont. & Christiani Principes honestare voluerunt, suis motibus proprijs, vulgo nuncupatis, legibusque, habuisse quandam speciem mutui, & sic suis decretis, ab hoc abstrahentes, licita reliquerunt vt fit in cambijs & censibus: nam cambia, ratione securitatis & industriæ, quæ pretio estimari possunt, aliquid ultra sortem pecuniæ hic receptæ, exigunt alibi longius, sed cum iusto moderamine: & possum ego viderẽ alicui ius, vt supra bona mea immobilia exigere possit vnum pro quatuordecim, quod Hispanè vocatur *Censos de acatorze*, ex Leonis. X. & postea Pij. V. bulla, cuius tenores vt liceat talis emptio obseruandi sunt omnino, & sic qui Matriti, vel

Toleti,

Toleti, petit pecuniam Romæ, vel é contra, reddit & iusté cambiens recipit, ultra sortem quod communiter solet: de quo contractu latius infra. Contractus autem censuales vt vsurariam iniusti. iã fugiãt, dictarum legum Pontificum & Regalium, conditiones seruare debent, in iustitia & in conscientia: primam quod sit vera venditio iuris exigendi, vnũ pro quatuordecim, fundata super re valoris & fructifera, quæ Hispanè dicitur *hipoteca*: nam tunc illud vnum, recipitur tanquam fructus radicis emptæ, & rei fructifere, cum pacto retrouendendi pro eodem pretio, & sic vsura fugitur. Alteram conditionem seruare debent, quæ est vt eodem pretio in parte vel in toto remittatur ius, exigendi siue census, atque recipitur pecunia, & quod non cogi possit, censuarius censum redimere. Tertiam demum, vt quando emittitur tale ius in rei veritate numeretur pecunia, & trãsea in dominium vendentis ius exigendi censum, super res suas, quam conditionem aliqui Theologi & Canonistæ non de substantia contractus existimant, sed solum de solenitate, & sic in conscientia non vitare contractum: alijs oppositum asserentibus nos vero medijs incedimus, q̄ si apparet in presentia quando fit contractus censualis quicumque iustus titulus scripturæ, vel chirographi centi, vel alterius debiti, vel quæcumque res mobilis pecuniã valens, potest talibus iusto & legali pretio emi tale ius exigendi censum, seruata iustitia & legali quantitate, vnus pro quatuordecim, super quod iam sanctissimus D. noster Gregorius. XIII. sua declaratione dubium abstulit.

Aaa

De

De cambijs. §. XXV.

VLTRA Hos supradictos contractus, qui sicut veram rem, ita & nomen sortiti sunt, ita & alij quos adinuenit humana cupiditas neque rem forte, neque contractus nomen inuenere, sed in nominati sunt, vel sicut rem, ita & nomen furati sunt, vt cambia dicantur: licuit enim & probauimus, negotiationem siue mercandi artem & vendendi, nõ solum reipublic. vtilem, verum etiam necessariam, cum illa non solum quæ ad naturæ humanæ delicias, leuamen, pompam, & faustum, sed & quæ ad necessitatem vitæ necessario transigendæ exiguntur, communia sunt & omnibus præsto sunt; quam artem post naturam lapsam per peccatum, à iure ipsorum gentium credimus introductam, sicut & ipsam rerum diuisionem, & appropriationem. Cum ergo nec omnes homines, omnia simul possiderent, quæ utilia & necessaria sunt transigendæ vitæ, nec omnes Prouintiæ, in quas post diluuium homines dispersi sunt, vt exules, omnia gignat & producant, supra dicta, hinc ortum habuit primus & antiquior cambendi modus sic in rigore dictus: & sic qui abũ dabat pane illo ab alio vinum habente, vel oleum, vel mel, illa pane cambiebat, & è contra, sed semper quasi ex lumine naturæ ducti homines, aliquas res communiore & portabiliores, quasi aliarum rerum pretia statuerunt, vt fuere in initio pelles animantium, quibus induebantur homines, & sic intelligunt Doctores sancti, illud Iob. 2. Pellem propelle, & omnia, &c. sic fuere metalla pretiosiora, seu aurum & argentum, pondere appretiata, vt ceterarum

terarum rerum essent pretia. Sed tam temporibus Abrahæ vsus erat monetæ, vt liquet Genes. 23. quo beneficio, omnes res orbis facili negotio emi poterunt, & appretiari legaliter, vel ex conuentione, existente moneta quali mensura & pretium valoris, omnium aliarum rerum.

In moneta duo consideratur.
§. XXVI.

IN Moneta autem possunt considerari duo. Primum, ipsam monetam consideramus vt natura quædam est, seu alia species rerum, aurum videlicet, argentum, aut æs, & secundum hanc considerationem, non sunt aliarum rerum pretia præcisè, sed sunt sicut alia res, materia antiqui cambiij, quod Hipane dicitur, *irueque*, modo supra dicto: & secundum hanc considerationem, metalla sunt, & per consequens merces esse possunt, & alio pretio metiri. Secundo modo consideratur in quantum à Republica, vel Monarcha, designata & statuta est, sigillataque, vt mensura, & pretium aliarum rerum sit, quod officium denotat in illa imago insculpta, schemata, & inscriptiones: & hoc modo, consistit in quodam indiuisibili, & est quædam Mathematica vnitas, nec habere potest rationem mercis, emi vendiue.

Insuper aduertendum, quod per multa annorum millia, hoc solo beneficio monetæ, & facilis eius transportationis, mercaturæ ars, & prouisio necessariorum, & vtiliũ ad vitam, dilatata & cõseruata est.

Sed cum ex peccato primo, cupiditas, iuxta Paul. ad Thimo. 6. Omnia malorum radix, inter homines creuerit & in ipsa mercatura & in omnium rerum pretio, pecunia, scilicet, irrepleat malum, pullulauit auaritia, orta est exactio, pauperum & miserorum afflictio, quæ omnia vsuram pepererunt. Hoc enim nomine iniustam exactionem & extortionem augmenti ultra sortem datam, in pecunia, vel in rebus pecunia æstimabilibus, significarunt: ab antiquo Latini, quod vitium vt scædum & contra naturam iniustum, auertit Deus lege sua á populo illo prisco, á se electo mille locis Scripturæ sacre, præcipue Exo. 22. Leuit. 25. & Deut. 23. Multiplicata autem per nationes mercatura, ad faciliorem eius executionem, & negotiationem trans mare, in remotissimas Provincias inuenta est ars cæpsoria, quæ etiam in principio solum vires habuit in cõmutatione pecuniarum, argentearum pro aureis, ærearum pro argenteis, proportione seruata, cum aliquo auctuario pro cõmoditate & euitatione sumptuum, & faciliori cõportatione de loco ad locum. Aduertendum adhuc, quod ex diuisione gentium per varias mundi regiones & plagas, etiam euenit, quod in vnaquaq; regione, Principes, siue respublicæ, instituerent: tum loca commodiora: tum tempora & dies, in quibus mercatus siue nundinæ fierent, ad quas ex varijs Proincijs, etiam remotioribus, conuenirent homines asportantes mari terraque merces, quibus terræ illæ carebant, nundinarum, & abundarent asportantiũ, vt & in diuinis historijs memorię proditiũ est, vt Genes. 37. refertur de Ismaelitis comportantibus de Gath super camellos aromata, resinam (quã nos

medi-

medicinam thæribintinam appellamus) & stactem in Egyptum, & Esai. 23. Magnificat Dominus per Prophetam superbiam Tyri, & Principis eius ob magnitudinem comertij. Et Ezechiel. 27. Ad longum describuntur mercatus & nundinæ Tyriæ ciuitatis, eorumque oppulgentia, & variarum mercium & diuitiarum congestum omittimus aliarum gentium, & Monarchiarum mercatus & nundinas, & descendentes ad Europeos nostros, & post prædicatam legem Euangelicam sanctissimam, & in speciali quali pro exemplo illas nostræ Hispaniæ proponentes dicimus: quod has nundinas nostri Hispani *ferias* vocant, & non impropriè, quamuis aliquantulum translaticiæ, sicut enim dicuntur feriati dies qui, á laboribus corporeis sunt immunes, sic dies mercatum priuilegiati, & quasi feriati sunt á tributis, ob commoditatem artis mercaturæ & mercatorum, & quamuis ab immemoriali semper, in nostra Hispania fuerint & tempora & loca aliqua destinata ad commune aliarum nationum emporium: tamen à diebus gubernationis Infantis incliti, Ferdinandi Castellæ, filij Ioannis Primi Castellæ Regis, & ex matre nepos Petri Aragonũ Regis Quartii: imo & postea ipse Aragoniæ Rex, nomine sui pupilli Ioannis Secundi Regis Castellæ, hoc specialiter fuit institutum, ipse enim designauit mensem Maium, nundinarum terminum in Metina Campi, nobili Castellæ veteris oppido. Secundas instituit mense Octobris, ibidem; designauit etiam alias nundinas Metina de Rioseco, & Villalon, oppidis iudic Campensibus, sed illæ Metinæ Campi, magis perseverarunt vsq; ad nos illustres, institutumq; fuit, vt

Aaa 3 di&is

dictis temporibus & locis, liberè mercatores è Flan-
dria, è Galia, ex Italia, & ex tota Hispania, ad emen-
dum vendendumq; liberè concurrere possent, sed
effecit cupiditas inordinata, vt ferè nihil de merca-
tura nostris diebus ibi exerceatur, sed omnes nundi-
næ conuersæ sunt, in terminos & solutiones, câbio-
rum, & lucrorum, quæ Hispani *pagos o pagamentos*
dicuntur. Postea Vlisipon nobilissima metropolis Lu-
sitaniæ, illustris mercaturæ locus facta est, à tempori-
bus Duarti Regis Portugaliæ, & Alphonsi V. qui-
bus cœpta est nauigatio & comportatio mercium au-
ri & gemmarum, & odoramentorum, ab India Ori-
entali ab Ormutio, & Goa, & Malacha. Postea Hispa-
lis antiquissima Beticæ ciuitas, illustris nundinarum
omnium & mercaturæ forum generale facta est, fe-
rè totius orbis nationum, à temporibus Ferdinandi V.
& Caroli Quinti Imperatoris Hispaniæ Regum, qui-
bus cœpta & confirmata fuit longissima nauigatio,
ditissimaq; classium comportatio argenti, ex Noua
Hispania, & auri ex insigni Prouincia Piru, ibi con-
currebant omnes ferè nationes pro oneratis classi-
bus varijs mercibus in Americam, & alias Terræ fir-
mis Prouincias, Insulasque Occidentales. Et in Bur-
gis ciuitate ab hinc quinquaginta annis oppulen-
tissima inualuit mercatura, inualuit & magna ex
parte ab hinc octuaginta annis Toleti Hispaniarum
Metropoli.

Quando cambia cœperint. §. XXVII.

DEDVXIMVS Hucusque tellam & filam
quomodo ab initio cœpit mercatura, quomodoque
sicut

sicut ad alias nationes ad nos peruenerit, nunc restat
dicendum, quomodo mercatura quæ simpliciter ho-
minibus & rebus publicis conuenientibus, necessa-
ria fuit, pepererit quasi filiam artem campforiam,
quæ proculdubio, & si non simpliciter necessaria,
vbi tamen vitis ad comercia amplianda facilio-
raq; reddenda fuit, iuste exercita si esset: nam cum à
distantissimis Prouincijs remotisque locis, conue-
niant mercatores, & per loca transeant, periculis ple-
na, mari terraq; vtile fuit literis loco pecuniarum uti,
& absentes pro presentibus mercibus recipere, &
absentes merces, pro presenti pecunia dare. Camp-
foriæ autem artis nerui, & tota vis consistit in fide,
quam vulgo creditum vocant, & ex hac arte adhuc
partus exiit, exorta est enim à campforia, ar deposi-
tiorum, qui sunt in duplici differentia: alij enim
sunt à repub. instituti, pro asseruandis pecunijs alij
quæ depositis, indeterminatis, iudicium sententia proprijs
dominis reddendis, & ij communi vocabulo depo-
sitarij dicuntur. Sunt & alij quos mercatores & câ-
psores adinuenerunt pro asseruandis negotiorum & câ-
biorum pecunijs & negotiationum, quos nos Hispani
bãcos ocãbios appellamus antiquitus, telonearios di-
ctos hi mercede quadam ob laborem, custodiam &
numerationem siue pondus sunt conducti.

§. XXVIII.

HIC Labor, hic angustia, qui aduentum est
ad locum, vbi aperire expedit quas introduxerit
in iustitias, extensa scabies cupiditas: nam cambien-
dimodi (vt diuisione equiuocationem & confu-
sionem fugiamus) sunt in triplici differentia.
Primus est modus cambiendi Realis, quem &

utilissimi. Cum diximus pro augenda mercatura & cõferuanda, & in rigore hic solus modus cambium dici potest verè, estque quædam permutatio pecuniæ vnus materiæ; pro pecunia alterius, vel etiam presentis pro absente, cum aliquo auctuario ratione utilitatis, aut detrimenti, pretio æstimantis, vt qui dat monetam auream pro argentea, ratione facilioris comportationis, aliquod minutum commodum potest ex pacto exigere, vt qui pro scuto aureo valente modo in Hispania legali valore, quatuorcentos marauedinos æris, peteret duodecim regalia argentea, quæ excedunt, in quarta ferè parte regalis, cum vnumquodque regale legis pretio æstimetur, triginta quatuor marauedinis æreis; similiter qui regale argenteum daret pro nouem assibus quadrantibus, quos Hispani *quartos* vocamus, qui faciunt triginta sex marauedinos æris, ad hunc modum cambij reducitur quod quis det in vno loco pecuniam, recepturus in alio distante, vbi illa pecunia legaliter, pluris æstimatur in valore, & illud auctuariũ recipere potest, vt qui argenteos dedisset Matriti vbi (vti dictum est) æstimantur pro triginti quatuor marauedinis æreis, recepturus Nauarræ in moneta ærea, vel argentea: æstimata triginta sex marauedinis sicut & in Aragonia, vel in Lusitania, vbi vnumquodque regale Castellæ, æstimatur quadraginta marauedinis (ipsi Lusitani, *res* vocant) & qui Matriti vel Vallisoleti scutum daret aureum æstimatum ibi quatuorcentum marauedinis, recepturus Romæ, vbi æstimatur legali æstimatione (de hac enim sola, nobis est sermo, non de alia, quam campsores absque autoritate sibi fingunt) quatuorcentum quadragin-

draginta marauedinis. Similiter è contra, qui dat Romæ scutum aureum Hispanum, potest exigere Matriti vel Vallisoleti, pro vnoquoque scuto dato Romæ, illos quadraginta marauedinos auctuarij, pro commoditate, & alijs ablatis incommodis, & hic modus cambiendi semper fuit licitus, dummodo à dicto non excedatur, & hic nulla est ratio mutui, in eo quod attinet ad auctuarium, sed meri commodi vendibilis.

Cambium siccum quid? §. XXIX.

SECUNDVS Cambiendi modus est, quem aliqui siccum, nos fictũ siue imaginariũ vocamus, & hic est (relictis innumeris quæ sanctus Antoninus, frater Thomas Mercado, Syluester, & Nauarr. cap. 17. manua. & tractatu speciali de cambijs distinctionibus, & aduertentijs adferunt, quæ potius confusionem pariunt) & committitur, cum quis pecuniam, vel aliam quamcumque rem pecunia æstimabilem dat, modo hic, vt recipiat postea hic, vel alibi cum auctuario, ratione dilatæ solutionis tantum: & quia cum hoc verum sit mutuũ, quod ex lege naturæ & Christi reparatoris nostri, fieri debet nihil in desperando ultra sortem datam, Matth. 5. & Luc. 6. Adinuenit humana malitia multa opperimenta, fucatosque colores, quibus quali personarent mutuũ, & darent illi aliud nomen furatum contractus, do, vt des, facio, vt facias, do vt facias, vel facio vt des, sed in rei veritate est mera mutuario, & augmentũ, quod exigunt vsurarium est & illicitum, vt pote veditio necessitatis proximi, seu subuentionis eius: & sic

fic si caput & radicem vult quicumque conscientiarum medicus, & animorum perpendere, iniustitiæ horum fictorum contractuum, videat primo, si in mutuo fundetur, aut si sit alia ratio addita: damni alicuius, vel expensarum, vel laborum, vel alicuius pretio æstimabilis, quæ obueniant danti ex eo quod dedit, vel commodauit, & tunc iam iudicare poterit, quod extra sortem quam mutuauerat (vlti quæ ex vi mutui, nihil iustè exigere poterat) potest aliquid amplius pro supra dictis damnis, & laboribus in pactum deduci.

*Quid fictum cambium in particulari
sit §. XXX.*

HVCVSQVE In hoc secundo modo cambiendi ficto generaliter locuti sumus, descendamus oportet ad particularia, quæ pro exemplis deseruiant, pro doctrina supra posita dilucidanda: & inseruiant sibi ipsis cognoscendis. Primo igitur quicumque pecuniam dat in præsentem in hoc loco, reddituro in eodem vel in alio (idem etiam iudicium est de quacumque merce) & in pactum actuale, vel virtualem statuit, vt reddatur ei quantitas quam dedit determinato tempore, post mensem, vel post annum, statuendo pro quocumque mense, vel anno, vnum, duos, aut plus, pro vno quoque centenario ad mensem vnumquemque, vel annum, quibus differt solutionem principalis sortis receptæ, illud quod vltra illam recipitur, est cambium fictum, & receptio clara & iniusta rei alienæ, siue vsurpatio vsuraria, restitutioni obnoxia: & hæc est ad eam doctrina

doctrina plana & perspicua in morum Theologia, vt contrarium asserere, sit propositio scandalosa, & bonorum morum destructiua, ne dicam hæretica. Hæc dixerimus vt cū quis legat pium Nauarrum in suo tractatu de cambijs, & cap. 17. Manual. numero 284. & infra, & quemdam Theologum doctum Frat. Ludouic. Lopez in suo Instructorio conscientie, dicentes licere cambia, & exigere aliquid vltra sortem, pecunie præsentis, pro pecunia absente, nõ intelligat illos locutos de hoc modo cambiendi, quem nos merito fictum cum eodem Nauarro, imo & cum Pio Quinto Pontific. maximo, in suo motu proprio (de quo infra latius) appellabimus. Est huius speciei seu modi cambium illicitum cum quis dat Matriti, verbi gratia, cuidam Dinastæ, vel Principi, pecunias receptis ab eo literis de soluendis illis Antuerpiæ, Bizanzone, aut Romæ, cum scit, vel scire debeat, aut suspicari, prædictum Dinastam, aut Principem, Antuerpiæ, Bizanzonæ, vel Romæ, pecunias non habere reddendas, neque creditum, aut qui pro illo respondeat, & negotia gerat, quia tunc (vt primo narremus factum) literæ illæ confinguntur, & campfor aliquando literis Dinastæ apud se retentis, post transactum tempus statutum, repetit pecunias, quasi fingens se literas destinasse ad prædicta loca, & ad se remissas, cū ibi non adesset qui illis responderet, ex parte Dinastæ, & sic vltra sortem cambia expetit, nihilominus, ac si industrias & labores, securitatēq; interposuisset, recipiēdo illic, in quo liquido patet fictio vsuraria, & siccitas veritatis contractus, quia in rei veritate, quæ mutuatur Matriti & aliquādiu solutionē sperat, cambia exigit vltra sortem: fit

fiat hinc & peius & iniustius, quod aliquando campfor, prædictas literas remittit ad supra dicta loca numdinarum, in quibus campfor ipse negotiorum agentes & respondentes habet, illis præcipiendo, vt diligentia facta inquirant respondentem seu agentem, prædictorum Dinastæ, seu Principis, quem scit non esse in rerum natura, vt ibi pro illis literis soluant: tam in sorte principali, quam quoad cambia, & hoc factò sub fictione habent in iussis, vt eadem quantitatem cum cambijs illuc usque decursis, recipiant quasi ad cambium per literas, vno factò cumulo, cum nouo auctuario cambiorum, & remittunt campforibus heris suis, Matritum, Verbi gratia, vel Hispalim, super caput tristes Dinastæ. Vnde resultat, vt miser transactò anno his fictionibus, & reuolutionibus, cambiorum & recambiorum (licet nobis enim in hac materia vocabulorum fingere claritatem, & si non fugiamus barbariem, sicut ipsi fingunt contractus) ita vt soluat quinquaginta pro vnoquoque centenariò, sorte principali integra manente. Estq; demum fictus, & vsurarius contractus dādo vel recipiēdo pecuniam pro pecunia, vbi nō aduenit aliqua ratio ob quam auctuaria possint peti, ex parte dantis, quæ ratio contineat aliquid pretio æstimabile.

Quæ cambia licita in hac specie.

§. XXXI.

EX quibus infero primo, posse iustè & licitè dās pecunias aureas, cum pacto recipiendi argenteas, vel

vel æreas, seruata ista æqualitate valoris proportionis, cum auctuario (quod vocant per minutū) quod reddat pro vnoquoque scuto aureo duodecim regalia argentea, quia hoc quod aufert, ultra sortem, est iustum ratione incommoditatis, quæ obuenit danti auream, in pondere & impedimento, quæ fit per consequens commoditas in recipiente, vt de se liquet. Aduertenter diximus, quod sit incommoditas in dante, quia omnis tractatio materiæ cambiorum, præsupponit homines habentes pecunias destinatas & expositas ad mercaturam, & negotiationem, iuxta vulgare proloquium Theologorum & Canonistarum quia secus in cambientibus aureas pro argenteis monetas, vel è contra, quorum alter vel neuter, neque negotiari solet neque cogitat, cum in talibus, vel tali, nulla confluat commoditas vel incommoditas, quæ pretio æstimari possit, etiam hoc cambium pro minuto non licet, cum in multa quantitate non minutum, sed magnum fit, cuius illationis doctrinam, non negat Scotus in. 4. Sen. dist. 15. q. 2. artic. 2. in qua tota distinctione satis acutè & grauitèr de hac materia loquitur, & libenter illam concedit Nauarr. citato cap. 17. Manua. Latini. nu. 287. vti nam non aliquanto largius procederet, & blandius in hac materia.

§. XXXII.

Secundo infero, quod postquam in tantum creuit cupiditas, vt in mercatoribus augmentum & utilitas mercaturæ parua appareret, eximie ab hinc sexaginta annis diminuta est mercatura, & modo ferè totaliter deperdit, & tota negotiatio quæ subuertit mundum à cardine in cardinem, est quedā plusquam

quam Metaphysicæ, & imaginaria machina, qua negotiorum homines, per fidem, siue (vt ipsi vocant) creditum & literas, omnium mundinarum mundi molem portant, & omnis negotiatio redacta est, ad pecuniarum contractus, præsentium pro futuris, litterarum pro literis, & multoties fit, & credito in aere, (vt aiunt) fundato, vt iam neque vlna panni, neque serici interueniat, & in tantum increuit acuties & humana prudentia filiorum huius seculi, vt à diuo Augustino, sancto Thoma, vsque ad vltimū Theologorum, & à primo vsque ad vltimum iuris peritorum, quos innumeros circa præsentem materiam ferè, & legimus, & vidimus: nemo tamen est, qui in facto omnes rimauerit latebras, vnde & in doctrinâ hoc tempore apparebunt diminuti, nec mirum cū huius seculi filij filijs lucis prudentiores sint: tamen in generatione sua. Sanctus Antoninus tamè, & Syluest. vtpote ex Theologis nati & nutriti in Italia Prouintia, omnium negotiantium, & cambientiu ditissima, & Frater Thom. Mercado Dominicanus Hispanus, & hoc, post decurfos aliquot annos in Hispalensi illustri negotiantium Academia, & Doctor Nauarrus ex iuris canonici peritis, super caput fin. de vsur. & Manua. Latino, cap. 17. sæpius citato, & hoc etiam crediderim postquam facti huius artis, discipulus factus est Romæ per aliquot annos: hi largiores stiterè, & magis factum huius adinuentio nis calluerunt. Sed adhuc non totaliter: fatemur & nos, quod & si multa pro ingenij tenuitate congeramus in eremo, circa hanc materiam: tum studijs inseruendo: tum professioni leaturæ Theologia: at postquam apulimus ad hanc Regiam Hispaniæ

paniæ curiam, ex obedientia pro concionibus Verbi Dei in ea faciendis; & pro fundando nouo monasterio Diuæ Annæ, nostri sancti Bernardi Religionis, in genue fatemur nos facti negociationum huius temporis, factos discipulos, & multas calluisse regnas, gratias Deo.

§. XXXIII.

TERTIO Infero, quòd cū iam solum pecuniarum constet negociatio, cambientium industria factum est, vt & ipsa pecuniæ transferint in naturam mercium, & harum voluerint vtique quasi priuilegio, & quæ pretium omnium rerum sunt, à Reipublici iure gentium institutæ, quasi ductu luminis naturalis, iam ab illis appetitæ sunt, & ex negotiatium compacto, absque alia autoritate ad ipsorum nutum nunc carius, nunc vilius æstimantur, vel potius dicas emuntur, quod & immerito largius quam parerat concessit licere, pius & doctus Nauarrus dicto cap. 17. quod miramur in viro aliàs timorato, & circumspecto in rebus conscientia: nam pecunia tantum (secundum omnem Philosophiam morum, & naturalem) duplex tantum habet esse siue vnum esse sub duplici consideratione, vnum esse dicitur naturæ, siue Reale, quia aurum moneta aurum, & argentum argentum est, & talium metalorum pondus habet & valorem, ex illisque anulli, torques, & vasa alia, vt ex alijs auro & argento, confici possunt: & secundum hanc considerationem, sicut cæteras merces, fatemur valorem mutare posse, & raritate crescere in illo, & abundantia decrescere, sic contingit in ponderibus auri quos nostri Indiarum cultores vocant pesos, & in libris argenti, quas nostri mangos vocant: in super

in super fatemur, quod in monetis secundum hanc considerationem, potest fieri appretiatione, sicut in alijs mercibus, respectu perfectionis & altioris legis, quã legem nostri, in auro vocant *quilates*, in argento vero *cedra*, iuxta quam consideratione fatemur, posse monetam eiusdem ponderis aureã, perfectioris legis, seu Hispanice *de mas quilates*, vendi carius & æstimari, moneta aurea inferioris legis: vt contingit in scutis aureis, quæ cussit Ioannes. II. Portugaliæ Rex, & illis Ferdinandi. V. & Elisabethæ Catholicorum Regum Hispaniæ, quæ vocantur Hispanice, *doblas de cabeça*, aut vulgarius *de dos caras*, quia cussa sunt ex auro viginti trium graduum purissimo, siue quilatum vulgo: quia vt sic talia scuta, alios vsus habent, (vltra illum legalem monetæ qui consistit in indiuisibili, vt dicemus infra) vtilis, & commodos pretio quæ particulari æstimabiles, quod donamus Nauar. vt esse liquidabile ad deauranda vasa argentea, vel ærea, cupreas, & etiam vt ex illo conficiantur panniculi, siue delicatissimæ membranæ, ad deauranda ligna, siue lapides, quæ Hispanice vocantur, *pares de oro*, & artifices huius extenuationis vocantur *batedores de oro*: quæ duo opera & vtilitates, ex auro minoris legis, seu quilatum vulgo, resultare non possunt. Idem proportionaliter dicimus de argenteo: nã de monetis alijs æreis quas vulgo vocat *de vellon*, nõ est opus hic quoad præsens, exemplum tractare, quia ferè nullum habent valorem in genere rei vel naturæ. Alio modo considerari possunt monetæ formaliter (vt cum Logicis loquamur) seu secundum rationem monetæ, siue valorem legalem, quem habent à repub. siue Monarcha, vel alio quocumq; Principe superio-

superiorem in temporalibus non cognoscente, & hic valor consistit in indiuisibili, habetque punctum fixum, cum habeat rationem numeri Mathematici, vnusvè ponderis, & secundum hanc consideratione, quæ formalis & propria est monetæ, ipsa est pretium omnium rerum & mensura valoris, ipsa autem vt sic, nullatenus est appretiabilis, vel vendibilis, vel mensurabilis, nisi se ipsa, vel alia quæ legaliter eandem faciat æstimationem, & valorem legale, & sic secundum hanc considerationem, idẽ omnino sunt quatuor moruedini ærei, atque quadrans æreum, Hispanice, *quarto*, & idem omnino sunt octo quadrantes & dimidium ærea, atque regale argenteum Hispanicum, & idem sunt vndecim argentea regalia, cum vno moruedino æreo, atque ducatus aureus, qui iam non extat, & idem duodecim regalia, extractis octo dipondijs æreis, atque scutum aureum Hispanicum, & quatuordecim argentea regalia, idem omnino sunt atque coronæ aureæ regum dictorum Catholicorum, & viginti octo regalia argentea, idem omnino sunt atque scuta illa quæ vocantur *doblas de cabeça*, Hispanice *o doblones viejos*. Iniustitia igitur est, recipere, aut exigere in Flãdria, p duodecim argenteis datis in Hispania, plusquam sexaginta plaças minoris monetæ Flandrensis, & è contra esset iniustitia, pro minore computatione quam sexaginta placarum datarum in Flãdria, exigere ibi, vel in Hispania, duodecim regalia, quia hæc æqualitas monetæ ad monetam, etiam diuersorum Regnorum, in indiuisibili debet seruari, secundum proportionem loci: secus contractus esset vsurarius, ex hac parte. Doctrina est Scoti in. 4. dist. 15. q. 2. art. 2. & concedit Nauarr.

sui ferè oblitus cap. 17. manua. numero. 287. & qui hoc negaret, per consequens fateretur, se lumine naturalis cognitionis orbatum. Vnde duplex ex his cōtractibus pecuniæ pro pecunia solet resultare iniustitia. Prima est, quod illi iniecerunt contingentias, mercium modo, præsentem carius vendendo (vt ita loquar) pro absente, & reddenda, etiam eiusdem valoris legalis, in talibus vel in talibus nundinis, vt quod qui recepit Marti centum, ad primas nundinas, soluat Binzanzonē centum & septem. Antwerpia autem, centum & decem, & aliquando pro suis libito & contingentijs alijs, adaugent ad duodecim pro centū, & quatuordecim, & quindecim, & eo amplius: quæ auctuaria & imaginatæ fictæq; mercaturæ, quis sanæ mentis filius Christi Iesu per Euangelium, & Apostolorum, iusta dicit & licita, & nō vsu raria? Insuper respectu variarum personarū, variant in pretio: nam alio auctuario dant mercatoribus, & negotiorum hominibus (tales talibus) minoris satis quam alijs hominibus pecunia egentibus præsentī. Secunda iniustitia est, quod fiunt monopoliæ, seu cōgeries pecuniarum, inter vnum aut duos, aut plures, sicut in alijs mercibus, quod diximus vocari Hispanè *atraveffar*, & sic isti vultures in olfactu cadauerum excedentes, quando olfaciunt, quod in talibus vel talibus nundinis rariores erunt pecuniæ, quia Prouincia illa bellis, vel egestatæ depauperata est, vel quia defecit classis, portans aurum & argentum, isti duo vel tres, ad cambium accipiunt omnibus artibus & medijs, omnes pecunias quas possunt ferè innumeras, & sic oneratifsimi ad nundinas vadunt, & cum raritas sit pecuniæ, & quæ est, inter

tres

tres aut quatuor congregata est, cum alij homines negotiorum egeant illis pro suis solutionibus in nundinis, & accipere cogantur ad cambium, pretiū auctuarij, in voluntate libera habentium pecuniam præsentem tunc est, & sic qui congregarunt accipiētes quinque, vel septem pro centum responsuri, nūc dant centum, pro centum & quindecim, ad cābium pro alijs nundinis, & vtinam non eo amplius: ecce alia immanis iniustitia, & hac tella totum orbem complexum habent.

De cambio mixto quid? §. XXXIII.

TERTIVS Cambiendi modus est, quē mixtum appellare libuit, quia aliquantulum participare videtur ratione prædictorū duorum modorum, rescatis iniustitijs, & hic talis est contractus quidā, innominatus, quo quis pecuniā dat alteri, vel aliquid pecunia æstimabile, cū pacto reddēdi fortē principalē, & aliquid moderatū, pro auctuario vltra dictā fortē, pro lucris moraliter certis & vt in plurimum euenientibus, quæ cessant ob datā tali pecuniā, vel merces, & etiā ob dāna quæ resultāt, & pericula dāti ipsi, ex hoc quod dedit, & etiā ob industriā à dāte positā & ob cōmoditatē recipiētis. Grosiorimodo sufficēti tamē (vt arbitramur) & patēti hūc tertiū modum descripsimus, quia & vsitatior est, & cōditionibus in descriptione defixis, obseruatis, licitus, à nobis probabitur, & sic sigillatim omnes descriptionis partes placuit explicare, auditum attentum præstent, tam negotiantes homines, quam confessarij, eorū & cōsulētes. Primo, quasi pro genere cōtractū posuimus,

Bbb 2

quia

quia omnis conuenientia & commercium hominum super res temporales, contractus dicitur, à con, quod est simul, & tracto, quod est quasi simul tractare, & hinc indeq; conuenire: estq; inominatus hucusq; nomine speciali, cum neque venditio sit, neq; alius ex nominatis à iuris peritis hucusque, quia aliquid habet emendicatum ex diuersis contractibus, & cā bij nomen vsurpauit iam hic tertius modus. Diximus insuper, quando quis pecuniam dat alteri vel aliud pretio æstimabile: quia & si vsitator sit cambiendi modus pecunijs receptis & redditis: tamē fieri potest & mercibus, tritico, vino & oleo, & similibus, in quo aduertere uoluimus de essentia cambij non esse quod pecunia vel res dentur in eodem, vel in distanti loco, in quo deceptus fuit Soto, cui iustè contradicit Nauarro loco citato, quia qui pecuniā suam ut mercator expositā habet ad negotiationē mercaturæ, si pecuniam illam mihi dat rogatus Matrini, ad meos sumptus seu necessitates, seu lites subueniendas, seu etiam ad meam mercaturam siue negotiationem, cum ex illa receptione, in me sequantur hæ commoditates, & in dante impeditur quod lucrari posset, seu aliud commodum, nemo sanè metis negabit, hoc posse deduci in pactum, & æstimari aliquo auctuario. Fatemur tamen, Soto, & sequacibus, imo ueritati, quod cum lucrum cessans (quod est principalius quod aspicitur in datione pecuniæ in eodem loco) sit nimium contingens, & diligentia sollicitudineque & industria plenum, & quid nimis tenue & ferè Metaphysicum (ut supra diximus) non debet peti recompensatio integra lucri maioris, neque etiam medij, ut ita dicam, sed quedam re

com.

compensatio pij lucri, quia quamuis in omni lucro contingentia sint: tamē moraliter, supposita mediocri industria, & diligentia hominis intelligentis, semper ad minus sequitur pium seu minus lucrum, (ut sic uocemus) quod apud homines mediocris ingenij, paulò minus cantificatum iam est, & fixum, si ergo Matrini pecuniam à mercatore rogans peto, & accipio, hoc saltim lucrum impedio, vel ad minus claudio ostium possibilitatis lucrandi, quod nemo negabit, pretio æstimari posse, quod rebus omnibus pensatis moraliter, ad summum poterit esse in conscientia tutum, unum pro quinquaginta, ex hoc titulo augere ad annum, ultra sortem, & hoc tantum in hominibus negotiorum (non tamen in alijs) qui cū pecuniam suam non habeant negotiationi expositam, in talibus solum mutuatio remanet. pecuniæ, & cum lucrum non cesset, non restat titulus, ob quem auctuarium licitum sit. Neque excludimus à deductione in compactum resultantia damna & sumptus, si aliqui sequantur ad solutionem sortis principalis, ut qui negotiator daret pecuniam alicui Dinastæ, seu Principi, Matrini recuperaturus in fructibus & redditibus sui maioratus, vel patrimonij, quia tunc bene posset negotiator, in compacto deducere, ultra sortem dictas expensas, industriam, & laborem in colligendis fructibus, quantitatis datæ, positum, iuxta supra dictorum æstimationē Mathematicè certam, quoad expensas, moraliter uero, quoad reliqua.

Qui similibus cambijs cambire possint, & qui non? §. XXXV.

EX Quibus colliges. Primum non licere in iusticia, neque in conscientia, cuicumque habenti pecuniam, Ecclesiastico, vel seculari, magno, mediocri, aut paruo, qui ex officio mercator aut negotiator non est, pecuniam suam dare negotiatorijs, aut vancarijs, cum augmento. etiam minimo vnus ad centum, certo & determinato, quia illa datio pecuniæ, merum mutuû est in talibus, & per consequens quicquid accrescit certo, vsurarium est, & restitutio ni obnoxium. Vnde satis contristati sumus hoc anno. 1596. in hac Curia Regia Matriti, cum occasione Regij decreti Philippi Secundi Hispaniarû, discooperiti sint plusquam tria millia hominum, omnis fortis, præter mercatores, & negotiâtes, qui partim ignorantia, & plures cupiditate, rete decreti supra dicti sunt capti & piscati. Quamuis etiam occasionem acceperimus, magnificandæ diuinæ benignitatis patientiæ, in tolerandis tot malis, & expectandis peccatoribus ad pœnitentiam.

§. XXXVI.

Colligitur secundo, negotiorû homines, sic nuncupati, qui nullatenus mercaturam aliã exercent, neque exercuerûnt, sed tantû in sicca pecunia tractare inceperunt, cõmercia: nõ possunt hoc modo cãbire, in eodẽ loco, pecuniã pro pecunia, cû quocûq; auctuario, quia propter rationẽ dictã, nullû licitû est lucrum cessans, iustificans auctuarium, & sic cû non sint melioris conditionis quã cæteri, datio pecuniæ eorum, non fugit rationem mutui, eo quod mercatores vocentur, & non sint.

Colli-

Colligitur tertio, posse iustè quemcumq; etiam non mercatorem, dare pecunias in loco distante, cû pacto cambiij moderati, iustè moraliter, & ratio huius est, quia pecunia posita in loco distante, vbi congruit, utilis, imò & necessaria est recipienti, vltima rationem siue titulum quem habet in genere naturæ, siue rei, in quo est metalum pretiosum, argentum videlicet, aut aurum, talis perfectionis, & gradus, & alium titulum seu valorẽ legalẽ seu ciuilẽ, quẽ habet in quantû moneta formaliter, vti supra diximus. Habet alium tertium cum absens est, & posita in loco distante, & conuenienti recipienti, qui accrescit illi, ex comportatione, ex securitate, ex laboribus, sumptibus, & industria, mari, terrarum: quæ omnia duobus procul, pretio æstimabilia sunt. Et credimus hæc esse demonstracionem incertitudine & terminis moralis Philosophiæ: & esse genuinum intellectum hanc doctrinam, legis, periculi pretium. ff. de nautico fœnore. & in hoc sensu tantum, credimus intelligendos Doctores antiquos, sic Theologos, sicut iuris peritos, cambia admittentes: habent enim hi contractus, iustificationem locationis operarum, & industriarum, & hoc altiori modo, quam locantur agafones comportantes onera suis iumentis, vt bene dixit Bartol. supra prædictam legem, quia in comportatione agafonum, solum est locatio meri laboris seruilis, sui & iumentorû absq; alijs cõmoditatibus, hic autẽ in cãbiorû cõtractib; huiusmodi, cãp for Matriti se obligat, q̄ ponet mihi Romæ, Bizãronæ, vel Antuerpiæ, centû mille ducatos securos, & liberos, in qua cõportatione, quot mediët pericula mari terraq; inimicorû & latronû quotq; intersint

Bbb 4

sump-

sumptus portantium & custodientium, quot solici-
tudines, & quot fœnora nautica, quæ omnia vitæ
recipiens ergo hoc totum iuste potest adaugeri pe-
cuniæ solvendæ homini campfori, Matriti, pro dan-
di Romæ, vel Blandriæ, ei qui illuc est iturus vel ne-
gotiaturus.

*Ad loca distantia omnes cambire pos-
sunt. §. XXXVII.*

DEI XI In hoc modo cambiendi ad distantia lo-
ca posse etiam ingredi homines alios, non mercato-
res, dummodo nihil computent, neque adaugeant,
pro lucro cessante, quod in illis (vti patuit) nullum
est nisi fictio vsuraria: at opera eorum & industria
periculaque, sicut & negotiantium, pretio æstima-
bilia sunt. Vnde isti tales, ex hoc solo latere, auctua-
ria pro pecunia sicca iustificare possunt. Scio obji-
cies, quod isti negotiorum homines, pecunias in di-
stantia loca non trajciunt, sed Blandriæ, verbi gra-
tia, vel Romæ, vel Bizanzonæ, creditum habent, &
agentes respondentes pro illis, & sic neque pericu-
la sunt, neque labores quæ pretio æstimentur, nisi
pro scribendis quatuor papyri digitis. Ad hoc res-
pondeo eandem ferè rationem esse, quod recipien-
tem liberent à prædictis laboribus & sumptibus,
quod in rei veritate ipsè faceret, si pecuniam trajce-
ret, atque si ipsi labores prædictos & pericula sub-
irent: nam quod supplèverit industria eorum, cum
credito & responsionibus literarum, & fugerit labo-
res & pericula, hoc ex accidenti euenit contractui.
Sed verè & realkter & substantialiter, recipiens cõ-
modita-

moditatem securitatem, lucratur, adueniat eo mo-
do quo aduenerit, dummodo humano id fiat, vt si
fieri posset quod aliquis alium sustentaret sub obli-
gatione, & id sine cibo & potu, bene posset & iuste
pretium sustentationis petere. Bene verum est, quod
concludit obiectio & nos libenter fatemur, quod
cum maior pars consistit in sola industria, modo fa-
cili, vt & in argumento præsentis fit, quod diminuit
de auctuario, quod deducere possent in pactu, si ve-
rè cõportationis & custodiæ, & periculorum sum-
ptus computarèt: quia vbi ferè sola viget industria,
sumptus & labores veri euitantur, nec pretio æsti-
mabiles sunt, cum nec sint. Nec dum quod in mag-
nis contractibus, eximiæ quantitatis, qui fiunt cum
Principibus & Regibus, duorum & trium millio-
nium cõportatio magna ex parte necessaria est:
nam eorum fides & creditum, tam magnam molem
supplere non potest. Sed in his omnibus, semper,
(vti supra diximus) quantitas monetæ ad monetâ
debet seruari, indiuisibilis æqualitas, receptæ pro
data quoad sortem principalem, vt qui centum pro-
mittit dare Romæ scuta, recipiat Matriti, quod va-
lent dicta centum Romæ, vbi ipse daturus est, léga-
liter, & si mercator est, duo pro centum pro vno
anno pro cessanti lucro, vti diximus, & alia qua-
tuor, & ad summum quinque pro anno (quæ om-
nia faciunt septem) pro laboribus, & expensis ve-
rè positis, vel tria tantum, pro industria, & sum-
ptibus euitatis: & sic ad summum isti tales quinque
pro centum recipere poterunt.

§. XXXVIII.

ET Vtinam Monarchæ, vnusquisque in ditio-
nē suā, vel Pontifex pro tota Ecclesia, maximus, pre-
tia statuerent certa & determinata, pro locis, tempo-
ribus, & personis, tam quoad lucrum cessans, quam
ad damna emergentia, in huiusmodi cambijs & ne-
gotiationibus (quæ iam ferè euitare non possunt)
vt fecerunt in annuis censibus, & vt in huiusmodi
fecit Carolus Quintus Imperator, fœlicis memorię
Hispaniæ Rex; exijt etiam quædam constitutio Pij
Quinti Pontif. maximi, quæ incipit. In eam pro no-
stro data Romæ, apud Sanctum Petrum, ann. o. 1565.
Chalendis Februarij, vbi aliqua puncta huius præ-
habitæ doctrinæ decernit, de iniustitia ficti cambiij,
siue ficti & de terminis præfixendis solutionum, &
quod non possint termini dilatari, vt cambia finian-
tur in primis nundinis, neque protrahantur vltē-
rius. Sed pretium cambiorum non præfixit, vt desi-
derabamus.

Aduertentia pro confessorio. §. XXXIX.

DE MVM Vt finis principio respōdeat in hoc
tractatu in calce concludimus, quod qui verè iudi-
care voluerit in hac difficili & intricata materia,
oculos conijciat semper ad illam Evangelicam ma-
ximam, mutuū date nihil in desperantes, & sic
semper procurent contractum æquis oculis aspice-
re, & auferre, velamina & operimenta, & si mutuū
remanet, vsurarium est, quicquid vltra sortem mu-
tuatam petitur: nam ex mutuo, nulla alia potest re-
sultare in iustitia, neque in conscientia obligatio,
nisi

nisi tantum reditionis sortis mutuata, imo vt be-
ne aiunt iuris periti, & concedunt Theologi, ex
mutuo non potest deduci in pactum etiā obliga-
tio antidora (quam ipsi vocant) quasi dicas, ex
hoc quod mutuo dem tibi non possum vltra sor-
tem, te obligare, vt coquas in furno meo, vel mo-
las in molendino, vel etiam vt fodias vineas, &
vres agros meos, etiam pro pretio iusto, imo ne-
que vt feras suffragium pro me alias digniori, ne-
que vt tenearis commodare mihi in alia simili ne-
cessitate. Sed omnia istæc remanere debent, in me-
ra libertate, quia vel sunt pretio æstimabilia, vel
saltim ex mutuo cogunt libertatem, quæ non licet.

*De pacto hominum negotiantium cum Rege
Hispaniæ. §. XL.*

DE Cambijs in genere dixeramus hucusque,
quæ sufficere videbantur pro facti & iuris cogni-
tione clara & certiori, pro doctis Theologis & iu-
ris peritis, & etiam cognitione idiotarum confes-
sorum & curatorum, nos attemperauimus, omnibus
enim scribere nitimur: tamen postquam in hanc
curiam Regiam Hispaniæ, Matritensem, pro cōtio-
nibus deuenimus, in mentem venit decretum quo-
dam Regium, Philippi Secundi Hispaniarū, anno
1588. cui dissimile non fuit multum aliud anni præ-
teriti 1596. mense Nouembri, post nostram Curia
habitationem seriam, quæ ambo occasionem obtul-
ere, in speciali, de materia cambiorum; quæ cam-
plores, & homines negotiorum Itali, Genenses,
& Hispani, cum Rege nostro pacti sunt (quamuis

ex supra habitis quod sat esset applicari posset) tractandi. Est enim machina quædam incredibilis. Primum igitur ponamus casum; iuris peritorum more, ut super facto patenti melius tractetur de iure.

Facti narratio. §. XLI.

CONVENERUNT Igitur negotiorum homines cum Rege Philippo, propter bella Flandrensis illius rebellis Prouintia, ab hinc triginta sex annis, indigente pecunijs positus in loco, ubi resedit per tot annos eius numerosus exercitus in Belgia, quod darent illi certis statutis terminis, aliquot scutorum milliones (vt barbaro vtar vocabulo) securis literis visis, pro stipendio & sustentatione exercitus, sub his conditionibus: quod prædictus Rex consignaret illis prædictam quantitatem super patrimonium Regium, & vectigalia, & tributa classium Indicarum. Insuper quod pro lucris cessantibus, ex congregatione & exhibitione tam magnæ molis, & pro laboribus & industria, sumptibusque alijs, in recuperanda forte principali ab administratoribus regionum censuum, & pro assecuratione: quod daret illis vnum pro vnoquoque, centenarium, ita quod si recepit Rex (vt & ferè contigit) decem milliones, soluat pro vnoquoque mense centum mille scuta in Hispania pro cambio. Insuper & pacti sunt, quod Rex dispensaret super iustissimam legem Regni de non extrahenda moneta aurea vel argentea extra Hispaniam, vt possent vsque ad prædictam quantitatem transportare, quam pacti sunt se daturos Flandria.

Insu-

Insuper (quamuis hoc non sub pacto deduxerunt) de facto nomine scuti Hispanici, valentis duodecim argentea regalia, dant ipsi in exercitu quinquaginta septem placas Flandrensis monetae, quarum vnaquæque lege Regia, ibi valet quintam regalis Hispanici partem, & sexaginta per consequens, faciunt æquivalentiam, scuti Hispanici ibi. Insuper deduxerunt in compactum, quatuor menses ultra sonum datæ literarum, duos quibus currebant cambia supra Regem, ante realem monetae prædictæ receptionem, in Flandria & alios duos etiam currentibus cambijs, post dissolutionem contractus, pro termino recuperandarum consignationum à thesaurarijs & receptoribus tributorum Prouintiarum, Regni, vel contractationis Hispanitanæ. Hæc deduxerunt in compactum & quasi præuenientes quod timebant, ex compacto fecerunt, vt Rex derogaret quascumque leges Regias, & ciuiles, quæ quomodocumque simili contractui contradicerent, vel vt vsurarium punirent: hæc est facti veritas absque inuolucro aliquo.

Exijt Regium decretum tempore dicto suspendens solutiones consignationum à Rege Catholico datarum, hominibus negotiorum, tam pro principali forte, quam receperat Flandriae, quam pro cambijs decursis: & statim publicato decreto, cum primum ad manus nostras peruenit (quod vtinam cum Doctioribus, tum Theologis, tum iuris peritis facti cognitionem habentibus, communicaretur) peruenit etiam ferè simul, quædam apologetica responsio, & quasi satisfactio, pro parte hominum negotiantium, dicto decreto comprehensorum, typis bene excussa, absque authore & loco, certè satis docta & bene

Decretum.

bene elaborata in iure, sed ab ipso limine egestatem Theologiæ morales ostendens. Sigillatim autem nos omnia eius membra examinabimus, occasione accepta, in gratiam legentium Doctorum, & communium.

§. XLII.

Primò nos (vt ex superioribus constat) fatemur, contractum dandi vel recipiendi pecuniam præsentem pro absente, esse contractum quendam, nõ emptionis & venditionis rigurose, sed quendam, qui nõ habens proprium nomen, dicitur cambium, vbi do vt des, vel facio dare, vt des, vel facias dare, & quod talis contractus est ciuili, & esse potest iustus: tamẽ solo ex duplici capite communi, scilicet, quod habeat mixtam locationem industriæ, aut laboris, curæ, & assecurationis, siue etiam asportationis pecuniarum, de vno ad alium locum mari terrauẽ, vel ratione damni (quod vocant emergens) & lucri quod cessat aliàs, moraliter certi, & sic iniustitia & in cõscientiæ foro, qui alteri dat pecuniam suam positam & securam, in Regno & loco alteri conuenienti, ad quem expensis, cura, pecuriculis, transuexit, potest exigere quod expensæ, quod cura & industria, quod securitas, valent: cum istæ pretio sint estimabilia, & conduci possint rectè, & hæc addita sunt quantitati pecuniæ traditæ: & sic vltra principalem sortẽ, pro his, qui dedit centum Bizanzonæ, vel in Flandria Regi Hispaniæ, quod Hispaniæ in consignatione recipiat à receptoribus & thesaurarijs regni, & regionum iurium & tributorum, cõtum & eo amplius, & hoc sub pacto, quia ibi non est contractus merus mutuationis pecuniæ, sed dare alibi regi, vbi ipse

ipse maximè opus habet, sine expensis, cura, & sine periculo, quæ si illuc asportaret pecuniam, experiretur, vt det Matriti vel in suis tributis Hispaniæ, & hoc voluit expressè illa lex periculi pretium. ff. de nautic. scenor. & hoc est quod fra. Ludo. Lope. plus æquo in probando detinetur in suo Instructor. negotian. lib. 2. c. 6. & Nauar. Manua. cap. 17. num. 293. antiquioris impressiõnis, imo hoc neq; Soto, neque aliquis sanæ mentis Theologus negabit: tenet & expressè Syluest. verb. v. fura. §. 8.

§. XLIII.

Insuper fatemur cum omni schola Theologorũ, damna emergentia siue resultantia ex mutuo, ne dicam ex quocumque alio contractu, ciuili, imo & quæ cessant lucra iusta & licita, & moraliter certa, hominis qui ad negotia vel mercaturam, suam pecuniam expositam communiter in negotiationibus habet, eductis & computatis periculis, & expensis, & solitudine, & alijsque ad lucrandum præsupponi necesse est, quæ bene pensata lucrum cessans, ferè nihil aut parum est, vt in contractum & pactum possit deduci, in pactum deduci posse.

EX Quibus præsuppositis & admissis deducemus quasdam conclusiones & cõsequentiã. Prima sit in pactis & conuentionibus similibus, eo quod fiant cũ monarcha, Rege, siue Imperatore, cõtracto, qui natura sua vitiosi & iniusti fuerint, nõ ex eo iustificabũtur, q̃ cũ illis fiãt: imo sunt deterioris iniustitiæ: pœnas autẽ, quas ius politiciũ, & leges humanæ statuerint, cõtra iniustè contractus inniẽntes, tunc executioni non mandabuntur. Ex eo ipso enim, vbi sunt Monarchæ, dispensare in pœnis, & sic quod attinet.

attinet ad ius & iusticiam, non est cur in indiuiduo, de contractu camporum & negotiantium cum Catholico Rege Hispaniæ, super quo exiere Matrili supra memorata decreta, quæ utinam cum viris doctis in Theologia morum digesta fuissent & masti- cata.

§. XLIIII.

Secundo inferimus, quod quando responsio pecuniæ fit de loco ad locum, ita quod recipiens literas Matrili pro mille argenteis vel scutis aureis, in Flãdria vel Romæ, vt cõtractus sit licitus, debet esse æqualitas, quantitatis monetæ ad monetam, æqualitas, inquam, legalis, quæ est formaliter valoris monetæ, ita quod regales argentei Hispaniæ. 34. maravedinorum valoris recipiantur in Flandria, in Carolinis, vel Philippotalis, vel Placis, quæ æquivalent iustè, vt quinque placæ dentur in Flandria, pro vno argenteo regali Matrili accepto, vel accipièdo, iuxta dictam legem Placariam, *Placarte* dictam, Flãdrensem: & hoc non appareat hominibus negotiorum nouum, neque illis doctis qui pro illis responderunt, in illa satisfactione siue informatione, quæ prælo mandatam vidimus, de qua supra: quia in cõtraria huius nostræ, doctrina persuadenda, satis acutè & apparenter magis, quam verè, insudarunt: & aspicient apertis & non cecutientibus oculis, & fatebuntur nobiscum. Talis contractus innominatus, de quo est sermo, certi sumus, quod ipsi non fatebuntur esse mutuum: secus quod ultra sortem peterent, vsutariè peterent: igitur est quidam contractus, speciesque quædam, qua mille millium ducatorum, quem nos Hispani *millon de ducados* vocamus, absens

absens Matrili emittitur, presens in Flandria, adimpletum in moneta Flãdrensi æquivalente, moneta quæ Matrili recepta est vel recipienda: at Matrili regale argenteum positum in Flandria valet quinque integras placas, & non minus: ergo qui contractum fecit Matrili, tale pro tali recipere debet in quantitate regali, vbi consummatur contractus. Secundò, qui Matrili mutuo reciperet. 12. regales argenteos, & pro illis daret literas Chyrogaphi, soluturos illos Antuerpiæ, vel in moneta Hispanica quam recipit, vel in æquivalenti Flãdrica: quis quæso iudex sana mentis iubebit iustè, soluere solum. 57. placas pro duodecim regalibus, quos in Hispania recepit? cum in Flãdria respondeant. 60. placæ? ipsos imploramus rusticissimos bubulcos, ne dicamus homines iuris peritos, doctos, & acutos, & quod sit raritas seu paucitas pecuniæ in Flãdria, quare illud quod est pecunia in quantitate legali variabitur? respectu alterius pecuniæ? cum earum æqualitas consistat in indiuisibili puncto legali? secus non esset pactum, quo duodecim argenteis Matrili datis, emeret, vel quasi, quis, alios duodecim regales in placis Flãdricis, absentes, sed tantum vndecim & dimidium, quod est absolum, & contra presuppositum, & contra admissum ab ipsis: neque valet dicere, idem valere illos vndecim & dimidium in Flãdria, atque duodecim regalia in Hispania, quia est paralogismus: nam & si eadem quantitas mercium inueniatur, vel panis, vel olei in Flãdria, pro pretio vndecim regali & dimidi, atque in Hispania pro duodecim, hoc est ex accidenti, & non est hic valor pecuniæ absolutus, imò mercium minor appretiacio, vel existimatio

tio, valoris minoris, quia minoris ibi habentur, quã in Hispania: secus eadem argumentandi ratione cõcluderetur intra Hispaniam, quod qui acciperet Matriti duodecim regalia argentea, soluoret æquiuales in Regno Legionis, vel Galetia, dando duo regalia tantum: patet, quia ibi, duas gallinas saginatas, Hispanie capones emeret iusto pretio, quas Matriti nõ inuenirent, minus dictis duodecim regalibus: & tenet eadem argumentandi vis, & forma, hic emis duobus argenteis, quod Matriti emeret non minus duodecim: ergo idem tibi reddo hic in valore, atq; quod a te recipi Matriti: at in bona Dialectica, consequens est falsum, & risum mouens, ergo & antecedens ex quo secutum fuit, in bona cõsecutione formali: que est doctrina supra memoratæ responsionis & satisfactionis, iuris peritorum pro negotiantibus. Et cum acri, & acuto calleant ingenio illi respondentes, forte vi huius & similium rationum pressi, imo & veritatis; hinc inde titubantes, & mirabiles ciuiles leges bene quoad aliquid intellectas, & partim intellectum earum callentes, afferunt, deueniunt tamen ad angustiam, vt concedant illum excessum valoris monetæ hic receptæ, ad monetam redditamã campforibus in Flandria vel Bizanzonæ, cedere in eorundem vtilitatem, ob eorum labores, industriã, pericula, nauticaque fœnora, & alia damna resultantia, & cessantia aliã lucra, vi liquet à numero. 30. vsq; numerum. 43. dictæ responsionis, & hæc est expressa doctrina Baldi libro primo, consilio. 348. numero. 1. admittentis cambia que vocat quintum elementum, quo mundus sustentatur in comercijs, vt quantitas pecuniæ legalis de loco ad locum asportatæ liceat, cum

cum inter se (pro expensis & laboribus) vero & iusto, quæ nos admittimus libenter: non tamen diminutionem pecuniæ, secundum proportionem legalem, secundum quam qui recepit Hispaniæ duodecim argenteos regales, debet ex pacto reddere illos Antuerpiæ positos, integros, aut .60. placas pro illis, minuendo tres vel quatuor, vel ad summum quinque placas, ex reddendis pro periculis, pro locatione operarum & industria: & tunc erit reddere ex vi mutui idem pro eodem, & pro tanto, æquale, & si non ad pondus, saltem ad iustitiam, vt terminis vtar medicorum, & hoc voluit expressè nosse Sanctus Thomas ab ipsis perperam relatus ad aliud propositum. 2. 2. quæstione. 78. articulo. 1. in corp. & ad primum: at velle pro damnis resultantibus, & laboribus, & periculis, & industria, ex pacto ponere; vt recipiant vnum è centum vno quoque mense, & alia, de quibus infra: & vltra hoc auferre de integritate valoris legalis monetæ receptæ, hoc est bis accipere quod semel debetur, & duplicatam mercedem pro simplici debito, quod neque Nauarro citato tractatulo de cambijs, neque manua. cap. 17. num. 393. neque frater Ludouicus Lopez contrarium sentit in hoc loco citato, nisi cum fratre ipsi vellint desipere, Theologum non aspernandum.

*Monetarum æquivalentia formalis,
sive legalis aspicienda
§. XLV.*

INFERIMVS Tertio qualitatẽ monetæ in cambijs, per literas de loco ad locum, nõ esse cõsiderandã
Ccc 2 quali-

qualitatem monetarum, neque de se qualitas melioris metalli ad lucrum, vel interese reduci debet, patet, quia cum iustitia huius contractus consistat in reddendo æquale, non secundam naturam, sed secundum valorem legalem, ad hunc aspiciendo nulla committitur iniustitia, sicuti intra eundem locum, nullus contractus est illicitus in cambiando, argenteum Hispanum Matriti, pro 34. dipondijs, siue morbedinis cupreis, vel æreis, siue Hispanie, de vellon. & iuste qui recepit, duodecim regalium valorem, in vno scuto auro, soluet in duodecim argenteis regalibus, argentei quæ utraque parte minus ferè, aut in 400. morbedinis æreis: ergo à fontiori aurum purius, siue argentum perfectius & maioris legis (vt vulgo dicunt) & Hispanie dicimus, *oro demas quilates. y plara cendrada*, iuste ciuilitur soluitur & cambitur, moneta auri inferioris, & argenti humilioris, dummodo æquialentia legalis, siue æqualitas feruetur, & sic quod Rex Hispania Hispani ex argento nouæ Hispania vellegis regalium Hispanicorum, dat centum argenteos, vel centum centenorum milliarium ducatorum, in nostro argento, satis fit illi Bizanzonæ, vel Antuerpiæ dum responderetur illi & recipit quinque placas Flandricas pro vno quoque regali & quinque, milliones placarum (vt barbarè loquamur, vt meliù intelligamur) pro vno millione regalium argenteorum, & in hoc bene negotiantes homines Genuenses & Hispani, vel iuris periti pro illis probarunt intentum, in illa quam vidimus defensione. Bene verum est tamen, quod supposita (quod ipsi fatentur) facultate, & dispensatione quam ipsi negotiorum homines, ex pacto acquirunt à Rege Hispania, extrahendi

hendi quantitatem illam pecuniæ à Regnis Hispaniæ, in auro & argento cullam, & sic hoc fit animo illam conflandi igne & maiori mixtione vilioris metalli (quod Hispanie *liga* vocamus) multiplicandi, & humilioris materiae reddendi, hoc iam ex pacto est magnū interesse, respectu hominum negotiorum, in damnum regnorum Hispania, quæ depauperantur monetæ puræ & altioris, & hoc ex quo fit cõtra municipales regni leges vtilissimas, & iustas, vt dispensationis & facultatis Regiæ deductæ in compactum, imo vi contractus extortæ, fit damnum emergens regno Hispania, & Regi per consequens, & illi cedit in lucrum non paruum, & hoc in prædicta satisfactione quam vidimus, aliqualiter concedunt, absque tortura, dicentes excessum argentei Hispanici, in puritate & lege monetæ, respectu monetarum aliorum regnorum Europa, & præcipuè Flandrensium (de quibus ob casum præsentem nobis modo specialis sermo est, & ex illo deducitur ad similes contractus, doctrina vniuersalis, in toto orbe) esse quasi quinque è centum, quod probant ex experimento facto Matriti anno. 1596. quod Hispani vocamus *ensayo*.

Conclusio dictorum. §. XLVI.

DE MVM Dicimus, quod ratione lucri cessantis, & ad evitanda damna emergentia, & si non in toto tamen aliqua ex parte, & non minori, extrahunt duos menses à numeratione temporis traditionis pecuniæ, in quibus absque ea currit cambij, fructus siue redditus, ante statutum tempus realis

traditionis: & insuper alios duos menses pro recuperandis debitis consignationum, ex iuribus regijs à collectoribus & receptoribus regij patrimonij; & ipsi non multum rogati fatentur in dicta sua responsione, esse ad summum vtilitatis & auctuarij, pro vnoquoque mense vnum, è centum, ecequatuor pro quocumque centenario pro mensibus dilationis, ecce quinque pro centum ex minutione quinque placarum in vnoquoq; scuto aureo, duodecim regalium, vt late probauimus & concesserunt ipsi: ergo sunt nouem è centum: & quinque è centum, quod libenter fatentur ex viliori argento placarum Flandrensum, sunt quatuordecim, è centum: & insuper duodecim planorum è centum, quos cambij ex compacto posuerunt; sunt igitur pro vnoquoque centenario quod Regij Hispaniæ tribuunt, recipientes vtilitatis & auctuarij, centum de principali sorte, & vigesimum sextum pro damnis emergentibus, & cessantibus lucris, hoc ipsi paulatim fatentur, vti liquet prædicta responsione, & satisfactione, absque eo quod intrinsecus latet, & quod nos probaremus si incumberet.

Sententia authoris epylogus.

§. XLVII.

V N D E Omni timore procul, dicimus primo, contractum siue pactum dictum, in se, & ex se, esse illicitum, vtpote exorbitans, & maiori ex parte, sine titulo iusto: nam cum tres sint tantum (à nobis imò ab omnibus Theologis & iuris peritis) concessi, tituli auctuarij, pecuniæ pro pecunia data, ab
sentis

sentis, pro præsentem; lucrum cessans, quod est primum, damnum emergens, quod est secundum, & opera & industria, &c. quæ quodammodo locantur, quod est tertium, & lucro cessanti (quod non cessat) & damno emergenti respondet (& vt ipsi fatentur inuiti & coacti) emolumentum altioris materie motæ: (si tamen illam liquefacientes de facto miscēt & augent) & ratione emergentis damni, responsione placarum minuunt, quinque minus dantes, contra legem placariam, pro vnoquoque scuto duodecim regalium: & insuper quatuor illis mensibus dictis anticipari cambij à termino literarum datarum se tuentur, pro damno vitando, vt quid ergo pro industria & cura, duodecim è centum? Dicimus igitur iterum intrepide & millies dicemus (vnam auscultemur) sufficere pro his omnibus quatuor, aut ad summum quinque pro centum accipere auctuarij, & duos aut tres pro lucro cessante, & sic simul dando pecuniam Flandriæ, moraliter iuste sufficit, augere septem aut ad summum octo pro centum, vltra quod excessum iudicamus iniustum & vsurarium restitutioni, obnoxium, quia non restat ob quod recipiatur, nili ob mutuum: nam ob tres dictos titulos, satis superque satisfactum est, dicto auctuario moraliter adæquato, nec stricto.

I N Calce autem addimus, quod etiam si tales contractus, siue conuentiones, quos Hispani vocamus, *asientos*, suspendantur, vel recindantur, etiam tanquam iniusti & vsurarij, cum sint facti cum ipso Monarcha, respectu cuius civiles leges, præcipue municipales, siue proprij regni, non
Ccc 4 habent

habét vim coercitiuam (vt dicunt nostri Theologi) fors principalis, non amittitur, sed reddi illis in iustitia & in conscientia debet, quia vsurarij solis redditibus per vsuram auctis priuantur iure ciuili, vt patet. l. eos. C. de vsur. & iure Hispanico. Partita prima. titulo. 6. l. 46. & infamiæ nota additur illis, partita. 7. l. 2. titulo. 6. & idem Canonico iure, quamuis addatur sententiã excommunicationis, vt patet cap. 1. & 2. de vsuris. & in. 6. cap. 1. eodem titulo, & Clement. 1. de vsur. Nec obstat lex. 4. libr. 8. titulo. 6. Recopilatio. 8. quæ est pragmatica commiciõrum Cõplutensium, qua vsurarij, sorte principali priuantur: quia vti dictum est, cum lex sit pœnalis, & in casu nostro dispensata, & á Rege abrogata, nõ habet vim respectu eius, neque in eius fauorem, vt partis, quia cessit, & vt Monarchæ, quia dispensauit.

Hæc sunt quæ nouissimè in cambiorum materia auximus, quando vltimo ad incudem hos labores misimus, occasione sumpta: & vtinam á nobis, in visceribus Iesu Christi desideratum effectum sortiantur, & eradicetur cupiditas hæc infaciabilis: radix omnium malorum, merito á Paulo vocata.

Caput undecimum, de militia & eius iniustitijs, & de prebendis militariibus. §. I.



Nusque super septimum præceptũ obligationes ex iustitia diuersorum statuum aperuimus, eorumque iniustitias demonstrauimus, maiori saltem ex parte: cũ autem

tem

tem non minorem, neque minus illustrem Christianæ reipub. partem, occupent militiæ homines: & inter illos, supremum locum equites illustres religionum militarium, non fuerat animus specialem de talibus inferere tractatum: tamen postquam ex obedientia, Matritum regiam Hispaniarum curiam deuenimus anno. 1596. Euangelium salutis prædicaturi, in hoc epilogo orbis totius, aliquorum equitum militiarum nostræ Hispaniæ, quorum mens sanior, promptiorque animus ad obedientiam diuinarum legum, religionisque obseruantiam, hortatu, iustisque petitionibus quasi compulsi sumus de hac materia militiæ singulare tractatum texere, ré (vt aiūt) á principio fili desumentes.

Primo ergo dicimus, statim post peccatum primum Adami Parentis, & peremptoris nostri generis humani, vnum illius fructum inter cætera pœnalia mala non modicum, experti sumus fuisse bella, & rixas, quibus mali vellent bonos euertere & perdere, vt Caimus Abellum iustissimum, & innocentissimum fratrem, & boni se suaque ab eorum violentia tutari vellent, ex quo duplici capite & quasi radice iniustum bellum, & iusta defensio siue suorum vendicatio originem trahunt.

§. II.

SECUNDO Dicimus, quod sicuti ductu naturalis luminis in omni sociali hominum Republica, sunt artium variarum homines destinati in naturæ subsidium, cum artes naturam perficiant & adiuent, vt sunt terræ cultores, mercatores, fabri,

Ccc 5

&c.

&c. eiusdem naturalis luminis ductu, facere speciales homines deputati ad defensionem vitæ, honoris, & bonorum temporalium, quæ fortunæ vulgo dicuntur: nam iuris naturalis est propria defensio supradictorum: & cum omnes vnus Reipublicæ, siue communitatis, non possent continuè defensionem insistere: secus cessarent cætera ad conseruationem necessaria vitæ, vt agrorum cultura, mercatura, imò & ars armifaciua, equestris, & aliæ similes, quæ eiusdem militiæ sunt quasi subalternatæ, vt dicunt Methaphisici. Ergo necessario selecti sunt homines huius artis militaris, & si defensio contra beluas & animantia nociua, seu venatio vtilium, artem prærequirit, & quendam insidiarum modum, instrumentorum quandam specialem formam & figuram, à fortiori in defensione ab hominibus inimicis rationis participibus, & rationalis industriæ ars bellandi, siue militaris, erit necessaria cõseruationi reip. & tenetur respu. vel Princeps aut Imperator, homines pro militia deputatos alere, & stipèdia iusta persoluere, & ipsi debet stipèdijs suis esse cõtenti, iuxta illud Ioan. Bapt. Contenti stote stipendijs vestris. Lucæ. 3. Et quicquid extra stipendia signata auferunt, tenentur in conscientia & iustitia restituere.

§. III.

PRO Quo dicimus tertio, quod (vti modo tetigimus) Respublicæ siue qui illas gubernant, & Reges, ex quo per successionem vel electionem Reges sunt, Principes, siue potentatus, defendere suos subditos ab inimicis, raptoribus, prædonibus, tenentur ita vt absque metu suam tranquilam vitam

sub

sub vite sua, & ficulnea transigant, & similiter ex iustitia sub obligatione restitutionis damnorum tenentur maris comerca & nauigationes ad suum districtum, & ius attinentes secura reddere, & nauigationem à pyratibus purgare, & à clãssibus inimicis: nam Regnum & dignitas (vt dicebat Anthigonus ille) nihil aliud est, quam quædam honoratissima & deaurata seruitus, & Reges propter Regni sunt vtilitatem, & non è contra Regnum propter Regis vtilitatem: nam iam non esset Monarchia, sed tyrannis: & tacitus & inclusus compactus est inter Regnum & Regem, quod Regnum & eius membra, tributa debita Regibus soluant, quibus condigne alatur, & debitam pompam Regiam habeat, & clãsses & exercitus rectè sustentet: & iustitiam administret: & ad hæc omnia obligantur ex iustitia sub obligatione restitutionis damnorum Principes, & si hoc graue videtur, intelligant grauius esse scepra & aurea diademata, & non cuiuscumque brachio & humeris accommodata.

Capitaneus Generalis. §. IIII.

TENENTVR Imperatores belli (à Latinis sic dicti, à nostris Capitanei Generales) ex vi obedientiæ & fidelitatis, ordinem in bellis seruare sibi à Principe perscriptum, in omnibus, in quibus non obuiatur legi Dei: nam tunc obedire oportet Deo, magis quàm hominibus, p̄ quæ Reges regnãt: tenentur ex iustitia sui officij & muneris, ordinare quæ cõmoda sũt regno, & defendit & ei⁹ ciuitatib⁹, oppidis, & oppidanis, & quæ attinēt ad salutē exercitus quæ regit

quia

Magister
militum.

regit, quia exercitus est neruus Regni & Regis, & quid pretiosissimum. Tenetur & ex iustitia sub obligatione (vltra mortalem culpam grauissimam) in iusto bello, restitutionis damnorum inde secutorum a bello cessare. Tenetur & ipse Generalis, Capitaneus, & Magister militum generalis, quem nostri Hispanæ vocant *Maeſtre de Campo general*, ad habendam peritiam militaris artis, & hoc ex iustitia cum obligatione ad restitutionem damnorum, & si tali carent peritia, tenentur in conscientia talia munera seu officia non acceptare, & accepta relinquere, data pro causa sua imperitia vel defectu experientiae, quæ maxima est in rebus bellicis: & si adhuc urgeatur a Principe vel Repub. tunc obediat, sine scrupulo, si aliud bellum est iustum, & omnia cum consilio peritorum Ducum & officialium faciat, & tunc illi non imputabuntur damna: & horum omnium ratio est manifestissima in morum Theologia, quia si in conscientia, iuxta iustitiæ regulam, medicum obligamus corporis, vt habeat peritiam artis medendi corpora humana: secus salarium nequit acquirere. Insuper & ad damna obligamus circa salutem corporis. Imo factorem & sutorem obligamus in conscientia & iustitia ad damna panni, & corrij, si ex peritiæ defectu in scindendo erret: quanto magis eos qui ex imperitia, tot vitas hominum & equorum, tot arma, tot spolia, & quod magis est vitam, libertatem, & salutem Principis, & Reipub. perderent, peccati damnauimus reos, & ad restitutionem damnorum obligabimus illis possibilem?

§. V.

§. V.

Tenentur supra dicti & omnes alij. officiales, magistris, vel capita (quæ nostri *Cabos*, vocant, & *Prebostes*) Duces, & milites, in militari disciplina continere, militia leges seruando iustas, poenas executioni mandando: secus in rebus grauibus vltra quod mortal. peccabunt, tenebuntur ad damnorum (quæ ex eorum negligentia culpabili, vel malitia, milites intulerunt iniuste) restitutionem: sunt enim iustitiæ ministris: reipub. militarisque communitatis Rectores, & Gubernatores, iuxta muneris vniuscuiusque præscriptum.

§. VI.

Tenentur in super omnes bellorum Duces, Gubernatores, & milites, in prælio iusto (nam de hoc solo bello nobis in hac materia est sermo): si alia sit via acquirendi hoc quod iuste bello intenditur, scilicet, defensio vel victoria, vel acquisitio, & recuperatio bonorum amissorum, & honoris; aduersarios non occidere, sed viuos in seruos, si infideles sunt, accipere, & si Christiani sunt pro captiuis non seruis, sed debito pretio redimendos accipere: nam inter Christianos, & si iure iusti belli libertas alterius Christiani amittatur, non tamē iusta seruitus acquiritur. Hoc lenitate legis Christi Evangelica dictante, sicque inter Christianos iam longo vsu inoleuit: & quando hostes supplices, armis reiectis veniam petunt, illos occidere esset mortale peccatum homicidij: & ratio est euidentis, quia, si licet occidere iure naturæ concedente, hominem (cuius vitæ & mortis solum & verum dominium est apud Deum) est ratione conseruanda salutis propriæ, & defendendi honoris, vel bona

bona reipub, vel propria, si alia nõ sit via supra dicta
tuendi, quia vim vi repellere licet, iuxta naturæ le-
gem: ergo si alia adest via, & inuasor vel iniuriam fa-
ciens, vel moliens, supplex desistit ab iniuria, & vi-
ctori sedat ipsum, iam cessat casus vis, & licetia pro-
pria tuitionis cum damno vitæ alterius, & per con-
sequens, non licebit vitam auferre, neque locus est
moderaminis tutelæ inculpatæ. Sed hæc doctrina
cessat cum fidei nostræ hostibus infidelibus, & hæ-
reticis, qui hostes sunt aperti nominis Christiani, &
semper cum continua iniuria creatoris & reparato-
ris viuunt, Iesu Christi Domini nostri, & Ecclesiæ
Matris nostræ perniciem, semper moliantur: & sic
tales dati sunt a Deo & Ecclesiæ, vt mortis rei, in ex-
ecutione iustitiæ diuinæ, cuiuscūq; potētī occidere,
q̄a cōtra tales semper cōtinuū bellū iustū indictū &
publicatū est, & sentētia lata mortis, & eius execu-
tio cuiuscūque potenti cōmissa, & sic est actus meri-
torius si cum debitis fiat circūstātijs & respectibus.

Ex quo liquebit quanti meriti sit apud Deū mi-
litia Christiane, iustē, & secundum militarem disci-
plinam administrata & executioni mandata, & quā
perdita sit militantium vita, mores, fama denique &
cōuersatio, defectu vocationis ppriæ memoriæ: nā
similiter quæ sui sunt muneris facere propter Deū
sibi statuerent, & propter illius amorem sustinerent,
& se considerarent religionis & quietis defensores,
non solum in laboribus, mendicantes fratres, sed &
monachos, & eremi cultores supperarent. Sed pro
hoc dolor, omnia perdunt & cum vitam absq; Dei
memoria transigant, quasi homines sine Deo, & re-
putantur, & vt in plurimum vitijs scatent, latroci-
nijs,

nij, luxurijsque, & scortationibus, ludis & luxui dū
pōssunt, & iuramentis & blasphemijs inferuiunt, &
sic genus hominum exitiale reputantur, & vitæ per-
ditissimæ. Vnde cum vt reipub. & bona eius ab in-
curfibus & omni violentia tuerentur, sunt instituti,
& in illis maiores hostes reipub. & pauperum, quā
quos timebat multoties est experta extraneos: & ta-
lia in suos amicos & eiusdem religionis, & reipubli-
caudent & faciunt, qualia & crudelissimi, & falsæ re-
ligionis hostes vererentur committere, & horrerēt.
Cognouimus tamen non paucos Duces & milites,
modestos, sobrios & Christianę religionis obseruan-
tissimos verā: hos tales vt gemas pretiosissimas dili-
gere magnique æstimare, fauoribusque cumulare
debent Principes & reipub.

Furta ministeriorum belli. §. VII.

EST Et aliud genus latrocinij, quo Duces fin-
gunt militum personas, Capellani, Chyrurgi, tonso-
ris, & tympanorum bellicorum, siue signorum ad-
ministratores, Hispane, *atambures y piferos*, demum a
Regibus siue rebus publicis, hæc ficta furantur qui-
bus carent: quod Hispane dicitur *hurtar plaças*, &
hæc omnia restituere tenentur Regno, patrimonio
Principis, siue reipub. quia sunt contra iustitiam, &
iam non essent suis stipendijs contenti: iuxta Bapti-
stæ præscriptum supra Luc. 3. tactum. *ministeriorum*
Tenentur & ex iustitia, Regij siue Reipubli. siue
Principis cuiuscumque prouisores, Hispane *prone-
dores generales*, & stipendiorum distributores, su-
sta stipendia Ducibus & militibus suo tēpore solue-
re, sub obligatione restitutionis, tum stipendiorum,
tum etiā dānorū, ex defectu illorum suis tēporibus
emer-

emergentiâ, tenentur & in conscientia & iniustitia, victualla sana, non corrupta, neque vitata, & iniusto. & moderato pretio providere, sub obligatione damnorum restitutionis illorum, quibus interest ex officio. Et quod magis dolendum est, furatur Duces triste stipendium militum satis minutum, quod est pretium non solum sudoris vultus sui, sed sanguinis membrorum, imo & vitæ miserabilium hominum, hoc magnum malum est, & iniustitia, & eo maior, quo fit in damnum pauperiorum & miserabiliorum hominum, iuxta sancti Thomæ doctrinam. Tenentur igitur hæc omnia illis restituere, debentque illis arma & instrumenta bellica dare, & pulverem sulfureum, siue tormentarium, Hispanie *poluora*, non pluris illis vendere, quam eo pretio, quo ipsis Regibus siue Principibus venditur. Sunt & alia minuta furta & iniustitia, quæ ex his facile deduci possunt, & a quocumque iudicari.

Deum populi per quos necessario milites transire debent, ex iustitia & legibus municipalibus nostre saltem Hispaniæ, per quas ferè totius Europæ facile Regna regulari possunt, quæ ad hoc, solum debent militibus hospitium, locum, scilicet, ad manendum, lectum, mensam vacuum, & ignem, quicquid autem extra hæc, extrahunt vi, vel minis, est iniustitiæ peccatum restitutioni annexum mortale, quod ferè nunquam committunt milites, seu Duces boni & veterani, sed quidam tyrones, sex terræ, solo nomine milites, imo illud suscipientes, ut operiantur furta, rapinas, & carcerum rupturas.

Ex militia honor iustus. §. VIII.

HÆC Hucusque deduximus, ut constaret saltem ex parte, tum militiam necessariam seipub. pro bono pacis & securitatis vitæ: tum & constituerunt & eius obligationes, & eius dignitas, cum apud nationes aliquas militis nomen dignitatem prenotet, & sicuti apud nos Hispanos dicitur Dux, Marchio, vel Comes, talis vel talis loci, sic apud Galos, Burgundiones, & Belgas, siue Flandros, dicitur de aliquibus nobilibus, miles talis vel talis loci, & sic sicuti apud nos Ducatus, sic apud illos militiæ est titulus. Vnde bene potuit ac debuit a repub. in honore haberi, cum vulgariter dictum fuerit Militiam, matrem fuisse nobilitatis, ut colligitur ex illo divinæ historiæ antiquissimo Genes. 6. Isti sunt potentes a seculo viri famosi: & leguntur in lib. Ios. Militiæ & militariæ exercituumque, egregia facta: & in lib. Numerorum, & Iudicum. & lib. I. Regum bella Saulis & Davidis, in primo & secundo, cap. 23. numerantur famosi David milites & Duces famosi, & eorum famosa facta, imo ipse Dominus omnium creator tremendus & omnipotens, hoc titulo hominibus suam utcumque voluit ostendere Maiestatem, se vocando Deum, vel Dominum Szebaoth, siue exercituum Deum & Principem summum.

Militia actus virtutis. §. IX.

VNDE Colliges, ad eam militiam rectam & iustam inter opera bona, & vtilia computari, ut pro Deo & eius cultu fideique conseruatione, & nomi-

Ddd nis

nis Christiani defensione accepta, sit actus virtutis fortitudinis, Cardinalium quatuor vnus: & quod magis est, est actus virtutis religionis: scilicet, suam vitam pro Dei lege & fide deuouere, imo & potest esse si rectè dirigatur, actus exacte charitatis, qua maior in humanis nulla est, quam vt vitam suam quis ponat pro Deo, & pro Christianis amicis Dei, & seruis.

Quando ordines militares cœpere in Ecclesia. § X.

Vnde concludit Thom. 2. 2. q. 188. artic. 3. verã religionis speciem, posse constitui regularium hominum Deo dicorum ex voto, ad militandum, solèni: vt iam ante Thomæ sancti ætatem, diebus sanctissimi P. noster Bernardi Abbatis, circa annum Domini. 1120. regnante in nostra Hispania Alfonso Septimo filio Comitis Raymundi, & Vrracę, nepote Alfonsi. V I. dicto Imperatore Hispaniæ: & à Gelasio Papa confirmata fuit prima religio ad militandum cum tribus votis essentialibus obedientiæ, paupertatis, siue abdicationis dominij temporalis: & castitatis.

Insuper & cum voto militandi pro fide, contra infideles, qui ordo primus dictus fuit Militũ Templi, siue vulgo, Templariorum, sedes siue caput illius instituti fuit Templum Salomonis, ab Helana matre Constantini Magni restauratum, Christoque reparatori nostro, eiusq; sanctissimæ matris dicatũ: fuit hic ordo militaris primus de regula monastica sanctissimi

Templari.

ctissimi nostri imo omnium religionum Ducis Benedicti, & conformiter ad statuta Cystercent. ordinis nostri, eiusdem regulæ præcipui, imo & tractatũ ad hos direxit melifluus pater noster Bernardus, quẽ inter eius opera reperies, qui dicitur ad milites Templi. Deinde circa annos Domini. 1148. Summo Pontif. Eugenio. Tertio Cystercenti monacho, filio spiritali sanctissimi patris nostri Bernardi Abbatis, institutus fuit ordo, siue religio militum hospitalis Hierosolymitani, sub titulo sancti Ioannis Baptista, cum tribus dictis votis essentialibus, religionis, & statutis sanctissimis, ab eodem Eugenio Tertio Papa receptis, militandi pro fide, & hospicio recipiendi peregrinos. Ecce hic illustrissimus ordo à Bernardo sanctissimo patre nostro fuit adiutus & motus, & à Summo Pontif. sancto monacho nostro ordinatus, & statuta recepit & approbationem, quẽ maximè aucta fuit præcipuè post Templariorũ ruinam. Postea circa annum Domini. 1158. fuit instituta religio militaris, per Regem Santiũ Tertium Hispaniæ, Desideratum cognomento (ob ingenuas Principis virtutes, & vitæ breuitatẽ) adiutorio Raymundi Abbatis de Fitero ordinis Cystercent. siue sancti Bernardi & illustrissimi Didaci Valasco monachi (post equitem & Ducem in seculo nobilissimum) eiusdem ordinis, in oppido siue Castro magnissimo Calatrauæ veteris, in extremo Marchiæ Carpentaniæ, cum tribus essentialibus votis Religionis & institutis Cystercentibus, & regula Sanctissimi Benedicti Patris nostri, cum voto militandi vsque ad mortem contra Mauros, ad defendendam fidem nostram, Vadaliam, siue vulgo,

S. Ioann.

*Calatra-
uam milita-
ris ordo.*

Andaluciam, nobilem Hispaniæ citeriores Prouin-
tia possidentes, & Carpentanos, siue Toletani regni
fines, infestantes.

*Alcanta-
re milita-
ris ordo.*

Eisdem ferme diebus alter ordo militaris illustris
& famosus in partibus Extrematuræ, qua parte Lusitania
tangit, ad ditionem Ferdinandi Secundi Re-
gis Legionis & Galeticæ, & Asturum, pertinetis Ger-
mani fratris (ex Alfonso VII. Imperatore) dicti San-
tij desiderati, supradicti, Castellæ Regis, in sancto Iu-
liano dicto *del Pereiro*, ordinis Cysterciensis, siue Diui
Bernardi quoad statuta, & regulæ itidem sanctissi-
mi Benedicti, cum tribus votis essentialibus, &
addito simili voto militandi vsque ad mortem, cõ-
tra eosdem Sarrazenos. Hic ordo sedẽ mutauit post-
quam in Ferdinando Tertio Sancto Hispalensi, re-
unita sunt Regna Castellæ & Legionis; ex magna
fraternitate cum ordine Calatrauæ, ad Castrum Al-
cantaræ, & sic vulgo dicitur improprie ordo Alcã-
taræ. Hos duos illustrissimos ordines, vt veras reli-
giones approbavit Alexander Papa Tertius, circa
annum 1164. illum Calatrauæ, & anno sequenti huc
Alcantaræ, visus fuit fructus eximius horum mili-
tarium ordinum, non solum in extirpatione Sarra-
zenicæ gentis Maurorum, & defensione Regnorũ
Hispaniæ, sed etiam in vero cultu diuino, operibus
misericordiæ, & frano quasi imposito alijs nobilibus
Heroibus secularibus Hispaniæ, ne fluerent & dila-
berentur luxu vitiorum, quia isti religiosi equites,
specimen & virtutis exemplar præ se ferebant. An-
nis circa 1270. sub Iacobo, siue vt Aragones pronũ-
tiant, Iaimo I. Fortunato Aragonum Rege, & Gre-
gor. X. Summo Pontif. institutus fuit ordo de Mon-
tesa

tesa, à fede loci, sub regula sanctissimi Benedicti, &
ordine & status Cysterciensibus, siue diui Bernardi, cũ
tribus essentialibus votis religionis, & voto pugna-
di pro fide contra Mauros, fuit confirmatus hic or-
do & pro religione susceptus ab Ecclesia, circa an-
ni 1276. ab Innocentio Quinto Summo Pontif. Fue-
re instituti, alij duo ordines illustres & sancti milita-
res in Lusitaniæ Regno, quando vt ramus huius mo-
narchiæ Hispaniæ separatus virebat, Reges habens
Catholicissimos, vnus dicitur de Auis, & alter dici-
tur Christi, ambo ordinis diui Bernardi, amboq; ad
militiam ordinati, vitra tria essentialia vota. Omit-
timus vel sub his includimus militarem ordinẽ An-
nuntiatæ Sabaudia, & sancti Michaelis in Galia, &
sancti Stephani Papæ in Florentia, siue Pisa, quia sub
his includimus: quia cum omnes supradicti, veluti
præmium centesimum vitra illud vitæ æternæ dati
fuerint sanctissimo Bernardo patri nostro, & prop-
ter illum ordini Cystercienti, quia si nobilitatẽ mi-
litariæ humanæ propter Deum reliquit, dedit sub illius
patrocinio & statutis, militare omnem ferè Europæ
totius nobilitatem. Demum & si vltimo loco tan-
quam pro pupi religionem, opulentissimam & il-
lustrissimam in nostra Hispania Sancti Iacobi dictã
de Spata, non ideo contigit, quia gradus in hac
quali facti narratione intenderimus & præcedentiã
statuere, sed quia discursus ipse petebat, vt illos or-
dines qui sub Cystercienti sunt instituto non separ-
atim, sed simul connumerarentur: insuper, quia or-
do postulare visus fuit, vt illos ordines qui cum tri-
bus votis essentialibus, præcipue illo castitatis sunt
instituti connumerarentur primi. Hæc autem Re-
ligio

ligio Sancti Iacobi, sola castitatis coniugalis promissione fuit instituta anno. 1170. vel circa, confirmata anno. 1175.

§. XI.

HIS Igitur quoad factum (vt sic loquamur) narratis, nunc ad propositum præcipuum redeuntes dicimus, quod religiosus status, seu vita est, quædam disciplina, siue quodam continuum exercitium tendens, siue dirigens hominem talis vocationis imperfectionem vitæ, hæc autem perfectio vitæ spiritualis consistit in perfectione charitatis. Finis igitur status religionis est diligere Deum perfectè in se, & propter se, omni seruili excluso timore, & proximum in Deo & propter Deum. Hæc autem perfectio charitatis, & religionis, consistit in perfecta imitatione Christi Redemptoris nostri, iuxta illud Matthæi. 19. Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, id est, perfectè imitare, iuxta Hieronymi declarationem, & Augustini: at Christus Redemptor noster, fuit summè castus, mundicie speculum sine macula, & adeo pauper, cum esset eius terra & plenitudo eius, vt non haberet vbi caput reclinaret. Matth. 8. & fuit non quælibet obedientia in ipso, ad Patris voluntatem, sed perfectissima vsque ad mortem, vt dicit Paulus Philippens. 2. ergo necessario, & quasi essentialiter requiruntur ad vitam religiosam, tria, scilicet, obedientia, castitas, & paupertas, firmata voto: nam stabilitas & firmitudo sunt de ratione status perfectionis, & hæc fit voto: secus iuxta doctrinam Saluatoris, Lucæ. 9. Omnis mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, non est aptus Regno Dei.

His

His igitur tribus tenditur in perfectionem charitatis, & est quietus animus & pacatus, iuxta illud Pauli prima Corinth. 7. Volo vos sine sollicitudine esse: & his est perfectè resignata voluntas, cum quis omne quod habet, omne quod viuunt, omne quod sapit, Deo vouit & sacrauit, quod perfectum holocaustum est, iuxta Gregor. super Ezechielem: legatur S. Thom. q. 188. 2. 2.

§. XII

Hucusque filum traximus, vt ostenderemus statum religionis esse perfectum & veros religiosos teneri exerceri ad perfectionem, & in illam iter agere, & quicquid tendentiam, & iter hoc impedit evitare, sub mortali reatu, in quo omnes cuiuscumque differentie siue ordinis religiosi essentialiter cõueniunt: tamen, quia varia sunt charitatis opera, & diuersa exercitia, in quibus se exerceret, specialiter religioses, hinc est, diuersitas ordinum: nam quædam specialius exercet hospitalitatem, & peregrinorum susceptionem, quædam mendicitatem, quædam proximorum auxilium, in docendis rudibus, & prædicando Verbo Dei, quædam in eximia pauperie, & habitus vtilitate, & demum aliqua religio, præcipue exerceri potest ad militandum & defendendum proximos, ab inimicis fidei, iuxta illam doctrinam Augustini, ad Bonif. dicentis: Noli æstimare neminem Deo placere, qui armis bellicis ministrat, in his enim erat Sanctus Dauid, cui Dominus magnum testimonium perhibuit: nam Religiones institutæ sunt, non solum præcipue ad opera vitæ contemplatiuæ, sicut monasticæ, sed etiam ad opera actiuæ vitæ, in subsidium proximorum, & hoc melius in subsidiū

Ddd 4

reipub.

reipub. Christianæ, vt faciunt religiosi milites : est enim opus maius omni corporali tuitio vitæ, & honoris, & temporalium bonorum, vniuscuiusque & totius reipu. & legis Dei, q̄ maius est, & cultus eius, & sic. 1. Regum. 18. dicitur ad Dauid, quod prælietur bella Domini, & cap. 25. idem dicit Abigail Dauidi, prælia Domine mi Domini tu præliaris : & de Ionatha & de Iuda Macabeis. 1. eorum lib. 6. c. 3. dicitur, quod pugnavit pro lege Dei, & pro sanctis, & pro animabus suis : & 13. cap. dicit Simon : Vos scitis quanta ego & fratres mei & domus patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia : legatur sanct. Thom. cuius est doctrina. 2. 2. q. 188. artic. 3. in corp. sunt ergo verè religiones militares, vt institutæ sunt ab Ecclesia, & milites siue equites, sunt verè religiosi, siue regulares, vt expressè docet S. Thom. vbi supra, & sunt verè fori ecclesiastici in temporalibus, & spiritualibus, subiecti secundum obedientiæ votum, in militariibus suo militiæ magistro, sicuti & in temporalibus, in spiritualibus immediatè, suo spirituali superiori. In quo magna in curia obliuioni traditum est apud ipsos cui subsint quoad spiritualem forum, immediatè : nam sunt per priuilegia & rescripta sua Apostolica, exempti à iurisdictione Episcoporum, & suos debet recognoscere ordinarios quoad forum animæ, vt liquet ex eorum bullis, exemptionum quas vidimus in transumptis fidelibus, & tenet Nauarr. militiæ ordinis Ronçeuallis professus Canonicus suæ Apolog. de reddit. eccles. q. 1. monit. 55. & 56.

§. XIII.

Vnde colliges primo, Magistrū Soto de iust. & iur.

iur. lib. 7. q. 5. art. 3. confiteri prædictos milites Calatrauæ, Alcantaræ, sancti Iacobi de Spata, & alios similes esse verè ecclesiasticas personas, & gaudere priuilegio fori, si quis suadete. 17. q. 4. tamè nescio quod de iur. falso fundamento negauerit, sine ratione illos esse regulares & religiosos cōtra expressam S. Tho. doctrinā. 2. 2. q. 188. art. 3. & contra rationē cōmunem, quia isti tales sunt adiecti & m̄cipati alicui verè religioni ad suum ministerium bellādi, & sunt verè professi : nam quis negauit ordinē nostrū, imo ordinum speculum Cysteriensem, siue sancti Bernardi, veram esse religionem? cui Calatrauæ & Alcantaræ, Christi, & Auis, & Montelæ sunt adiecti milites & religio clericorum, siue Canonicorum sancti Augustini de Vcles, & sancti Marci Legionensis trālati ad Calerā in Emerita Estrematuræ, verā religionē & in toto rigore esse, cui sunt adiecti equites sancti Iacobi ad militandum, & ille nostrorum canonicorum regularium Cysteriens. Calatrauæ, Alcantaræ, illorum de Thomar, & de Auis in Portugalia, religiones verissimæ sunt : secus enim, si tales equites, siue milites professionem emisissent, imo & nouitiatū agentes in conuentibus ordinum militarium, non essent veræ fori ecclesiastici, & religiosæ personæ, sequeretur nostros fratres (quos aliæ religiones fratres laicales vocant) quia adiecti sunt religionibus, non ad chorum, sed ad ministeria seruilia, culinæ, horti, &c. non esse verè ecclesiasticos & religiosos, quod neque Soto, neque Sarmiento, Episcopus Giēnensis post Astoricensem, neque vllus sanæ mentis concedit, contra doctrinam cap. non dubium. de sententia excommunicatio. & cap. de monialib. & cap.

cap. religiosus. eodem titulo, lib. 6. Adde insuper, quod prædicti emittunt sua tria vota substantialia, & eorum religiones sunt à Sede Apostolica approbatae, & regulam sancti Benedicti patris nostri, vel sancti Augustini profitentur, & secundum illas, militiæ contra hostes nostræ fidei ministerio, se addicunt ex voto solenni. Insuper beneficia ecclesiastica obtinent regularia, ad quæ soli regulares sunt capaces professi, iuxta Clementinam primam, de supplend. neglig. prælat. & cap. cum singulam. de præbend. libr. 6. §. prohibemus. Imo id ipsum decernit Concil. Tridentinum de reg. ses. 14. cap. 10. Commendas autem maiores, Clauerias, & alias Commendas militares, ex decimis, & prouentibus, quis sanæ mentis dicet non esse beneficia ecclesiastica? tum regularia solis regularibus professis danda, cum ad illa nemo alius sit capax: & certè doctus & pius Soto, his rationibus quasi vincit admittit ferè, quod negauerat ex parte, concedens ordines militares esse veræ religiones & canonicos ordinum militarium, veros fatetur religiosos, imo milites sancti Ioannis Ierosolymitani siue modo Militenses quondam Rodios, dicit verè religiosos in toto rigore, quia castitatem vouent: ex quo liquet quod secundum Soti & D. Francisci Sarmiento sententiam, istæ religiones militares, verè religiones erant ante quam matrimonia admitterent, ex Apostolico priuilegio, quando in castitate ex voto perseverabant solenni, igitur gratia Apostolica illos reddidit non religiosos, quod ridiculè est dicere, imo indecens & immodestum.

Ref-

Responsio ad contraria. §. XIII.

NON Latet nos Sanct. Thom. 2. 2. quæstion. 186. articulo. 4. ad tertium dicere, modo viuendi, quibus quidam matrimonio vtuntur, non esse simpliciter religiones, neque vxoratos sic viuentes religiosos, quia sanctus Thomas hic loquitur de quibusdã hominibus omnino liberis, & qui remanserunt cù suo velle & nolle, & solum vt simiæ alicuius religionis cuculum imitantur, & quandam maiorem affectionem ad aliquem ordinem ostendunt, vt sunt illi de tertio ordine sancti Francisci, & sancti Domini, & illi secundum solum aspectum & externum affectum religiosi sunt, & non simpliciter, neque verè, imo neque ex iure communi gaudent priuilegio immunitatis fori. capit. si quis suadente. 17. quæstion. 4. nisi forte ex aliquo priuilegio Apostolico. Sed quod magis viget est, quod nos & tenuimus & tenemus indefectibiliter cum sancto Thoma (vt patuit supra tertiã huius Summæ parte, & alibi sæpe) 2. 2. quæstione. 88. articulo. 11. & contra eius commentat. Caietanum ibidem, & contra Scotum in quarto, distinctio. 38. quæstione. 11. in solenni castitatis voto regularis, non posse Summum Pontif. dispensare cum sit contractus solennizatus, hoc est, cù plena deliberatione, & Ecclesia ex parte Dei, siue prælatus sit solenniter acceptans, & materia est non solum utilis statui, sed de eius essentia, & si merè redditur diuini iuris indispensabilis ab homine, vel ab Angelo, nisi à solo Deo: & hæc doctrinã veram esse, non solum vt dixim⁹, affirmam cù Angel. D. sed quæ decreta

creta est à Concilio Lateranens. maximo, siue ab ipso Innoc. Tertio: & habetur cap. cum ad monasterium. de stat. monach. vbi dicit Pont. Summus prædictus, quia abdicatio proprietatis, sicuti & custodia castitatis sic sunt annexæ regulæ monachali, vt circa illa, neq; Summus Pont. indulgere possit, &c. & sic doctus iuris peritus Nauarro, vt in ermis logices siue methaphisices, ex hoc argumento ne admitteret equites seu milites, de quibus est sermo vxoratos, ex priuilegio, non esse veros religiosos, admisit quod peius est in tali voto posse Summum Pontificem dispensare, contra supradictum Summi Pontificis negantis decretum. Nos vero dicimus nihil disputantes de factis sed de iure, quod de ordine Sancti Iacobi de Spata, nihil habetur certi sicuti, & de eius prima institutione, quidquid sit de eius antiquitate prout facti, an inceperit Regis Ranemiri annis, siue vulgo Ramiri Primi, circa annos. 846. vel non, & an semper vxorati fuerint à suo initio, non constat, quod certissimum est hoc loquimur, & scribimus, quod religio prout iuris, id est acceptata ab Ecclesia, cœpit diebus Alfõsi. VIII. cognomento boni, filij Santij Regis, & postea confirmatus fuit ab Ecclesia, & approbatus, vt ordo militaris veraque religio quoad militiam, & defensionem ab inimicis fidei ab Alexand. Pap. huius nominis Tertio, & in bulla approbationis non fit mētio de vxorum permissione & castitate coniugali, quod certo perscripta scimus, hoc est, quod diebus Alfõsi X. Hispaniæ Regis cognomēto Sapiētis, tūc vxores habebāt milites Sancti Iacobi, in bello super Almeriam: cæteri vero ordines militares instituti sunt cum.

cum solenni voto castitatis, & perseuerarunt cum illo vsque ferè ad diēs nostros, siue Patrum nostrorum, id est, vsque ad Paulum Tertium Pontificem max. & Carolum Quintum Imperatorem, Hispaniæ Regem: & sancti Ioannis hospitalis religio vsq; hodie cum solenni voto perseuerat: cæteræ vero remanserunt (Papa sic ordinante) vt extunc solam castitatem coniugalem sufficiat vouere vt remaneat quoad milites & religio militaris, cum hoc addito, imperfecta tamen, monastica, siue regularis, quod factum existimo, ob rationabiles & vrgentissimas causas, & hoc non quod Summus Pontif. dispensauerit, & solēniter professus etiam miles, vxorem ducat, quia hoc Summus Pontif. dixit & decreuit Innoc. Tertius vbi supra, non posse, & nos tenemus, sed potuit Summus Pontif. ante professionem, auferre, siue minuere à religione militari, votū castitatis, vt extunc solum promittant, coniugalem, & religiosi militares cum integro obedientiæ voto remaneant, & cū voto abdicationis bonorum temporalium, cum solo vsu hoc certissimum est, apud omnes.

Commenda beneficia sunt ecclesiastica.

§. XV.

VNDE Secundo colliges magistratus omnium militiarum, esse veras dignitates ecclesiasticas, & veram commendam, esse beneficium vere ecclesiasticum, cum animarum cura annexa, & corporum tutela militari, cum ex proloquio iuris Canonici, beneficium sit propter officium: officia autem ecclesiastica sunt animarum cura sanguine Christi Redemptarum, directè, siue immediatè, vel mediatè exerci-

ta per alium, vel officium sunt diuinæ laudes in Cho-
ro, loco cuius promiserunt milites, equites, pugnare
pro, fide & sanctis legibus Dei, & ad defensionē lau-
dantium Deum, & ultra hoc instituerunt clericos
regulares siue Canonicos, qui hoc munus illorū no-
mine exequerentur continuè. Doctrina est S. Tho.
2. 2. vbi supra. Tum est conformis decretis, cap. ex
litteris. de transaction. & cap. cum adeo. de rescript.
& cap. 2. de institutio. & colligitur ex Calderin. in
cap. postulasti. de rescript. & tenet Felin. ibidem, &
Anchar. super cap. beneficium. de regul. iur. lib. 6. &
expresse Ioannes de Selua. 1. par. q. 1. sui docti tracta-
tus de beneficio. Præbendæ enim quas Commendas
vocamus, solus magister militiarum, vt ecclesiasti-
cus auctoritate Apostolica confert, & non potest al-
teri, nisi ecclesiastico, imo regulari, imo nõ nisi pro-
fesso & gestanti habitum suæ militiæ, & in illa per-
seueranti: legatur Nauarro etiam citato libello apo-
logiæ reddituum ecclesiast.

§. XVI.

Colliges tertio, Commendatores equites, posse
comedere præbendas & illis frui, & si actu non
militent, cum non sit necessitas contra Hæreticos,
& Infideles, cum sint in præparatione animi ad præ-
liandum, quoties necessitas petierit, cū debito & de-
centi cõminatu suorū seruentiū: nã virtualiter eū
hoc cõpacto tacito, famulos habent & alunt fami-
liã. Et adeò verū est hoc, vt peccent mortalit. cõtra
suū statū & votū, tẽpore necessitatis cõtra fidei ini-
micos regnum suū infestantes, & restituere tenentur
fructus Cõmendæ, siue beneficij sui illius anni, cum
ad hoc alãtur, vt quantū in se fuerit, tueantur suos
præci-

præcipuè Cõmendatos, quando in oris inimicorū
sunt, vel in periculo: cum propter tale officium be-
neficiū illud illis detur, & decimas (verum Christi
patrimonium & Ecclesiæ cõmendant; si pugnare
renuant, aut fictum impedimentum simulent: quod
adeo planum est ex lege iustitiæ, & voti fundatis cõ-
pactum virtuale siue tacitum, & ex supra dictis, vt
superfluum censeamus immorari patet.

Obligaciones Commendatorum. §. XVII.

Colliges quarto, teneri supra dictos Cõmendato-
res, ad congruam sustentationem ministri sui, siue
ministorum Ecclesiarum, quibus inest cura anima-
rum, & exercent illam: nam cū commenda sit bene-
ficiū ecclesiasticū, & ex decimis cõgeratur, Ecclesia
pro tẽporib' necessitatis assignauit illud præcipue
militati, pro defensione decimatiū, ab infidelibus &
eorū inuasionibus, eisdẽ cõmittẽs sustentationẽ con-
gruã ministri siue ministorū spiritaliū, & sufficiẽtẽ:
cū dignus sit operarius mercede sua, & nomine con-
gruè iã satis vulgatū est quid intelligatur. Insuper
tenentur ex iustitia, vbi tollunt fabricę partem cõ-
mendatores, primitias, scilicet, Ecclesiæ suæ Com-
mendæ collapsas restituere, minantes ruinam refice-
re, de paramentis, vasibus providere, quod congruū
& sufficiẽs sit: secus cū Ecclesię patrimoniu decime
sint, ex quibus vna pars erat pro templorum restau-
ratione, ædificijs, & vasibus, & paramentis alijs: alte-
ra pro sustentatione Episcoporum, curatorū, & mi-
nistorū Ecclesię: tertia pro peregrinis: quartã demū
p pauperib' alẽdis parocetiẽ, vt habetur expresse iure
anti-

antiquo .16. q. 1. c. quicquid. ex Hieronymo sanctissimo ad Damasc. & quævis hodie in Hieronymi monumentis quæ impressa circumferantur, hæc verba capituli formaliter vt à Gratiano citantur non inueniantur, inueniuntur apud eundem, ferè eadem, super. 3. Esai. & sic sanct. Thom. citat ea, prout Hiero. 2. 2. q. 185. artic. 7. argum. 2. & 3. & fortè in antiquioribus Origin. quos Gratian. & sanct. Thom. viderunt talem Epistolam habebant ad Damasc. Hieron. quam nos nõ sumus nacti. Idem ex August. habetur 23. q. 7. cap. quod autem. & 12. q. 1. cap. ultimo. imo fuerat hæc doctrina. Clemen. Papæ .I. lib. 2. Consti. Apосто. c. 9. & 39. Ergo qui omnes decimas colligit, omnes has quatuor portiones habet : ergo tenetur ad onera: nã cū dominiũ verũ & propriũ bonorum spiritualiũ, etiã fructuũ, & decimarũ (quæ spiritualia bona hic vocamus) sit apud Christum R. N. non solum quia Dominus & creator est, quia ex hoc titulo omnia, cœlum & terra & plenitudines eorum sunt eius domini, sed quia Christus in quantum homo, est caput Ecclesiæ, & in quãtum Deus & homo, est eiusdem sponsus, sic verus Dominus fructuum, & decimarum & oblationum, & aliorum prouentuum ecclesiasticorum, est Summus Pontif. primus administrator, rationem Deo redditurus, & Episcopi, & curati, & alij ministri Ecclesiæ, suarum administrationis portionum, ita vt nullus bonorum horum Christi, directum acquirat dominium, de quo dominio agitur. ff. de acquirend. rerum domin. lege præcipuè. 3. & instit. de rerum diuisio. §. nullius. Ergo cum Summus Pontif. Primus horum bonorum administrator, & diuisor, alicui decimas assignat, virtualiter

tualiter, & quasi ex compacto iniungit. Ex iustitia, onera eorum subleuationis & adiutorij, ad quorum sustentationem sunt decimæ institutæ iure diuino: legatur Caiet. 2. 2. q. 43. artic. 8. & Calderin. super cap. postulasti. de rescrip. & iuxta hanc doctrinam decernit Conc. Trid. ses. 7. cap. 7. & 8. & ses. 21. cap. 7. de reform. & adeo certa hæc veritas est, & si obliuioni aded tradita, vt ad supradicta sub mortali, & sub obligatione restitutionis commendatores sic intelligamus obligatos ex iustitia, sicuti ad soluendum fossori denarium diurnum, vel reddendũ pallium ei, a quo ablatum est vi, & si obijciatur, quod ferè nullus est qui hoc faciat, respõdebo, quod mei modo muneris est, quæ vera sunt scribere, & docere facio: modo restabit, suscipientibus & emendantibus benedictio Domini, recalcitrantibus autem, eius verbum asperum: Ite maledicti, & ideo dilatauit infernus os suum.

Commendatores non habent dominium. §. XVIII.

COLLIGES Quinto, prædictos milites, siue equites professos, ex quo emiserunt solenne votũ paupertatis, non habere directum dominium, non solum fructuum commendæ, siue decimarum, imo neque bonorum quæ illis ex patrimonio vel hereditario quocumque iure euenerunt, etiam cuiuscumque illustrissimi primogenij, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus, sed solam habere potest administrationem plenã pro vita, & ex quo dispensati sunt vt profiteri possint solo vouendo coniugalem ca-

Ecc
stitatem,

stitatē, si filios habent, dominium ad illos transit bonorum secularium, vel ad quoscumq; seculares hæredes, sibiq; sola bonorum & titulorum secularium, administratione plena pro vita retenta. Et si animus cōmendatorū scientium & aduertentium, ultra vsum suorū bonorū, & administrationē, si dominio voluntariē inhæreat, sunt in statu damnationis, & sunt suū solēne votū præuaricātes, proprietarij: hoc nouū videbitur aliquibus, sed pro hoc dolor, quia nesciunt suū statū quē maximè scire tenentur, & emittūt tria vota in manu prælati spiritualis eiusdē conuentus suæ militiæ, vt Vclesij, Calatrauæ, Alcaantaræ, siue Montese, siue in Thomar, Portugaliæ, neque venturā horā existimant, qua extra conuentus clausurā se videant, & quasi biberint aquæ haustum, professionem emittunt, neque magis curant. Sed re verā sunt religiosi, id est, votis religati, & non satisfaciunt, tantū memoriale facientes omnium suorum bonorum stabilitium, & mobiliū suo superiori (vt & facere tenentur omnes) nisi re vera ex animo se proprietate & vero dominio exuant, videant quid faciunt. Neq; testamenta cōdere possūt nisi de speciali licentia superiorū, imo neq; valida sunt: & hoc nō de fructibus & bonis cōmendæ: quia hæc immera & nuda administratione susceperunt, sed de bonis paternis vel hereditario iure aduenientibus, quia de talibus cōceditur illis disponere, quasi essent propria, tū ex privilegijs Pontif. tū ex consuetudine, sic vidētibus superioribus, & nō impediētibus, dū modo iustē & iuridicē disponant, & precipuē in pios vsus & causas legat. Alua. Pelag. de Plac. eccles. p. 2. c. 28.

Col.

Colliges. 6. oēs fructus cōmedarū, posse cōmendatores vèdere, dare, locare, cōmodare, & illis vti & frui in honestos & bonos vsus, vti enim dixim⁹ sup. cū sermo esset de beneficijs ecclesiasticis, & docet Caic. super. 2. 2. q. 43. art. 8. & ex iuris peritis docet Calder. super. c. postulasti. de rescri. & Ancha. super. r. c. de reg. iur. lib. 6. quia ius percipiendi fruct⁹ ratione præbendæ eccles. nihil minus quoad hæc habeat à iure fructuū pprij patrimonij, exceptis quæ dicem⁹ & dixim⁹. Possunt ergo cōmendatores ex fructibus suarū cōmedarū, se decēter sustentare, nō solū vt aliquilibet eques siue nobilis suæ qualitatis qui cōmendā nō habet, sed ampli⁹ & melius, dignus est enim, & c. potest sustentare suā familiā, & addere ratione cōmendæ, maiore & numerosiore, & tantam, quantā cōmodè sustentare potest, & hoc ratione militiæ quæ est eius vocatio specialis, & sic eius famuli milites esse debēt, vel saltim, qui ad militiā sint viles: potest ex redditib⁹ seu fructibus cōmendæ, sustentare equos possibiles sibi, & alia arma. Pōst & (si senex est) ex eisdē fructibus habere carruciā, siue lecticā, istæ enim nō sunt extra decētē sustentationē præbendati ecclesiastici militis, siue nobilis equitis: neq; in talibus istæ sunt profani vsus, quos reprehensione, imo nota iniustitiæ dignos iudicauimus in alijs ecclesiasticis. Possunt & ex eisdem fructibus suas commodè vestire vxores, liberos, & alios domesticos; dixi cōmodè, nā notabiles excessus, iniustos & profanos, iā ex redditib⁹ ecclesiasticis, diximus sup. dānatos rationibus & testibus. Possūt & ex eisdē cōdecētē suppellectilē habere, aulæ siue tapetia, pornatū dom⁹, quæ si excess⁹ notabilis & nimis in his esset iniusticia

Ecc 2 Com-

committeretur: cum ea quæ ex institutione Christi & Ecclesiæ ad militadû, & pro cõgrua equitû & familiæ & militiæ sustentatione sunt ordinata, & data, in alios non cõgruos redderentur sumptus in fraudem vel militiæ, vel eleemosynarum & piorum operum, quæ ex his supersunt fieri debent, vt dicemus infra: poterunt & ex fructibus commendarum cõuiuia personarum suæ professionis, vel quorumcũque religiosorum, vel ecclesiasticorum, vel etiã merè laicorum, dummodo omnis superfluitas insana absit, & sint commoda regulata & frugaliter conuiuia, neque omnino parca, neque tamen profana & nimia, & quæ magis stultum & pomposum fastum ostentent, quam committatem, & amicitiam & soliditatem equitum urbanam, & proficuum: nã qui similia opipara nimia, & excessiua ex patrimonio Christi (quales sunt Commendæ) fecerit, in iustitiã in administrationis dispensatione committit & restituere tenetur, quod excessit, & quod magis est, possunt quicquid voluerint ex dictis fructibus dare, pro mercede, pro salario, pro gratitudine, & a fortiori in pia opera expendere, dummodo non desit debita militiæ subsidium, quæ est eorum prima vocatio neque Ecclesiarum sibi annexarum seruitium, quia hæc sunt primæ obligationes eorum, reliqua pauperibus debentur, quia eorum sunt bona, sicut reliquorum bonorũ ecclesiasticorũ, vt probauimus satis superq, supra huius tertiæ part. c. 9.

Cuius sint quæ supersunt commendatoribus.

§. XIX.

ET piorum operũ quæ diuinũ respiciunt cultũ,

¶

¶ habetur expressè decretũ à Clem. I. Papa & Martyre Petri Apostoli Discipulo, ex cuius ore didicit, quæ statuit lib. 2. constitut. Apostolic. cap. 19. vbi decimas & primitias docet, dicens: Homo Dei (scilicet Episcopus, vel quilibet Dei patrimonio viuens) quæ ex decimis & primitijs secundum Dei mandatum dantur, rectè dispense orphanis, afflictis, viduis, & peregrinis egentibus, vt qui habet Deum harum rerum rationem poscentem. Et subdit infra, Omnibus egentibus cum iustitiã tribuens, vtens, & non abutens, & non solus vorans, &c. qua sententiã nihil clarius. Et idem Ambrosius, cuius sunt verba cap. conuenior. 23. quæstione. 7. & ex Augustin. cap. quod autem ibidem. Bona nostra (aiunt isti sanctissimi Episcopi) sunt pauperum, & illud cap. Gloria Episcopi. 12. quæstio. 2. quod est ex sancto Hieronymo desumptum, & ex Ambrosio. cap. aurum habet Ecclesia. ibidem. Hoc expressè docent, bona decimarum quæcumque esse (vltra sustentationem ministro congruam) pauperum, siue piorum operum, imo hanc doctrinam in praxi docuerunt ipsi Ecclesiarum magistri Apostoli, vt liquet ex historia Actorum à Luca conscripta cap. 3. 5. & 6. vbi oblationes fidelium, & rerum pretia, veditarum, Apostolis distribuenda necessitatem patientibus dabantur, hoc ex sanctissimo Gregorio Primo docet. c. quia tua fraternitas. 12. quæstio. 1. Omne (ait) quod superest necessitatibus, in causis pijs ac religiosis erogandũ est, ecce quid Gregorius, ut sanctus sentit, & quid vt Pontifex summus decreuit. Hoc idem Melchias. Papa cap. futuram. 12. quæstio. 1. & Urbanus Primus ibidem cap. videntes. statuit, quid adhuc desiderant

Ecc 3

testes?

testes? huius incôcysæ veritatis & toties ab ecclesia sancta prædicatæ & decretæ? illam velint nolint fatêtur, etiâ inuiti, qui singulariter, directû & plenu dominiû fructuum ecclesiasticorum, apud ecclesiasticos esse dixerât, vt Soto lib. 10. ius. & iur. q. 4. ar. 4. & Frâcis. Sarmie. Altoricent. & post Gienners. lib. de redditib. 1. c. part. 1. vnde ab hac doctrina in contrariâ quæ verissimilis nō est, nō est eūdū: cū quæ verissimilia nō sunt, asserēda minimè sint, vt habetur c. nō est verissimilis. de præsumpt. & ff. quod metus causa sūt lege. nō est verissimile, quis autē nō dixerim Christianus, sed neq; Paganus dicet fructus decimarū, & donationes fidelium & oblationes, esse institutas ad faciendā inglubie ecclesiasticorū, siue cōmendatorū, in hoc superfluo comedētium, & ad sustentandas profanitates, ad deaurandas parietes, ad strandū carrutias & lectiças ebore & auro, & quod peius esset, ad ludos magnos, & vetitos iure, & ad luxuriosè viuendū: absit hoc absit, & lōgè abest á piarū mentiū fide, neq; vt ex Christi patrimonio R. nostri fiât magna primogenia & maioratus ex decimis cū defectu obligationū aliarū, & famis, & nuditatis pauperum, crudeli permissione, imo iniusta negatione possidentis.

Specialius quid possint commendatores.

§. XX.

SE D. oportet ista moderari & specialius loquimur igitur, quod sicuti supra loco citato dictū est, omnia quæ de fructibus & redditibus beneficiorum ecclesiasticorum, & aliarum dignitatum dixi-

mus

mus illis licere, facere idem licere. Commendatoribus (sic enim vulgariori titulo equites siue nobiles militares religiosos vocamus) scilicet, quod possint ex illis ultra congruam sustentationem suam, iuxta suæ nobilitatis & militiae qualitatem, & suæ condecētiæ familiæ, gratificare de reliquo beneficia, in se collata, & si dant suis consanguineis nobilibus necessitatem secundum suum statum patientibus, benefaciunt, quia elemosyna est, & fortè acceptior, dummodo non excedant modum. Possunt & pro se vel secum militantibus strenuè, premia militaria dare, ultra stipendia, contra hostes diuinæ fidei Christianæ, quia hæc est eorum vocatio prior, ad hanc quæ militiam eorum commendæ, siue beneficia instituta sunt ab Ecclesia sancta. Possunt insuper, quicquid acquisierint sibi extra decimas, & Commendam, cum suorum superiorum licentia: Et insuper, quicquid de congrua sustentatione suarum personarum & familiæ, partius viuendo, in aliquo Castello, siue oppidulo, minuendo sumptus, & seruitia famulorum, & vestium in ciuitate. debitarum in suæ hæreditatis patrimonio augendo, incorporare, & sui filij, vel filiorum maioratus, siue primogenia augere, semperque seruitijs, & oneribus suarum Commendarum, & ministerio Ecclesiarum adimpletis, & pauperibus, siue pijs operibus non defraudatis: nam doctrina hæc solum, ut diximus procedit, de acquisitis ex parcitate congruorum sumptuum, ex ratione officij sibi debitorum pro suæ & congruæ familiæ sustentatione.

Ecc 4

Tenen-

Tenanturque in conscientia & in iustitia dicti Commendatores (& si commenda non obtinet, siue beneficium, sed tantum habitum susceperunt militarem, & professionem emiserunt) ad militandū personaliter, quando adest bellum infidelium intra limites Regni, ad cuius defensionē constituti sunt, vt Calatrāæ, & Alcantaræ, & sancti Iacobi de Spata, pro Hispaniarum Regnis, sed sancti Ioannis Hierosolymitan. pro toto Christianissimo, mari, terraque, quia & si omnes isti ordines, instituti fuerint ad militandum, vt secundum doctrinam sancti Thom. 2. 2. quæstion. 188. articu. 3. docuimus, supra, hæc voti militiæ & obligationis modus, iuxta cuiuscumque ordinis statuta interpretandus est, & moderandus, videantur igitur earumdem religionum cōstitutiones: & sic illa constitutio strenuissimi ordinis sancti Ioannis, quod eius miles cum tot militibus aggrediatur hostem, tot vel tot militibus stipatum, etiam in tercio excedentem, & in mari quod duæ trirremes religionis, congregi teneantur cum tribus Turcicis, vel Sarrazenicis, & neque quinque fugere possint, & si adoriri prælium non teneantur cum in duplo excedantur ab hoste: iustissimæ leges sunt, perfectam animi fortitudinem intendentes: in militibus, tum ob honorem Christianæ virtutis ipsius Christi Redemptoris nostri: tum etiam ob honorem sue religionis, ad quæ tenentur ex iustitia & in conscientia, ex vi obedientiæ in re grauissima & difficilissima, nullatenus temeraria, cum virtus & fortitudo, industriaque multo superet interuallo, numeri hostium excessum? & sic miles sancti Ioannis in rebus grauibus contraueniens dictis

dictis statutis mortaliter peccat. Et ad damna Religionis tenebitur, & iustè, vt infamis punietur.

Vnde liquebit, quam vberes fructus Calatrāæ, Alcantaræ, & Sancti Iacobi Religiones, & earum milites in suis inijs, & quando seruabantur militaria eorum instituta Religiosorum Ordinum, in recuperatione Beticæ, siue Vandalicæ, Prouinciæ & Regni Murcia, Giennis, Hispalis, Cordubæ: & demum Granatæ, protulerunt. Hoc denotabat insigne Crucis Domini nostri Iesu Christi in pectore rubens, sanguine, vel viride, spei cœlestis, & terrenæ victoriæ: hoc insigne ensis, siue Barbare spatæ, sanguine infidelium tintæ, quibus insignis tremore, & stupore fugiebant & consternati animo, cedebant Christianismi hostes, ita vt faterentur Sarrazeni, se magis timere centum Crucesignatos, siue Commendatores, quam reliquum numerosum exercitum. Et hoc quando Commendæ tenuissimorum erant prouentuum. Quo igitur modo vultu, & qua fronte poterunt modo ditissimarum, & pinguisimarum Commendarum fructus comedere, qui neque inimicum Fidei viderunt, neque enses (vt aiunt) euaginare didicerunt? Sed in otio, torpore, ac ignauia effœminati, luxu, & impudicitijs alecti, illustriissimarum Religionum, imo & sui generis nomen obscurarunt? Non ad hoc Reges, & Principes Religiones statuerant, & Summi Pontifices maximi, militares approbarunt, & Ecclesia, vt milites suos, suis decimis, & patrimonio Sponsi sui Iesu Christi ditauit. O quot meretrices in inferno

Ee; ardent

ardent hodie, & quot lenones & Parasiti, qui commendatores stultos consumpserunt, imo & quod peius, & magis lacrymis dignum, quot commendatores perditii sunt & pessimo consumpti sine, ob male, indecenter & luxuriosè consumptos suæ Commendæ fructus, scit Deus, quem enixe obsecramus, vt illorum mentes illuminet, & ab illorum animis cœcitatē depellat. Sunt enim multi, gratias Deo, ad quorum petitionem hæc scribimus, veræ non solum suæ vocationis sectatores, Iesum Christum, vt Ducem, milites sequentes, sed vitam, & si in seculo corpore conuersantes, eremiticam monasticam agentes.

De Magistris militiarum. §. XXI.

Magistri militiarum, in omnibus supra dictis obligationum adimpletionibus, tenentur ex iustitia & in conscientia, commendatores omnes excellere, vtpote qui capita esse debent, & veluti exemplaria, & vt nomen præ se fert illorum, magistri, tum virtutis & fortitudinis, & strenuæ militiæ: tum etiã, religionis & veri Dei cultus præ eminentia. Tenentur igitur magistri militiarum vltra illa ad quæ ex vi professionis sicuti ceteri professi obligantur milites, illos gubernare iuxta constitutiones suarum religionum, autoritate Apostolica conformitas, vel quæ ab earundem religionum Capitulis ordinata sunt iuste. Tenentur insuper vt iudices & superiores, corrigere, temporalibusque pœnis multare deficientes, errantes instruere, inobedientes coercere, vi externa punire peccantes, & cogere, vt adimpleant onera supradicta suarum commendarum.

rum, & ad hæc omnia in grauioribus & magni momenti defectibus, tenentur sub mortali peccato ex vi officij, & cum obligatione restitutionis damno rumsecutorum Regno, vel Religioni, ex eorum sordicia. Sed iam quoad nostræ Hispaniæ militias cessauit ex parte magistrorum obligatio personalis, cum iam magistri non sint religiosi professi, & si ad reliquas obligationes officij, & fortè maiores remaneant obligati ad onera supradicta magistrorum: circa annum enim. 1480. nostri Redemptoris, Summi Pontificis Sixti Quarti licentia, & concessione Magistratus sancti Iacobi incorporatus fuit Regno Castellæ & Legionis, in capite personæ Ferdinandi Quinti mariti Elefabethæ, nunquam vt par est laudatæ Reginæ Catholicæ. Verum est, quod Magistratus diuisus erat ille, tum cum medietas vacaret obitu Comitis de Baredes, & Alfonsi de Cardenas, tredecim Commendatores (sic enim vocant proceres illius religionis, & suffragium in grauioribus habentes, a numero primorum nomine accepto, quamuis iam numerum excesserint) per suffragia elegerunt dictum Ferdinandum Regem in suæ magistrum militiæ & ex hac electione profiteri tenebatur Rex, dictum ordinem, sed dispensatum fuit ab Apostolica Sede, & postea incorporati sunt nostri Cisterciensis magistratus Calatrauæ, & Alcatara, & demum nostris diebus sub Greg. XIII. Pöt. max. post obitum D. Petri Ludou. Garcelæ de Borja vltimi magistri de Morcia incorporatus fuit magistratus Regno Aragonum, in capite Philip. II. Hispaniarum Regis, quoad huc supstes est, cum hæc vltimo reuidentes scribimus plen' diebus. 70. agēs an. in isto. 1596. d. facti hæc incorpor-

incorporationum, & vnionum nihil dicimus, de fructibus & effectibus ex tali vnione secutis dicimus, & vidimus fuisse bonos: fuerant enim Magistri Religionum facti incrassati, & impinguati, insolentes, & Regibus inobedientes, sed certè Hispaniæ Regibus, sicuti accessit magna reddituum copia, & diuitiarum, accessit & grauissimum onus, quia & si Magistri non sint, sunt tamen administratores perpetui, habentque commissam à Sede Apostolica iurisdictionem temporalem supra dictos milites regulares, & potestatem quam vt Reges non habebant, & certe pro exoneratione conscientiæ instituerunt Reges nostræ Hispaniæ Senatum grauissimum, siue consiliariorum Curiam regularium professorum, dictarum militiarum doctissimorum, & grauissimorum hominum nobiliumque. Sed omnium iuris peritorum, cum certè in multis in illo Senatu egeant Theologica scientia, quoad obligationes conscientiæ iudicandas, & deberent eligi saltem duo senatores Theologi pro talibus causis, & negotijs regularium.

§. XXII.

EST & aliud maximè defectuosum, quod credimus si Catholicissimi Reges aduertissent, & maximè Philippus Secundus maximus religionis & ecclesiasticæ immunitatis obseruator, credimus prouidissent: quia cum Rex Catholicus, & si magistrum militiarum exercent tuto nomine Summi Pontificis, & ex hoc licite frui possit prouentibus & fructibus magisteriorum, cum ecclesiis ob iustas causas potuerit laicis Principibus, & communibus hominibus decimas concedere ad vitam vel perpetuo, vt tenet Archi-

Archidiaconus super cap. sine exceptione. 12. questione secunda, & multo iuris Canonici periti super caput nulli de rebus ecclesiæ non alienandis. imo hoc non negat, imo affirmat S. Thom. noster, 2.2. quæstio. 87. arti. 3. præcipue ad tertium argumentum respondemus, vt Caieta. eius commentator ibi notat & tenet Nauarr. Appolog. lib. de redditibus eccles. quæstio. 1. monit. 64. at Rex vt potest laicus meret, & si in secularibus potentissimus, est vt sic incapax iurisdictionis spiritualis. Commendatores autem omnes, sicuti cæteri Christiani subsunt in foro spirituali Summo Pontifici: at immediatè non subsunt alicui Episcopo in foro externo spirituali animæ, quia sunt religiosi, vereque regulares exempti, iure ipso: in super priuilegijs Apostolicis, quorū aliqua legimus, & præcipue exemptionem nostrorum Calatrae, & Alcantara militum, in quibus bullis Summus Pontifex illos à iurisdictione Episcoporum, vel aliorum Ordinariorum extrahit, vt vere regulares, & dimittit suis superioribus, & certe iure communi, cum Commendatores professionem emittant Sancti Iacobi in manibus Prioris de Vecles, & Calatrae, in manibus Prioribus Calatrae, monachi Cyfterciens. quos ex nostra familia nominauit & elegit Catholicus Rex Philippus, patrem Ludouicum Alvarez de Solis, omni religioni nostræ (cui vt Generalis præfuerat) & mihi specialiter multis nominibus obseruantissimū: qui post viginti sex annos Prioratus Calatrae ab humanis sublatus est, vt credimus piè ad coelestia, anno 1596. & loco eius patrem Stephanum Guerra, virum religiosissimū: & in Alcantara in manibus

nibus religiosis ex sanguinis ipsi cruce signatis à sumpto; & hinc via ordinaria apud istos suorum vitu quibusque ordinibus remanserat spiritu alis iurisdictionis, & ab his recipere debent Confessarios approbatos iure communi. At postquam à Calatrava permittente Abbate Cistercij, totius Ordinis Sancti Bernardi Generalia Abbates sunt exclusi, & loco eorum in temporalibus successit magister, cui maluerunt ut equi, & nobili, secundum seculum milites obedire: concessit Summus Pontifex ut magister eorum exerceret iurisdictionem spiritualem per hos ministros spirituales, eximens quoad temporalem & spiritualem subiectionem ipsum magistrum, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectum faciens, sed hisce diebus, iudicem obliui sunt, & sic mutatus est color optimus obscuratum est aurum, & lapides Sanctuarij dispersi sunt in capitibus platearum. Hinc obliuio maiori ex parte suarum religionum, & obligationum contingit, hinc capitula retardari cœperunt, Regibus, magistris innumeris alijs occupationibus maioribus distractis in Gubernatione maioris orbis, hucusque Monarchiæ, & sic ex quo ab hinc tringinta ferè annis Commitiæ Calatravæ, & Alcantaræ, hic Matriti celebratæ sunt amplius, neque nouius Capitulum viderunt: quomodo igitur satisfit illo celeberrimo decreto Concilij Lateranen. sub Innocentio Tertio relato capit. in singulis de statu monachorum, quo statuitur, ut singulis triennijs fiant Capitula in Religionibus, & quod qui in hoc non sunt adeo experti, habeant & assumant secum duos Abbates Ordinis Cisterciensis, siue Sancti

Ber-

Bernardi. Vnde in visceribus Iesu Christi, humiliter magistros militiarum, siue administratores perpetuos potentissimos Reges nostræ Hispaniæ obsecramus, ut in singulis triennijs vel quadriennijs Capitula congregent Ordinum sibi subditorum, præcipuè hic in eorum Curia, & hisce diebus, quando, gratias Deo, quasi per miraculum hic Conuentus monachorum Cisterciensium, siue sancti Bernardi obseruantia, surrexit, & erectus est, sub voeatione sanctæ Annæ matris nostræ, præcipuè patronæ, & omnium aduocata, sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ, vbi ad plenum adimpleri poterit supra dictum Concilij Lateranensis decretum, vbi semper tractabitur de reformatione morum & restauratione veræ militiæ; & restitutione eius ad antiquum decorem.

§. XXIII.

Dicimus insuper (quod & tetigeramus supra) quod omnes prædicti religiosi milites, siue equites dictarum militiarum post Summum Pontifici iure communi loquendo, non habent alium ordinarium Iudicem in foro animæ, nisi suum superiorem regularem Ecclesiasticum, exteriori: neque in interiori poenitentia foro, alium habent Curatum, nisi supra dictum Abbatem, vel Priorem, ut hodie habent, & regulares qui ad hoc ab illis, vel illo commissionem habent: vnde si cessarent Bullæ Cruciatæ, quoad illos, credant quod iure communi cōfessorè eligere non possent ad libitum, & sine licentia sui superioris spiritualis, nam alium curatum ipsi non habent, nisi regularem cum regulares sint, sed possent in suorum superiorum absentia, ut ferè semper sunt,

funt, eligere quæcumq; regularem sui ordinis Canonicum cruce signatum, & à fortiori illi de Calatrava, & Alcantara & Montesa, & ordinis Christi & Auis & Sancti Stephani de Florentia siue de Pisa, debent & possunt eligere quemcumq; Sacerdotè à suo Abbate, monachum Cysterциensem siue Sancti Bernardi ad audiendos regulares expositum, & approbatum, etiamsi ab Episcopo loci siue diocesis, ubi consistunt approbatus non esset, per ea quæ late diximus parte prima huius summæ: nam cum ipsi veri regulares sint, ut patuit, quemcumq; talem regularem dictum ex suis eligere possunt, quia ad hoc est ordinis interpretatiua licentia, & in defectu sui ordinis regularium eligere poterunt quemcumq; monachum, vel fratrem regularem etiã medicantium, imo addimus sicuti ibi late probauimus quod possunt dicti Commendatores, iure communi, eligere in absentia dictorum sui ordinis quemcumq; presbyterum secularem, etiam nõ approbatum & expositum à suo ordinario Episcopo ad audiendas confessiones, cum Concilio Trident. sess. 23. cap. 15. Quamuis presbyteri. prohibetur Sacerdotibus secularibus & regularibus, ne audiant secularium etiam presbyterorum confessiones, nisi ad id sint expositi à suis ordinarijs, non tamen tollit ne regularis regularè, vel secularis presbyter regularè in absentia sui regularis superioris audiat quales verè regulares Commendatores professos diximus & probauimus, & addimus adhuc pro probatione, quia pro talibus habet illos in toto rigore Apostolica Sedes, cum hucusque in bullis Cruciatæ ab illa Pij Quinti anni. 1570. vsq; ad hanc. 196. Clemètis

O&a-

O&taui, cum reliquerit regulares absque priuilegio comedendi oua, & lactecinia in Quadragesima, excipit tamen inter regulares equites militares, siue commendatores, includens canonicos regulares eorum, & insuper nostræ religionis equites, quales sunt omnes exceptis sancti Iacobi in mille tribunibus super decimis, quas ut Cysterциenses non debent personales sine dubio imo, & intendunt non debere reales, ut verè regulares litigant & audiuntur. Sed pro hoc dolor, quia in hoc ubi temporale lucrum inueniunt, solum se religiosos fatentur, & cognoscunt Cysterциenses, & cù sint mille alia priuilegia spiritualia, & etiam temporalia, quibus omnibus frui & gaudere possent ipsi, & regulares eorù Canonici, omnibus carent, defectu cognitionis & cõmertij cum Matrice religione sancti Bernardi.

§. XXIII

De cõmendatorum habitu restat dicamus, hoc vnum certum est, quod quamuis habitus nõ faciat monachum, ut acceperunt iurisperiti ex quodam decreto primi Concil. Matifcon. cap. 5. & repetit Concilium Tridentinum sessione. 14. cap. 6. tamen oportuit semper & oportet congruenti & honesto habitu ecclesiasticos indui, & à profanis distingui, & hoc maximè regulares. Vnde Commendatores milites à suo initio habitum gestarunt regularem, utpote mundo mortui, & à secularibus diuisi, Deo quæ dediti, Templarij habitum siue cuculum talarè, quem nos Hispani vocamus *loba o manto* album, & super pectus crucem nigram, habentem octo angulos, in reuerentiam siue memoriam. 8. beatitudinum & eiusdem figuræ, atque nunc est illa hospitalario-

Fff rum

imo habet
de hoc or-
dinatione
Calatrazen-
ses ex Cap.
Toleti. An
no. 1560

rum Sancti Ioannis alba: in quo duos colores ordinis Cysteriensis sumpserunt ut filij: sancti Ioannis milites talarem superiorem vestem sumpserunt nigram, & crucem albam, modo opposito Templariorum, Calatrauæ, ut vere nostri, cuculum album cum cruce rubea in sanguine Redemptoris tincta, & inimicorum fidei sanguinem innuente, quatuor floribus lilij terminata, in hoc tum vitæ candorem, & bonum exempli odorem suadente: tum Ordinem Sancti Bernardi Cysteriensis clamante, cuius tum ob Bernardi Patris nostri genus, ex Ducibus Burgundiæ: tum etiam Regnum Galie, ubi Cysteriense est monasterium, caput suæ Religionis, cuius arma, seu schemata liliorum sunt flores, Alcantaræ cuculum item album, cruce viridi eiusdem formæ, & rationis, cum dicta Calatrauæ, ob eximiam spem Regni cœlestis, & etiam victoriæ contra inimicos Crucis. Sancti Iacobi antiquitus cuculum nigrum induerunt, ob longum cum Cruce rubea, ad modum illius de Calatraua quatuor conchilijs marinis rubeis pro angulis distinctam, quæ nos Hispani *Conchas, o Veneras* vocamus, sed procedente tempore, & bellis Maurorum increbescensibus, primi qui habitum oblongum in curtum mutarunt, propter commoditatem bellandi fuere, præcipue cum Sanctus Iacobus Cæbedei Apostolus Iesu Christi, Hispaniarum Patronus, & dictæ Religionis aduocatus præcipuus, ut secularis eques equo insidens ense in Maurorum sanguine tincto apparuit, ut referunt historiæ hinc ipsi in eius deuotionem, enses quæ etiam formam Crucis habet, & quam spatam Hispano barbaro anti-

antiquoque vocabulo vocant, sanguine rubentem mutantem acceperunt, sic de alijs Religiosis, ne in longum distrahamur, cum horum omnium historiam pro nostra Religione Vernacula lingua texamus, cuius hæc sunt propria: dispensatum fuit statim cum illis de Alcantara, & Calatraua, ut loco cuculi oblongi, ob impedimenta bellandi uti possent cucula breui, qua nos eiusdem Religionis monachi utimur interius, & ad dormiendum, estque caputium album, ex quo procedit scapulare vsque ad cingulum, ante & a tergo, nos vocamus *Breue*: hoc vsi fuere equites supra omnes vestes, hos hac indutos insignia timebant Mahumetani tremebundi: & vocabulo Hispano exaggerantes, inter se dicebant: *Guardenos Ala de los capilludos*: id Sanctius Alcantaræ Magister, filius eximij Ferdinandi Castellæ Infantis, & postea Aragoniæ Regis, filij Ioannis Castellæ Regis Primi medio suo patre obtinuit, ut etiam illud capuciolum, & scapulare paruum, abijcerent à se, tanquam quid pœnosissimum, & omnino durum: vel fortè, quia religiosos apparere turpe eis videbatur, & sic sola Cruce quæ decorem causabat serica, contenti sunt.

§.XXV.

DICIMVS Ergo, omnes milites siue equites professos, teneri sub mort. peccato suæ militiæ, siue religionis habitum in superiori veste poratæ, ut cognoscantur, imo credimus illos si habitum non gestent temere, siue per contemptum, vel ad aliquem

malum finem, vel in scandalum, incurrere sententiam excommunicationis, latam cap. vt periculosa ne cleric. vel monach. in. 6. neque sufficit portare occulte suum habitum, sed publice, cum sit religionis habitus. Insuper tenentur Commendatores iam quod in reliquis habitu seculari incedunt, ex Ecclesiæ permissione, esse modestos & moderatos: secus si in seculari mero, habitus immoderatio & inhonestus vsus, reprehensione digna est, in verè religio: quid erit? Erit certè mort. peccatum, si excessus summius: nam Christi patrimonium quales sunt decimæ non sunt ad superfluum vestium apparatus, siue indecens, & similiter, si ex fructibus Commendæ quis ludo perdat, vel exponat quantitatem maiorem, quam quæ sat est ad animi recreationem commodam, mortalit. peccat, cum obligatione restitutionis, & qui ludo acquisiuit, non potuit acquirere, sed tenetur reddere sub mort. quia bona quæ in sola nuda administratione possidentur, nõ possunt ludo exponi, quia in ludo dominium transfertur, cuius (vti patuit) est incapax. professus paupertatè solenniter. Sed poterunt in grossioribus Commendis causa recreationis honestè in tribus festis, vel quatuor gaudiorum anni, ludo exponere vsque ad decem ducatos, vel scuta auri, pro vnaquaque vice, & in minoribus vsque ad sex: nam interpretatiuè siue virtualiter concessa est eis licentia talis honestæ recreationis, suo statu non dissona, in dicta quantitate morali, vel parum maiori vel minori, & sex illa congrua & debita sustentatione aliquid partem seruando congregauerint, de talibus prohibito disponere possunt, vt de bonis hæreditarijs, & ludo

expo:

exponere, sub licentia communi superioris. Et si cui hæc doctrina siue vita dura videtur, non assumat illam, vel omittat commendam, & alius grato animo accipiet, cum suis natiuis & proprijs oneribus: nam stultum esset cogitare, illos fructus & præbendas institutas fuisse ab Ecclesia ad scortationes, conuiuia illicita, & superflua, ad luxum & ludum: quæ institutæ sunt pro defensione & tuitione Christianæ Reipublicæ.

Restitutiones commendatorum cui fiant?

§. XXVI.

VNUM Tamen aduertam pro confessorijs audientibus similes, quod pro restitutionibus iube dis non eodem modo se gerant in omnibus commendatoribus: nam quibus dantur commendæ a magistro Rege, administratore perpetuo, solum ob bonam indolem, generis nobilitatè, magistri gratiam siue Regis, maiori isti tales modestia, & paritate viuere debent ex fructibus commendæ, & tenentur ad defensionem fidei & patriæ, & sui magistri Regis, & quæ superfuerint in pauperes vel pia opera erogare magis, imo ex mera iustitia: quam illi nobiles, qui post bella strenue contra inimicos fidei secuta, & peracta, annis & salute in hoc consumptis: tum iuuetutis tum virilitatis, post quadragesimum annum, quasi in præmium reipublicæ Christianæ bene obsecutæ suo ordine, suo magistro obditi, sua obligatione bene adimpleta, commendam etiam ditissimam recepit, quia illius fructibus liberius in suam utilitatem vt poterit spirituales & corporales, dummo

Fff 3

do

do omnis superfluitas absit vitiosa, quia iste talis, non commendam recipit cum onere militandi, cū iam sit quasi emeritus, & vt aiunt, iubilatus; & illud quod accipit pro præmio est, & ecclesia etiam decimas dare pro præmio, merè secularibus, & potuit, & consuevit; & quasi soluens obsequia in suum seruitium, & defensionem exhibita, & solatio pro consumpto patrimonio ante commendam in bello, & aliorum munerum pro reipub. pacè & bono: hoc modo contigit huic diebus domino Bernardino de Mendocça, Comitum de Coruña filio Ordinis sancti Iacobi, in quo certare de maiestate poterunt sapientia, prudentiaque & animi candor, cum virtute & fortitudine bellica: & primatū lancea contra stylum, siue poenam, & vice versa ambire: nā in hoc vno, nostris diebus, Minerva cum Bellona siue Pallade foedere magno connexa visæ sunt, vt profanorum loquendi vtat symbolo: huic ergo, post exacte secuta militiā cōtra rebelles Belgas siue Flādios post legationes prudēter exactas nomine Philip. II. Hispaniarū Catholici Regis, apud Curiam Regine Angliæ, & in opulētissimis Gallijs post Parisiū illius regni metropolim, imo toti orbis maximā ciuitatē suo cōsilio & industria bellica, à maximis eruta obsidionibus factus Catholicis tū Doctor, tū & sanctitatis exēplū, tū & cōtra armatas hostis fidei copias cœcus murus, post corporaliū oculorū amissū lumē, commēdā de Alage S. Iaco. sui ordinis, vt præmiū satis sui meritis impar recepit, nō ex dicti ordinis opulētioribus præbēdis, quo vno exēplo equitatis in hi multis nominibus, imo & totā nostrā nationi Hispanicæ benemeris, in similibus regulā statuere

ture licebit. Et si in monachorū religionib⁹, monachos post monasticæ militiæ. 30. annos peractos, eximūt (& satis iustè) à matutinorū ferialiū præsentia, & sexagenarios à chori sequela, & vt ieiunia ordinis nō seruet eximūtur, aliquib⁹ ad vsū cōcessis, liberū: quæ iuniorib⁹ nō cōcedūtur, quāto magis equitib⁹, q̄ salute & vitā ferè cōlumpferet quæ doctrina est Gratia. c. iniustū. §. itē. 12. q. 2. & est expressa. c. si qualibet, sequētī, imo tribus capitibus cōtinuis eiusdē causæ & questionis. 2. & tenet Nauar. appolog. reddit. ecclēl. q. 1. monit. 67. & in præf. lib. eiusd. q. 1. nu. 67. §. XXVII.

Demū confessarij quoad commendatores nimis sint aduertentes, quia si filios habent, & non ex vxoribus, quas iam licet ducere, quod tales sunt ex sacri lego concubitu, & semper sunt filij spurij: quibus modo hæreditario, neq; aciculā vnā relinquere possunt, & quicquid talis receperit à patre commendatore ex fructibus cōmendæ, tenetur restituere sine dubio: & scēminā quæ impudico accesserit consensu ad commendatorem professum, eandem speciem sacrilegij cōmittit, atque si peccaret cū monacho, de qua crediderim circūstātia (si mēs non me fallit) pauca mulieres, imo & ipsi equites fortè mentionē nō faciūt, cū specie sine dubio mutet. Et certè cū ociositas inimica sit animæ, iuxta proloquiū sanctissimi Ducis nostri Benedicti in sua regula, otīūq; & abūdātia per Prophetā assignētur causæ perditionis Sodomæ, deberent equites sancti Iacobi in Oceana nostra Galetia, & Aulturum, vsque Santander suscipere defendenda, imo ibi vbi quasi quotidie ab Anglis & Britanis infestamur hæreticis, &

Calatrae equites, & Alcantaræ maris Mediteranei portus & ora secura redderent: hæc est enim eorum vocatio, iam enim Vcles, & Calatraua, & Alcantara non sunt termini siue frontes contra hostes fidei. O Deus illabatur per suum Spiritum super cor Regis Hispaniarum, vt disponat hos equites pro sua vocatione, pro præsidio horum Regnoru, vel sicuti Melita insula modo contra Turcas firmissimum est propugnaculum, sufficientiam ex alijs equitibus in alijs insulis, vbi otio & vitijs non torpeat Hispana & religiosa nobilitas, faxit Deus.

§. XXVIII.

Aduertant similiter confessores, quod restitutio fructuum commendarum vel pauperibus, vel pijs operibus fienda est, de quo satis cum de restitutione egimus ecclesiasticorum. Imo fida est in subsidium belli contra inimicos Crucis.

Canonici militares. §. XXIX.

DE Ordine militiarum, quod attinet ad Canonicos regulares ipsorum ad chorum deputatos, dicimus, quod ij sunt verè & in toto rigore strictissimo religiosi, sicuti ego sum illi de Calatraua, Alcantara, Tomar, & Auis, & Montesa, & de sancto Stephano de Pifa, sunt regulæ sanctissimi Benedicti, Ordinis Cystericiensis, siue sancti Bernardi, & officium diuinum ex vi religiosæ vitæ illos obligat, etiam ante quam Ordinem sacrum receperint, & secundum breuiarium nostri Ordinis, cum officio Dominae nostræ sanctissimæ Mariæ, omnibus diebus, & defunctorum diebus ferialibus sub mortali videant

videant quid faciunt, quia bulla Pij Quinti, & Gregor. Decimitertij, de recitatione breuiarij Romani optimi & reformatissimi, non concedit licentiam referuatis (vt sumus nos sancti Bernardi, & illi Canonici) nisi prius a suo Capitulo suum proprium breuiarium, & modus recitandi abijciatur, & Romanum admittatur, quod neque factum est, neque fiet, cum sit optimus & antiquissimus, psalendi modus & orandi. De modo habitus eorum dicimus, quod pro domibus & conuentibus, semper fuit clamis ob longa nimis alba, vt cuculæ nostrorum Cystericiens. siue sancti Bernardi, quorum profitentur religionem & ordinem: modo tantum pro choro illa vtuntur cum cruce rubea, vel viridi in pectore: quando vero extra conuentus sunt, dicimus iam ob consuetudinem, esse clericalem habitum, cum cruce sui coloris, & quod tales, vestitu laneo & non serico vti possunt sub mort. peccato, quia esset eximia & scandalosa profanitas.

§. XXX.

Insuper non placet illa diuisio portionum, quas faciunt illi de Alcantara, & alij similes, quia est quid vergens contra votum paupertatis, & quid scindens religiosam & Cœnobiticam, imo Apostolicam communitatem, contra sanctissimi Benedicti patris nostri quam professi sunt regulam, & quid vergens in eximiam relaxationem religionis: plorant hoc, & plorarunt illerum aliqui mecum, & hoc processit ex defectu Capitulorum. De illis sancti Iacobi de Spata idem dicimus iuxta sancti Augustini regulam, quæ maximè communitatem amat: de his igitur omnibus simul dicta sunt supra, quæ de alijs regulari-

gularibus & ecclesiasticis quoad obligationes & re-
stitutiones. Sed isti tales non subsunt magistro, ne-
que eius consilio, quod nullam iurisdictionem ha-
bet spiritualement in illos, quia strictissimi religiosi
sunt: sunt tamé quoad regimen téporale. Sed de his
fatis processimus enim nimis protracti necessitate
materiæ, quam nemo tractauit, neque alter quam
meę profefsionis potuit.

*Cap. duodecimum, de octauo Præcepto De-
calogi, non dices falsum testimo-
nium, vel non eris fal-
sus testis.*

Quæ. 8. Præcepto sint prohibita. §. 1.

IN OCTAUO præcepto (quod negatiuum
est) prohibetur, omnis prolatio falsi, ver-
bo, vel signo, vt testis est Aug. lib. illis de
médacio, & cõtra mendaciũ, & S. Tho.
2. 2. q. 110. 111. & 112. & hoc absolutè prohibet Dñs,
Exo. 20. & Deuth. 5. vnde quod principaliter arcet.
hoc præceptũ, est, nociuũ mendaciũ, id est, qd nõ so-
lũ est cõtrariũ veritati, sed & iustitiæ: vnde & secũ-
dũ regulas rationis & Philosophiæ morũ, médaciũ
est malũ, in quantũ opponitur veritati siue veridici-
tati, quæ est actus virtutis: imo quod mendaciũ sit
malum est fidei dogma, vt optimè August. probat
prædictis libris, & liquet ex sententiã Saluatoris, Ioã.
8. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur,
(ait de Dæmone) & illum mendacij patrem vocat,
&

& per mendacium homicidam, quia primum men-
daciũ ipse locutus est. Euz primæ nostræ matri
dicens: Nequaquam moriemini. Genes. 3. & menda-
cio illam seduxit, & illa virum, & illos in vtramq;
mortem induxit: legatur sanctissimus Bernardus
P. noster, lib. de modo bene viuendi. ad soror. ser. 31.

Diuisio mendacij. §. 11.

PLVRIBVS Igitur modis, tam iuris peritijs
quam Theologi, mendaciũ distingunt. Primo in
formale, & materiale, & mixtum, siue compositum
ex vtroque: formale mendaciũ est, quod dicitur
verum in rei veritate, & existimatum falsum á pro-
ferente, vt cum putans me alium decipere, dico, Pe-
trus iam venit è Roma: & quamuis ego illud cum
profero falsum credam, contingit quod in re ita sit
quod venit, vocatur formale mendaciũ, & est pec-
catum ex intentione proferentis. Materiale vero
mendaciũ est, è contra, quod proferens verum
existimat, & vt tale profert, cum tamen non sic
sit in rei veritate, vt qui persuasus est sibi & credit
Petrum è Roma venisse, & profert, cũ tamen in re
nõ venerit, & nõ est peccatum, vt liquebit infra la-
tius, & est tertiuũ, quo refertur qd falsum est, & pro-
tali habitum á dicente. Legatur sanct. Thomas,
quæstione. 110. articulo tertio. secunda secundæ. Se-
cunda diuisione diuiditur peccatum mendacij, in
mendaciũ iocosum, quod dicitur sine damno ter-
tij, sed pro solã cõfabulatione gratiosa, & in officio-
sum, quod dicitur in tertij cõmodũ, & in perniciosum,
quod dicitur in damnũ tertij, & ad nocendũ,
iuxta

iuxta sanct. Thom. & Caieta. vbi supra, articulo. 3. Duo priora de se semper sunt venialia, hoc est, si nõ addatur circumstantia mortalis; vt quod affirmetur iuramento, vel eo animo dicantur & deliberatione, quod & si maximè sciantur nocere, dicerentur. Tertium autem ferè semper est mort. peccatũ, vt liquebit latius, & si dicatur in iudicio dicitur testimonium falsum, si autem extra iudicium, dicitur mendacium nociuum siue perniciosum, hoc nomine communi, quia non habet speciale; neque necesse est plures multiplicare distinctiones mendacij, quia in hac trimembri, includuntur omnes, quas ex Augus. multiplicat Canonistæ. 22. q. 2. c. 1. Nos primo disputabimus de mendacio pernicioso, vel dānoso: deinde verò de quocumq; dicto nociuo tertij, etiam si verum sit, vt quando secretum proximi reuello vel narro verũ, in eius dānũ, illud q̄ vbi narratur ignorabatur: & demũ de omni iniulta læsione pximi in honore (quæ lingua fit) de cõtumelijs, & cõuitijs, & omni verbi iniuria, & maledicto agemus.

§. III.

Circa primum dicimus, omne mēdacium formale, nunc iocofum sit, nunc officiosum, nunc dānosum, peccatum esse, illo, 8. Decalogi præcepto, & 3. tertiæ tabulæ veritum, contra ipsum nature lumen malum: quod dictum est, de fide: tamen officiosum & iocofum mendacium, semper, vt dictum est, sunt venialia de se, & non necessario confitenda: & si sint materia sufficiens Sacramenti Pœnitentiæ, dānosum, siue perniciosum semper ferè est mortale, nisi materiæ paruitas excuset, vt quando damnum illatum proximo, mēo mendacio,

est

est leue. Vt cum cõtra proximum dico, quod comedit fructum aliquem, vel aliquod aliud obsonium reseruatum, quod non comedit, ex quo factum: cum filius sit & iuuenis, non prouenit illi cirçā parentes, neque alios sodales infamia, nisi puerilis, neque dānum nisi leue, ideo ex leuitate materiæ venialis pernicijs in dānoso mendacio iudicatur hoc exemplo, in similibus iudicare licebit. Sed maximè confessarijs aduertendum censemus, sicuti enim experti loquimur, ne nimis sint faciles in librandis materijs damni: sunt enim damna quæ & si dicta in communi mendaciter, sonent leue quid, quod pensatis circumstantijs, personæ eius status, & conditionis, & aliorum damnorum sit mortale & graue dānũ, vt V. G. (res sint exemplis notiores, vt optamus in hac Summa) dicere, quod quis iuuenis, vel famulus alicuius nobilis comedit, quod dominus sibi iusserat reseruari, respectu talium res iudicatur iuuenilis & ridicula: at si diceretur de homine serio, & graui eiusdem vel alterius domus, vel de religioso mendaciter, mendacium esset mort. quia nimis, & si in re leui, nocet eius grauitati. Dixi leui, leuibus personis sed graui satis in communi existimatione, respectu personæ grauis. Sunt & aliqua in quibusdam statibus, quæ & si communiter non graua iudicentur, respectu illius status graua sunt, & mendaciter dicta mortalit. infamant, respectu illius status hominum, vt respectu rusticorum, dicere quod fugerunt audientes venisse inimicum, ven. quid est, etiã mendatio dictum: at respectu nobilium vel militum, est mortalis falsitas, & sunt huiusmodi multa respectu aliquorum statuum hominũ, quæ grauissima sunt quæ

quæ respectu alterius status hominum, non essent graua, vt est quæcumque opposita leuis falsitas notarijs vel tabellionibus, formido militibus, quæcunque leuitas in virgine muliere, infidelitas quæcumque in homine qui tractat de posita, vel si est economus. Similiter (quod maxime est aduertendum) sunt aliqua crimina, quæ iam vsus & seculi corruptio, & si foeda sunt, iam abstulit infamiam & notam, & commutauit pro honore, vt fornicia in iuuenibus solutis, quæ pro honore numerant ipsi & similes, & de talibus gloriantur aulici, & militares, solutiq; viuètes, & talia de illis etiã dicere mentiando, apud eos qui pro honore habent, & accipiunt, est veniale mendacium: secus si de personis alterius status, & si de quacumque muliere etiã perditæ famæ, & de quocumque ecclesiastico, etiã de similibus verè infamato, quia de talibus, supradictos falso notare, est iniustitia mortalis.

Mentiri in promissis, quid? §. IIII.

PECCAT Insuper mortaliter, omnis qui promisit alteri aliquid, etiã inimico, alicuius momenti, cum animo adimplendi, si possibile sit adimpleri, & res non sunt notabiliter mutata, si non adimplet: quæ promissio respectu Dei dicitur votum, de quo supra parte hac tertia capit. quarto, quod factum sit dictum: sed facta homini dicitur promissio, doctrina est conformis decreto cap. iuramenti. 22. quæst. quinta. & cap. de pactis. Mentitur enim nociuè & perniciosè, qui non adimplet promissum: legatur cap. noli. 23. quæstione prima, neque solum tenet doctrina

doctrina hæc verum, de promissionibus expressis rerum licitarum & possibiliu, sed & de tacitis & sub intellectis, vt habetur lege ciuili. l. Labeo. & l. item quia. ff. de pactis. quia secus esset mendacium contradebitam naturaliter fidem. Sed si quis cum promittit solum fingit animum adimplendi, quem in rei veritate non habuit, etiã rei licitæ, & si mentitus est grauiter in hac fictione, sed in foro animæ se nunquã habuisse animum adimplendi, dicit sed finxisse pro redimenda vexatione, non debet confessorius obligare, quia actus agentium ex intentione, ab illa sumunt speciem obligationis, & tunc fuit mendacium & peccatum forte in re grauissima mortale mendacij in fingenda intentione adimplendi promissum, non tamen in non adimplendo, quod nunquam adimplere statuit neque voluit: doctrina est sancti Thom. 2. 2. quæstione. 120. artic. 3. ad quintum, & Theologorum omnium & iuris peritorum, super legem obligationum, primã. ff. de actionibus.

De mendacijs dictis in iudicio. §. V.

OMNE Mendacium dictum in iudicio, competentis & iuridicè procedentis iudicis, quo vel impeditur rectum iudicium, vel distortum causatur, in re graui, est mort. attamen quod non est de graui re, neque peruertere facit iudicium rectum, non est mort. sed etiã veniale imo in ipso sanctissimo confessionis iudicio Sacramentali mendacium, veniale & leue tantum est, dummodo si tantum confiteor venialia duo, vel vnum, circa ambo non mentiar, quia iam tunc

tunc sacrilegium esset mort. & materiæ Sacramenti defectus, iacrique iudicij peruerso, similiter si mendaciam leue in iudicio; esset iuramenti fractio, iam ex hoc latere esse mortale, & pernitiosum cõtra iuramenti religionem: at licet percontet in quocumque iudicio iustissimo etiam de rebus leuibus, & menciar circa illa, sine iuramento interrogatus, tantum pecco venialiter, quicquid aliqui dixerint. Doctrina est Soto de ratione teg. & det. secre. mem. 2. q. 7. & Ledes. & Nauarr. cap. inter verba. 11. q. 3. & super cap. fratres. de poenit. dist. 5. à num. 20. vsque. 27. & in summa cap. 18. num. 3. neque contra hoc docet S. Thom. 2. 2. q. 90. artic. 4. & q. 69. artic. 1. quia vt docet Caietanus ibi, debet S. Thom. intelligi de mendacio pertinente ad materiam iudicij directè, cuius deceptio magnum generaret iudicij errorè, tunc enim quamuis appareat res leuis, vt V. G. si factũ fuit diu vel noctu, quamuis in his mentiri sit de se parua materia, & veniale mendacium: tamen si pertineat ad rem de qua in iudicio agitur, tunc mentiri erit mortal. quod enim aliquid fiat noctu, maximam ad res aliquas, & circa aliqua in confessione crimina addit circumstantiam. Imo de mortalibus & maximis quæ ad rem præsentis iudicij non attinent, sed impertinentia sunt, mentiri tantum est veniale peccatum, sicuti extra iudicium, sic in illo, imo aliquãdo nullum; quando extra iuris ordinem iudex interrogat, vt cum agatur de inquisitione mortis alicuius, si interroget iudex an fornicatus sim, possum dicere quod non, & si præter iuris ordinem, etiam iuramento præstito possum negare iustè, etiam si fecerim; quia vt quid de fornicatione inquirat, qui de homi-

homicidio interrogare tenetur. Similiter qui iam aliàs confessus est, & non conducant alia ad præsentem confessionem, & percontetur á cõfessario, an verbi gratia, habuerit rem cum aliqua muliere, vel aliud simile mortale, iam confessum, si neget, & si fecerit non peccat mortalit. vt tenet optimè Nauar. vbi supra, super cap. fratres. de poenit. à num. 20. vsque ad. 27. & est communis, imo confessor illud interrogans ad curiositatem, sine necessitate, peccaret mortalit. peccato iniusti iudicij in inquisitione confessionis: secus esset si aliàs non posset ferri iudicium de statu poenitentis, nisi cognoscendo alios actus etiam confessos, vt si quis perseuerat in crimine per multas confessiones, & non vitauit occasiones ab alijs confessarijs iustas cauere, & his similia. Similiter quando in iudicio exteriori cognoscitur quod vnum peccatum perpetratum est propter aliud vt furtum propter fornicationem, vel occisio propter depradationem, tunc enim ad idem iudicium pertinet legitimè, de vno crimine interrogare sicuti de alio.

De iudicibus. §. VI.

Iam quod de iudicibus & testibus sermo incidit, latus patet campus circa hoc octauum legis præceptum, de illorum interrogationibus, & horum de positionibus tractare, nouit enim Dominus, & nos aliquantisper, quanta mala in iudicijs & iudicũ examinationibus & testiũ iniustis de positionibus fiat, contra diuinam Maiestatem. Primo ergo (vt ordinate procedamus) iudex qui officium iudicis eccle-

iustici vel secularis acceptat, sine debita & sufficiē
 ti scientia, est in statu peccati mort. & tenetur sub
 mort. officium relinquere: secus absoluendus nō est,
 quod probatione nō indiget cū natura ipsa dicet,
 sed habetur doctrina. i. q. i. c. non est putanda. & la-
 tē profecuntur DD. super cap. inter verba. & bene
 ibi Nauarr. & cap. si quādo. & manu. c. 25. nu. 12. Sed
 obseruandū, quod personæ quæ nesciunt iura ciui-
 le neque Canonicū, sed callētes regulas & modum
 iudiciorū cōmunium, ciuiliū & criminaliū, cū in
 maioribus causis, in quibus sine iuris peritia defini-
 re non possint, habeant assessores, siue iudiciorum
 consultores iuris peritos, siue laureatos in appro-
 batis academijs, quamuis sunt aliqui horū qui om-
 nino cognoscuntur indocti, vel defectu studij, vel
 librorum, qui si tales cognoscuntur, sunt quasi nō
 essent: videāt hoc iudices, ne fortē hos eligāt, quos
 cognoscunt non secus consulturos, quam quod ip-
 si volunt & desiderant. Vnde optima est & non ha-
 bet dubium consuetudo, qua nobiles illiterati, ta-
 men boni vsus rationis & prudentiæ, ciuitatum &
 prouintiarum, iudices & rectores constituuntur,
 qui suos vice iudices siue locum tenentes, eligunt
 iuris peritos, vt optimē vidimus in nostra Hispania
 contigisse, tum quia in talibus est maior authori-
 tas, & viget fortitudo iuridica, tum quod sunt tot
 leges municipales, siue propriæ cuiuscumque reg-
 ni, siue prouintia, in vulgari lingua conscriptæ,
 quas nostri Hispani vocant *Leyes del Reyno, y pragma-
 ticas*, vt facillē in ordinarijs & mediocribus, iudica-
 re possint, & similiter liquet in minoribus iurisdic-
 tionibus, vbi doctus in iuribus nō inuenietur, qui
 assisat

assisat pro iudice vel maiori, nō fat est quod sit ho-
 mo ciuilitate & ad negotia prudens, vt optimē Syl-
 uestr. iudex. i. §. 9. id & à fortiori tenet in iudicibus
 villularū, quos pedaneos vocāt, nostri Hispani *jue-
 zes de aldeas*, quamuis certē isti cōtingit quod maio-
 rem de libris cognitionē habent, quā spectari pos-
 set, ita vt admirationem causent, imo dolorem, cum
 non ita sciunt quæ vt Christiani scire tenentur. Si-
 militer dicimus de ecclesiasticis iudicibus, q̄ cleri-
 cus qui iudex ordinarius aut delegatus eligitur, vel
 substituitur, debet scire ius Canonicum, vel saltem
 quoad ordinaria & actus interlocutorios, scire sty-
 lum curiarū, & iuris, & in maioribus, docti Canoni-
 stæ consilio inniti, vt sit tutus in consciētia. Theo-
 logus autē bene potest esse iudex ecclesiasticus, quia
 facillē praxim sciēt, & Canonū sacrorum peritia (vt
 & nomen Canonis Græcū subindicat) nihil aliud
 est quam regularum siue Theologicarum cōclusio-
 nū peritia, & in iudicijs non attinentibus fidē, sed
 merē forēsis, & iustitiæ externæ, facillē illis studē-
 tibus constabit. Sed tutius & facilius est, vt cōsulāt
 Canonistas, gratias Deo, quod & si professione pra-
 cipua & monachus indignus & minimus Theolo-
 gus sum, tamen indefesse vtriq; iuri & interpretibus
 eius incubui: secus inutile, & vt mācus in hoc ope-
 re summæ & cōsultationibus processissem fateor;
 neq; enim negare possum, magnā partē bonorū or-
 bis ingeniorū, iuriū peritiæ occupatā ab hinc ducē-
 tis annis, & modo maximē fuisse. Vnde nimis stri-
 cta erat doctrina Bernar. iuris canonici periti, super
 c. scicitatus. de rescrip. dicentis, solum illum posse
 secularis, vel ecclesiastici iudicis officium tutus

exercere, qui & si iura non calleat, adeo est expertus, vt interrogare non egeat, quia hæc regula tantum promittit, vt nihil det, quis enim etiam doctissimus, non indiget in multis interrogare? & quis quæso, si interrogare quæ attinent ad iudicia ferenda non eget, doctissimus in iuribus non est?

Vsurpatio iurisdictionis. §. VII.

Secundo iudex peccat vsurpans iurisdictionem, quod duobus modis cōtingere potest, aut quia fert sententiã in non suum aliqua ratione subditum vltimo foro, & est sententia nulla, ratione vsurpatæ iurisdictionis, & si sit in foro animæ siue pœnitentię, est peccatum mort. & vsurpans debet officio priuari, quia priuandum decernitur in iure de pœnitentiã, distinct. 6. §. vltim. o, si autem fiat quoad tribunal & forum exterius, nunc in causa seculari, nunc in ecclesiastica in materia graui, vltra quod sententia & actus sunt nulli, peccat iudex mortalit. & tenetur in conscientia ad expensas reo reddendas, quamuis contra talem aliam iuris pœnam non inuenerim, neque sit, patet. 6. q. 2. cap. scriptum. & sanct. Thomas 2. 2. q. 60. per totam. & Syluest. verb. iudicium. §. 5. Nauarr. Sum. cap. 25. num. 13. super cap. nouit. de iudicijs. Iudex ecclesiasticus non vsurpat iurisdictionem si negligente iudice seculari causam laicã assumat, patet cap. ex parte. & cap. ex thenore. Ne sede vacante, vnde omnis iudex secularis cognoscens de personis ecclesiasticis cognitis sibi, vt talibus, peccat mortalit. Sed tenetur breuiter suo prælato reddere: secus incidit in censuras cap. si quis suadente diabolo,

diabolo, etiam si tonsuram & habitum tempore captiōnis non tulerit, dummodo cognitus sit: legatur cap. 20. fef. 25. de reforma. Concil. Triden. & cap. si quis iudex. de senten. excommu. in. 6. & si sit primę tonsuræ & cōiugatus, vt immunitate gaudeat, debet probare se nõ bigamum, sed hoc sat est, quod quando vxorem duxit communiter existimaretur illa virgo. Verum est, quod quoad clericos in minoribus constitutos, iuxta modo per sacrum Conc. Triden. decretum, fef. 23. cap. 6. vt fori ecclesiastici gaudeant immunitate, & habitũ gestare debent decente & tonsurã; & per prælatum seruitio alicuius ecclesiæ deputari, & satis merito: secus sunt iuris secularis, & si regie leges à Regũ nostræ Hispaniæ senatoribus & iudicibus, nõ largius interpretarentur ius Canonicum, bene ageretur, sed adeo delectantur in augmento iurisdictionis supra ecclesiasticos, vt mittant sapius falcem in alienam messem, scio quasdam limitationes, & quasi concordias factas à Rege pio Hispaniarum Philippo Secundo Catholico, & eius Senatu, supra immunitatem personarum post Concil. supra dictum, circa ann. 1564. cum quodam Nuncio Apostolico, vt in Regijs municipalibus Hispaniæ pragmaticis liquet: tamen in quo vltra supra dicti Concilij thenorem excesserunt, nequiuit iuste, lex statui, neque excedentes iudices, excusabit à mortali & à censuris Canonis supra allatis. O sitim quam seculares iudices super hoc habent, quasi non esset ecclesia eorum mater, & quasi in hoc animæ salus consisteret, & quasi non esset planior via in conscientia & iustitia, reddere reum captum suo iudici, quia in hoc error, neque scrupu-

lus esse non potest. Puniatur delictum, & sit cuius fuerit: & suus iudex reddet rationem, sed arbitrantur hi miseri, se obsequium regibus præstare, quasi potentissimi præcipue nostri Hispan. Reges, ferè orbis Monarchæ, hac mendicitate egerent, & quasi non essent ecclesiæ ipsi filij pietissimi, & defensores. Hæc dixerim experientia larga (cum exercuerim ecclesiasticam iurisdictionem) admonitus, & vt confessarij in iudices similes seculares in casibus similibus non blandi existant, tenentur enim in conscientia, ad omnes expensas, quas consumi fecerunt iniuste, circa controuersiam iurisdictionis, & pro iniuria ecclesiastici tribunalis, satisfacere. Similiter iudex ecclesiasticus, si contra reum secularem procedat per censuras in causa mere laica, peccat mortaliter, utpote iurisdictionem usurpans, & censuræ non tenent, quamuis sint timendæ, & declarandæ nullæ, & tunc tenebitur in conscientia ad expensas litis: lege sanctum Thom. 2. 2. quæstione. 60. articulo. 6. Nauarru. manual. cap. 27. numero. 8. Qui excommunicat non valens, vel non scripto, est suspensus ab ingressu ecclesiæ per mensam, quod solum de eo qui sine scripto hoc facit, debet intelligi: tamen censuræ in hoc casu tenent, & hæc suspensio non tangit Episcopos, quia de illis non fit mentio, in cap. sacro. de sententia excommunicatio. & cap. primo, eodem titulo, libr. 6. neque religionum prælatos, lege quæ diximus supra parte prima, cap. 10. Dixi merè laica causa, quia sunt quædam causæ quæ, & si in se sint seculares, ratione adiunctæ circumstantiæ, sunt fori ecclesiastici, vt percussio laicorum intra ecclesiam, furtum rerum sa-

cra-

crarum, debita ecclesijs, confraternitatibus, vel pijs locis, quæstiones inter seculares super decimas, & iura patronatus ipsorum ecclesiastica. Blasphemie fractura balbarum ecclesiarum, vel locorum priorum, &c. similia & alia sunt mixti fori, vt ambo procedere possint, sed præferendus semper est iudex ecclesiasticus, vt qui sit gladius manus dextræ, & secularis sinistra, tales sunt testamentorum & legatorum causæ, & aliqua crimina, quæ seuiorem petunt corporalem ultionem. Iudex autem Ordinarius ecclesiasticus, siue secularis, qui dum sub dubio procedunt in causis, quæ existimat vnusquisque sui esse fori, non peccant mortaliter, & censuræ tenent, quo vsque per superiorem declarentur iniuste: & iustissimum est remedium, quod in nostra Hispania versatur in supremis Senatibus Regijs, vt non violentiæ ratione censurarum (quæ maximè timendæ sunt, utpote spiritualis gladij) fiant appellantiibus, sunt præsidio & causam non aduocantes, sed si violentia fit cognoscentes, vim repellunt, & ad hoc cognoscendum processus, & acta iuste petunt. Sunt enim in hoc iuxta ius naturæ, ecclesiæ ministri ipsi, & iniuriam non faciunt, sed potius sunt præsidio miseris, ne iniuriam quam ecclesia non vult, sed odit, ratione indiscreti iudicis patiantur: vtinam in hoc moderamen non excedant, vt dictum est. Sed si excesserint à confessarijs, non debent absolui, quia inciderunt in casum Bullæ Cœnæ Domini, de qua supra: quoad hoc, parte prima huius Summæ capit. septimo, legatur Couarruias libr. practicarum quæstionum. capit. 35. numero tertio.

Ggg 4

cuius

cuius est doctrina. Omnis causa decimarum, est iuris meri ecclesiastici, quamuis compelere reuertes posset laicus breuitatis causa, ad petitionem ecclesiastici, & hoc non est concedere in totum quod Fredericus, con. 245. ex aliorum sententia, ait, quod quantum attinet ad ius decimarum, est causa ecclesiastica, sed quod attinet ad factum, est laica, hoc enim falsum est, vt liquet toto titulo & Rubrica, de decimis, vt docet Couar. & Canon. vbi supra numero. 2. Obseruandum tamen, quod iudex ex commissione ecclesiasticus, vel secularis, nõ ex eo quod in aliquo excedant suas commissas vices, à superiore iudicandi sunt vsurpatores iurisdictionis aliene, cum illam ex commissione habeant, sed excedentes in non grauibus, quod si sit ex ignorantia, quia existimant se posse, est excusatiua peccati, & alterius obligationis, & si sit excessus quoad personas, quia super illas expressè exceptatas non habet commissionem: tunc est vsurpatio iurisdictionis in rigore, si vero quoad negotia, quia existimat, quod sunt annexa aliqua eiusque sibi expressè commissa sunt, vel dependentia ab eis, vt cui commissa est probatio mortis alicuius, existimat & commissum sibi, inquirendi quis insidiatus sit alicui, quis noctu egressus sit, & his similia: hæc potius extensio iurisdictionis, & non iudicamus mortale, etiam si ecclesiasticus in his, aliàs seruato iuris ordine, per censuras procedat, quia communis practica hoc habet, & communis est iuris peritorum consensus, tã civilis quam Canonici iuris. Peccant mortalit. iudices, nõ solũ nõ seruando immunitates & exèptiones personarũ, sed etiã locorũ, vt ecclesiarum in casibus, in quibus

quibus illibata perseverare debet, immunitas iure diuino, quia tali iure (quicquid aliqui existimēt iuris periti) locis Deo sacris debetur reuerentia & cultus religionis, ius autē sic Pontificiũ sicut, & Imperiale, solũ declarari specialiter quibus in casibus, ad maiore Dei & loci cultũ, nõ debeat immunitas, vt latronibus, proditoribus, &c. & quibus sic, & etiã debeat immunitas rebus: quæ ad ecclesias, vel plura loca benedicta, & Ordinarij licentia erecta adducta sunt, mobilibus, vt nõ extrahatur à iudicibus, eadē immunitas ex iure debetur domibus Episcoporum etiã si sint ab ecclesia seiuncte, vt liquet. 17. q. 4. c. id constitutum, & c. inter alia. de immuni. ecclesia. iuxta Inno. & alios ibi, & D. dō Michael de Gorn Pampilonens. tractat. pulchro. de immunitate ecclesiarum, quia iã nos summæ metas excedimus.

Peccat mort. iudex qui promisit plate alicui reo existenti in ecclesia, quod secũ exeat quod restituet eũ ecclesie illasum, si promissum nõ adimplet, sed limitant iuris periti, & bene satis cum Cyno super legem presentis. C. de his qui ad ecclesiam confug. quod hoc teneat verum, iuxta legem naturæ, de adimplerione promissorum, si valet ecclesie immunitas tali: nam si tale fuisset crimen, quod non gaudeat immunitate, bene iudex vti poterit. quibusdam amphibologijs, quæ iusti sunt doli, iuxta sanctum Chrysostomum libr. 1. de sacerdotibus. cap. ultimo: Sunt enim quedam licite cautelæ, vt latius alibi, & quæ non sunt mendacia, neque contra hoc præceptum doctrinæ est. Couar. libro primo variarum, capit. 2. in fine.

De

De modo procedendi iudicum. § VIII.

Peccat mortalit. iudex qui in aliqua causa graui procedit contra aliquem, sine præuia denuntiatione vel accusatione, vel saltim si non præcessit infamia contra particularem aliquem, quod maximè ad uertendum est: fit enim in hoc à iudicibus tam ecclesiasticis quam secularibus, sicuti communior ita & periculosior, & damnosa iniuria proximo: & ratio huius delicti fundamentalis est, quia peruertitur modus tum à natura, tum à Deo & seruatore nostro Iesu Christo perscriptus: nam natura ipsa, si medicina blandiores sanitati corporis sufficiunt, ut quid applicabuntur durissimæ: & quod iudex secum fieri nolle voluntatis actu ordinato, alteri non est faciendū, & lex Dei crimina occulta noluit reuelari, arte iudicū, sed prius uoluit pia correctione fratris tētari corrigere, & emēdare. Sed modo explicemus doctrinā propositā: pro quo primò nota, quod triplex est via secundū utrūq; ius procedendi ad iudicium, prima per viā quam accusationis dicūt, ubi delator est qui accusat proximū de delicto, & quod attinet ad accusatorē postea dicemus. Quod autem attinet ad iudicē tūc dicimus, posse procedere, & testes examinare sub iuramento, & alijs compulsionibus, de delicto & de persona quæ accusata est, nominatim, & in hoc nō est scrupulus, ex quo enim est minister reipub. Tenetur ad partis petitionem vel accusationē sic procedere usque ad totalē causæ decisionem, & finem. Secūdo modo procedere potest iudex per modū denuntiationis, quod ferè idē est, nisi quod in accusatione est accusator pars formalis: in denuntiatione

ne

ne autem est nomine reipub. promotor siue Hispanæ, *fiscal*, seu denuntiator: & tunc iudex procedere debet secundum ius utrumq; ad modum delationis siue denuntiationis, ita quod si denuntietur crimē & persona iuridice, de utroq; in speciali inquireat: secus nonn, nisi in communi inquirens, secus iniuria fiet & iudicio & personæ, & in hoc maxima sunt iudicum peccata: qui homines inquietos malæ cōscientiæ, ad hoc fouent, ut inquirent crimina & culpas, saltim pœnales contra leges municipales, ut deferant & denuntient, & est mortale peccatum, quia sunt pacta tacita, seu monopolia obquestum pœnæ, & sunt causa zizanix in republicis. Tertio modo procedunt iudices per viam inquisitionis, seu uisitationis, & tunc nullatenus possunt procedere, neque testes interrogare de crimine aliquo in particulari, & minus de persona aliqua nominatim, nisi procedat iuridice, quod statim explicabimus: tenetur tamen & debet superior siue iudex inquirere, si sint vitia vel peccata, fractionesque legis in communitate vel repub. hoc enim est munus superioris, & iudicis, vigilare super sibi commissam plebē, & ut bene uiuant & quietē, quod impediunt vitia. Doctrina est hucusq; communis omnium utriusque iuris, & est S. Thom. nostri quæst. II. articul. 12. & tangit. 2. 2. q. 33. arti. 7. Naua. super cap. sacerdos. de pœnit. d. 6. nu. 14. & manu. c. 18. à nu. 53. vsq; in finem. Sigillatim tamen per hos tres modos iudicij procedamus. De primo, qui est accusationis, peccat mortalitèr omnis accusans alterū de delicto animo solo vel principali uindictæ: nam tunc uult manibus Reipublic. sibi satisfacere, & odio suo in proximū debet

debet ergo accusare, supra damnū sibi vel suis rebus vel personis ad se pertinentibus illatum iniuste, & tunc primo intendere sui damni recompensam, & peccatorum punitionem, & tūc erit actus iniustitiæ & meritorius, sed quis hæc seruat? qui primario non intendat vindictam? & sic difficilis res est post corruptā naturam, solutis irascibilis vis habentis. Insuper accusans quæ de delicto occulto, peccat mort. & tenetur restituere damna accusato, etiā si verū sit crimē, quia contra iustitiā & iuris ordinē accusauit. Amplius dicimus, quod accusans aliquē de delicto sibi & aliquibus paucis noto, & si verum sit, & factū probari possit, in foro exteriori non tamen accusatus infamiam apud multos vel graues patiebatur de crimine: & non primo fraternā illum secretò corripuit, & postea coram vno aut duobus, & in corrigibile reperit, peccat mort. quia contra Christianam iustitiā processit: tamen quia in hoc magis peccauit contra Charitatem & modū ordinatū à Christo R. nostro, quam contra iustitiā particularem proximi, quia de vero accusauit, & illud probauit, non tenetur ad restitutionem: nam correctio fraternā, immediatè est actus misericordiæ virtutis, sed mediatè actus Charitatis, & ideo sub naturali diuino, & humano præcepto cadit. Denuntiatio autem & inquisitio actus iustitiæ, & sic finis correctionis fraternæ est emendatio fratris, finis vero accusationis, & denuntiationis est castigatio siue poena: qui autē prohibentur accusare, tractantur à iuris Canonici: & civil. penis, prohibentur. 2. q. 1. & ff. de accusatio. & inscriptionib. quæ non sunt vtilia ad materiam animæ. Peccat mortaliter filius accusans patrem

de quocumque grauissimo crimine, vel seruus etiā libertus dominum, excepto crimine hæresis & prodicionis reipub. neque tales à iudicibus admittendi sunt, sub mort. & cum obligatione restitutionis datorum illatorum. Nota tamen quod quiuis iudex, vel prælatus, non tenetur quem scit criminofum, & quod si accusaretur probarentur eius crimina, illū eijcere vel damnare, vel mouere aliquem, vt accuset, vt habetur de manifesta: & nota 2. quæstione. 1. intellige per viam accusationis: nam tunc poterit procedere per viam inquisitionis.

De processu per denuntiationem.

§. IX.

Secundus modus qui est modus denuntiationis latius patet. Dicimus ergo, peccare mortalit. qui denuntiat non seruato ordine iuris diuini & naturalis, & iudex talem denuntiationem acceptans: loquamur specialius: dupliciter quis aliquid de proximo denuntiat prælato aut iudici: aut tanquā iudicibus aut tanquā priuatis personis, secundū modū fraternæ correctionis, si denuntiat peccatū fratris vt iudicibus, vt de peccato inquirat, & illud probet & corrigant, peccat mortalit. denuntians, nisi prius fratrem correxit, admonendo nec valuit, quia dicere prælatis vel iudicibus, vt talibus: est dicere ecclesiæ, contra ordinem iuris diuini. Matth. 18. Si te autem non audierit coram duobus, dic ecclesiæ. Insuper sic denuntiat, si de peccato per censuras, vel iuramentum inquiratur, non tenetur confiteri, sed potest dicere se tale ignorare, neque censuras incurrit, quia

contra

contra iuris ordinem interrogatur, vt liquebit clarius infra, & talem denunciationem prælati admittere nullatenus debent sub mort. inno debent corrigere sic denuntiantes secreto, si semiplenam probationem non attulerint, & in publico si nullam: attamen peccatum proximi potest quis denuntiare prælato vt patri, & iudici vt amico; si cognoscit illos probos & bonæ conscientiæ, & quod magis proficiant ipforum monitiones, quam eius qui denuntiat, poterit id facere; quia tunc diuinum ius neq; naturale non peruertit; cum in denuntiat vtilitatem quærat efficaciores admonitiones, & sit, correctio est fraterna per alium. Sed semper est præmittendum quod certo moraliter sciat, vel existimet, suam admonitionem parum aut nihil profuturam, & quod prælatus aut iudex non procedent indifcretè via publica, id est, quod videat eos peritos & probos, & tunc etiam secretum crimen proximi omnino, de quo non est emendatus, possum dicere non solum prælato vt patri, sed cuiuscunque probatæ scientiæ & conscientiæ, & authoritatis personæ quam sciam profuturam in eius bonum: neq; enim est talis secreti reuelatio, cum sigillum secreti sit in bonum, & non in damnum proximi, sed hoc licet bene pensare, ne quod existimat quis vtilitatem, vertatur in damnum. Doctrina est Sanct. Thom. Soto, Ludouic. Lopez in Instruct. conscientiæ. cap. 269. & omnium (quæ practica religiosis & ecclesiasticis est maximè proficua) aduertant prælati quomodo hac doctrina vtatur, & qd illud quod vt patres sciunt, vt patres medeatur, nõ seueritate iudicis, & cum omni secreto honorem filiorum tueantur.

Visita-

Visitationum processus. §. X.

TERTIA Demum vja est, via visitationis, siue inquisitionis, quæ via communior est, & de qua longior debetur in hac summa notitia: committuntur enim à iudicibus innumera peccata, quæ ignoscit Deus. Dicimus ergo primo, sub distinctione procedentes, vt postulat claritas: aut enim fit inquisitio generalis, aut particularis. Prima est, cum iudex vel prælatus in communi procedit inquirendo; si est aliquod malum in ciuitate, prouintia, diocesi, Canonorum coetu, seu monachorum conuentu, quod indigeat remedio. Secunda est, cum inquit in particulari, num commissum sit tale homicidium, vel tale furtum, & quæ persona illud commiserit.

Afferimus ergo primo, quod inquisitio generalis non est facienda, nisi vna è duobus vrgente causa, aut quia communis est rumor & inquietudo in republic. ciuitate, diocesi, vel conuentu, quod sunt mala occulta vergétia, in casum aliquorum & damnum, quia tunc sub rumore generalique fama, bene sequi potest prælati vel iudicis inquisitio generalis, & tunc solum inquit de vitijs in genere si fiut mala, & testis qui scit mala grassari, & quæ poterit & debet sub mortali & sub fractione iuramenti, vel incurfione censurarum (si sub illis inquiratur) respondere, fiunt mala in diocesi, vel ciuitate, vel conuentu, insuper rogatus quæ mala sunt, quæ cõmunis perpetrantur? si scit communiter aliquod vitium committi, iuridicè de illo interrogatur, & tenetur sub mor. & incurfione cẽsurarũ vel fractione iura-

iuramenti (si sub his interrogatur) respondere committuntur vsuræ, vel simoniæ, vel fornicationes, caueat autem iudex aliquam nominare personam, vel super aliquam inquirere hac via, quia sine dubio contra ius naturæ secreti facit, neque secretorum est iudex, nisi solus Deus, & testis siue à quo inquiritur, non tenetur respondere etiam sub iuramento & censuris, de aliquo in particulari quæ scit etiam si sciant alij etiam quatuor, vel quinque, quia peccabit mort. & tenebitur ad damna: & si nullus rumor est, aut inquietudo in generali superflua, & non bona erit hæc inquisitio, & solum fumum & pulverem, (vt ita dicam) excitans: & insuper periculo exponens iudicem, & simplices interrogatos, vt super quibus non possunt, in naturale proximi damnum, respondeant, & infament, mortalit. Hæc doctrina est Caieta. & Soto, & Nauarr. & Innocen. & habetur expressè extra. de accusatio. cap. qualiter, & quâdo. 2. & etiam cap. inquisitioni. §. 3. legatur Fra. Ludouic. Lopez. cap. 217. sui Instru. conscientiæ. Aut sunt aliqui iudices, aut prælati, qui ex lege vel consuetudine debent & solent facere inquisitiones generales, & tunc propriè dicuntur visitationes, & tunc absque rumore, sed sola lege cõmuni debent id prosequi statutis temporibus, & hoc semper iussit ab initio nascentis ecclesiæ ipsa ecclesia, per sua statuta & Canones sacros, Episcopis & alijs prælatis, & modo nouissimè in Concilio sacro Trident. ses. 24. cap. 3. de reforma. & ses. 25. & maior ferè pars sacrorum Conciliorum in hoc semper insudauit, & in religionibus id frequentissimum est, sicuti vtilissimè comprobantur ipsæ religiones, & maximè hoc, vt

necessa-

necessarium iniunxit illud celeberrimum Concilium Lateranen. sub Innocent. III. cap. 12. relato, extra de statu monachorum, vbi vt exemplar ponit sacrum Concilium in hac sollicitudine, nostram sacram congregationem Cystericiensem. Renduauit & Concil. Trident. ses. 25. cap. 8. reforma. & sic etiam in Prouintijs gubernatores, siue correctores seculares, oppida sub sua gubernatione cadentia visitant secundum leges Regni, vel consuetudines, sed finis harum visitationum vnus esse debet vt reformentur animæ in spiritualibus, & respub. in bono pacis in temporalibus, in tali igitur visitatione, poterunt prælati, visitatores & iudices, sub iuramento vel censuris inquirere de statu reipub. si sunt peccata publica, si franguntur leges in publico, & poterunt, imo tenentur qui examinantur in tali visitatione dicere, quis est in publico peccato, nominando tunc ipsum & peccatum & peccatorem, quia vbi publicitas est, non fit contra ordinem iuris, neque charitatis, quia correctio fraterna supponit secretum. Insuper in tali visitatione poterit inquirere de prælati inferioris vita, vel cuiuscumque officialis publici, quia ex quo ponuntur in prælatis, & officijs publicis: quia nequeunt esse secreti eorum defectus, circa publica quæ in administrationem commiserunt, & sic tenebuntur interrogati dicere sub mort. defectus graues, quos commiserunt tales circa administrationem suorum officiorum, quia vergunt in commune damnum & reipub. dispendium, nisi suspicentur & probabiliter credant, quod ex inaduertentia processit, vel non ex malitia vel crassa negligentia, quare processisse debet reuerentiales, &

Hhh

chari-

charitatiuissima admonitio, & si post illam paratos viderint ad emendationem, imò emendasse non tenentur deponere de præteritis defectibus circa regimen, etiam per iuramentum seu censuras: quia si respectu fratrum est in præcepto fraternalis correctio, est à fortiori & paternalis admonitio, cum iuxta naturam legem plus debeamus patribus quàm fratribus, & hoc maximè iudices & visitatores generales aduertere debent, vt corripiant eos qui præter hunc ordinem naturæ & diuini iuris, processerunt, non admittentes eos, & si noluerint nisi dicere, faciant iam non per viam generalis inquisitionis, qualis est quæ ipsi faciunt, sed per viam denuntiationis illos deponere, vt cadat supra ipsos onus probandi: secus ipsi iudices erunt participes peccati, male & iniuste contra prælatum & officiales publicos deponentis, & aduertant maximè, quod ferè semper, qui contra prælatos & officiales deponunt, non sunt admittendi, & si aliquando admittantur, maxima præuentio & cautela est præmittenda, nã tales exossi habentur & odio esse solent, præcipuè inquietis & defectuosus, cum iuxta officij sui obligationem, corrigant errata, & non permittant leuitates, & licetiosas audacias, ex quo nihil aliud generatur, nisi apud talium amatores, odium. Et hæc doctrina nõ est cuiusque, sed ecclesie sancte, sed Spiritus sancti, habeturque in Concil. Lateranens. sub Innoc. III. cap. 8. & refertur extra capit. qualiter. de accusationibus, quod caput memoriter sciri deberet à Generalibus, Prouincialibus, siue visitatoribus: doctrina huc usque tradita est communis Theologorum, & iurisperitorum, est Ricardi in quarto, distinctione. 19.

&

& Petrus de Palud. ibidem, Sanct. Antonin. 3. parte. titulo. 9. capit. 7. per totum, & omnium, quos viderim.

Inquisitio specialis quando fit.
§. XI.

QUANDO Autem procedatur ad inquisitionem particularem, hic labor, hic gemitus. Dicimus ergo absolutè, ante omnia, quod nullus prælatus aut iudex sub peccati mortalis incurfione & damnorum secutorum obligatione, siue ecclesiasticus, siue secularis, potest inquirere de particulari delicto, & particulari persona, nisi prius præcedente infamia publica, & notoria, vel indicijs vehementibus & publicis, quæ infamiam equiualeant, semiplenè probationi, id est, dicto vnus testis ita fide digni, qui nullam patiatur exceptionem iuris, neque facti. Explicemus sigillatim omnes partes. Obseruandum ergo, quod cum infamia sit priuatio, vel oppositio famæ, cum fama sit notitia clara alicuius cum laude, infamia erit obscura, siue turpis notitia, cum vituperio, id est, quod aliquis apud plures vituperabilis super aliquo graui turpique habeatur. Est tamen, aut infamia certæ personæ, vt Petri, aut infamia certi delicti, vt homicidij, quod scitur perpetratum, ignorato perpetratore, aut est infamia quoad delictum & personam, vt quod homicida sit Petrus, & quod hoc præsens homicidium perpetravit, aut de nullo est infamia in particulari, neque de perpetratore, neque de delicto, & secundum has quatuor

Hhh 2

infa-

infamias, quatuor modi ponuntur inquisitionum, secundum iura præsupposita infamia delicti certi, & non personæ, est lex mandati. ff. de conditionib. ob turpem caus. quæ autem præsupponit delinquentis infamiam & nõ delicti: inquisitionis modus ponitur cap. inquisitio. extra de accutio. & hæc inquisitio est, quæ fit in visitationibus ecclesiarum, vel monasteriorum, sed specialis infamia delicti & personæ est, cum & scitur perpetratum homicidium, & infamatus est Petrus, quod illud perpetraverit. Dicitur ergo primum, peccare mortalit. iudicem qui sine infamia particulari personæ & delicti, scilicet, quod infamatus sit Petrus quod fecerit homicidium, & non quodcumque, sed hoc præfens, quo inuētus est Ioannes occisus, inquirat de persona factoque, siue delicto. Et aduerte (vt optimè dicunt Doctores Theologi & iuris periti) quod est respiciendum ad originem infamiae, à quo ortum habuit, scilicet, quod nõ sit orta à maleuolis, impijs, & nullius vel parvæ auctoritatis hominibus, quia talis non esset infamia, neque cõtra sic infamatum deberet procedi: doctrina est Nauar. in summa cap. 18. num. 38. contra Sotum de secret. membro. 2. q. 6. Ludouic. Lopez est etiam doctrina c. 267. Neque quando rumor est communis, qui diuagatus est absque fundamento vel authore, quia solet esse industria maleuolorum, seminare similia de infõntibus absque authore, & tunc nõ debet inquiri in particulari de persona, nisi ubi oriretur scandalum, vt habetur expressè cap. licet Heli. extra de simon. Vnde colligimus peccare mortalit. testem vel eum, à quo inquiritur, si respondeat assertiue, etiam si sciat, & cognoscat delinquentem in particulari.

particulari, in casu in quo iudex seu prælatus non procedat præmissa infamia, orta ab hominibus veritatis, & non maleuolis, quia tunc infamia habet locum denuntiatoris vel accusatoris, vt dicitur dicto cap. licet Heli. vel nisi aliquis testis sit qui de plano eum condemnauerit, qui non sit testis defectum patiens, & inditia quæ pro vno teste valeant, vt quod rixatus fuerit Petrus cum Ioanne, & minatus fuerit ei mortem, & quod ea hora viderunt illum expectantem cum offensiuis armis, iuxta locum homicidij, vel quod ensis eius sanguine sit infusus, & cetera similia, & vt in hoc sine scrupulo procedat testis si ignorans est, tenetur iudex eum aduercere & docere, vel dare locum ei, vt consulat Theologum doctum, & debet testis petere & iudex tenetur ostendere, cum specialiter inquirat de persona & de delicto, quid habet probatum infamiae vel inditorum, vel si habet saltem vnum testem legitimum contra eum, & si hæc viderit declarans, etiam sine iuramento vel censuris interrogatus, nec dum cum illis, dicere quæ scit extra confessionem sacramentalem illius personæ, circa illud delictum, puta homicidium: nam de alijs delictis quæ sciuerit eiusdem personæ, de quibus non est infamatus, taceat: & non solum de alio, sed & de se ipso, si sic interrogetur, interrogatur iuridicè, & tenetur sub mortali confiteri veritatem, etiam contra se, etiam in crimine capitali, quia tenetur in fauorem reipubl. in eo quod infamatus iustè est, quia illud iam non est secretum, sed republici ius habet ad illud: & hæc doctrina est omnium sine repugnantia sancti Thomæ 2. 2. quæst. 69. art. primo & secundo. & Caieta. commentatoris

ibi, & quotl. II. art. 12. & Nauarr. super c. sacerdos. de poenit. dist. 6. à num. 13. vsque ferè in finem. & manua. cap. 18. à nu. 51. vsque: 63. Insuper addimus, mortaliter peccare iudicem, vel praelatum, qui sub iuramento vel censuris, interrogat aliquem de suo delicto, vel de socijs delicti, nisi supra posito iuris ordine, scilicet probata infamia, vel vehementibus indicijs, vel semiplena vnus testis probatione: vnde maximè defendi sunt iudices qui neruos sui honoris in hoc ponunt, & existimant palmam eximiorum iudicum se adeptos, si per fas nefasque occulta extrahant crimina; criminosos occultissimos coniectentur, & in hoc nomen sibi comparant magnū, cum sit grauissima iniustitia. Aduertant confessarij, quod tales non sunt absoluedi, nisi desistant, sed si ipsi ab hoc labore nos eruūt, quod talia confitentur cæcis confessarijs, cæcorum ducibus: qui forte eos de hoc malo maximo. & contra iustitiam, & charitatem, laudant, & si Theologis nobis non credunt, credant saltem iure consultis suis: legatur leg. respiciendum. ff. de poenis. & maius peccatum mortale est abominandum, cum sine iuris prædicto ordine, tormentis vtuntur, & etiam quando eisdem torturis medijs, reos interrogant de socijs criminis, de quibus infamia non præcessit, aut indicia vehementia, vti dictum est, quia est contra iustitiam, & occasio datur tristi & torto reo, peccandi mortalit. detegendo socios quos non debet, legant tales legem final. ff. de iurisdic. omnium iudicum. & cap. secundum, de constitutionib. libr. 6. Salicetū in l. final. questione secunda. C. de accusati. & Nauarr. manual. cap. 18. numero. 59. E contra, etiam peccarent

ranti iudices contra Rempublicam, si præcedente infamia, vel semiplena probatione, vel indicijs sufficientibus, non inquirerent in particulari, quia iuris & boni Reipublice est, peccata quæ non sunt secreta punire, leg. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & cap. vt famæ de sententiâ excommunicatio. Vnde apparebit, vel ex parte periculum magnum, & necessariam scientiam & cognitionem, iudicum, praelatorum, & quomodo periculum magnum imminet in cogendis testibus, vel per centuras, vel periuramenta, & demum per tormenta, quæ coactio sicuti magis sensibilis est, sic terribilior sensibilibus, à quibus vt periculosissimis abstineant iudices Christiani, in Domino hortamur, & in visceribus Iesu Christi, qui tot passus est pro nobis. & nisi in casu quo secundum iura, & leges excusari non possunt, illis non vtantur: nam cum ipsi fecerint quod sui muneris est moraliter bene, malint quod nocens remaneat ob secretum impunitus, quam quod innocens soluat, quod non tulit, vsque modo enim experti sumus, & maiorum relatione didicimus nullum iudicem qui iuste vel iniuste per cautelas, & torturas, crimina, & criminosos detegunt, & puniunt, & cum deberent magis misericordissimum Iesum respicere, gloriantur de hominum suspensionibus, trucidationibus, & cetera: nunquam bona morte dormisse, & diem clausisse extremum. Et sunt qui ex solis vultibus, physiognomia, imo & ex nomine & cognomine, ad hoc motos perquirandum gloriantur. Sed hæc non sunt iudicia Christiana, sed Pagana; & sic quidam eorum Paris. de Puteo gloriatur, quod crimi-

na ex fœditate vultus incœperit augurari in aliquibus; & quod aliquoties inuenerit sic tandem veritatem. Vellem ego vt narraret nobis, quomodo decipit fuerit, & videret fundamentum suarum inquisitionum. Demum cum Nauarro non audeo eximere a peccato mortali iudicem, qui habens plenam duorum vel plarium testimonium probationem de delicto, & de reo, qui reus sub iuramento inquisitus non confitetur, sed negat delictum, torquet illum, quousque confiteatur, quia hoc fortè est falsum testimonium, & remanet ei reo, beneficium appellationis ad superius tribunal, vbi fortè veritas patefiat, & apparet quòd talis non torquetur, nisi vt confiteatur, & auferatur ei appellationis beneficium: scilicet si reus cautelosus & male conscientie cognoscatur, quòd negat solum vt per appellationes iudicium differens fugiat.

Quid de innocente probato nocente?

§XXII.

D.V.O. Resultant dubia. Primum, num cum iudex scit Petrum commisisse homicidium, Ioannem accusatum de illo, vel ex generali inquisitione, resultare plene probatum, quòd Ioannes illud commisit, quid faciet? dimittet ne Ioannem, & contra Petrum procedit speciali inquisitione? Respondedo, iudex in omni eo quòd ipse scit modo communi cum alijs, non scire vt iudicem, sed vt priuatum hominem vel quia vidit sicut alius quiuis, vel quia delinquens & faciens illi dixit vt amico, & ex tali cognitione non potest magis procedere ad inquisitionem specialem

cialem, quam si omnino ignoraret, quia iudices & prælati, ex infamia circa rempub. & notitia, iuxta rempubli. quæ ex probatione legitimas confurgit, procedere possunt: & non secus & sic iudex quem ipse scit innocentem, probatum tamen nocentem, etiam in capitali causa poterit dilatare sententiam, & illum docere modos quibus infirmet probationem & testes: legitimos tamen modos, & demum omnia illa facere quæ proficiant illi modo secreto, ad probandam suam innocentiam, testes sapius & varijs modis interrogare, & si totum id non sufficiat, tenebitur illum ex cognitione reipublic. morti vel alteræ poenæ tradere, contra cognitionem propriam. Doctrina est communis Theologorum, & iurisperitorum. Interrogatus fui a quodam iudice satis docto & timorato, si posset illum talenti monere vt fugeret carcerem. Respondi, licere dum modo id fiat modo secretissimo, ne sequeretur scandalum, neque iudex daret auxilium: poterat tamen non adhibere diligentiam ad impediendam fugam innocentis, tantum & eo demum modo, quo in publico satisfieret reipublic. quæ habet illum pro peccatore, & in secretissimo iuuetur innocens. Et ratio huius responsionis palmaria est, quia voluntas reipublicæ bene ordinatæ, est voluntas Dei: ergo si sciret respubl. illum esse innocentem, sicut scit Deus, & scit iudex, nollet eum damnare, sed liberare. Igitur iudex & respubl. conueniunt in voluntate, & solum differunt in eadem in hoc casu vellint, quia diuersa est cognitio, ergo cum iudex secreto & quo ad se sciat innocentem, poterit dummodo in externo foro vt nocentem tractet, in secreto iuare in-

nocentem, & est locus à contrarijs, si illum quem ipse iudex scit secreto homicidam, in publico nequit damnare, quamvis possit secreto arguere. Similiter quamvis innocentem nequeat probatum nocentem in publico absolvere poterit in secreto iuuare.

§. XIII.

SECUNDVM Dubium est: Videt Petrus Ioannem damnari homicidam homicidio, à Petro perpetrato, num quid tenebitur se proderenocentem, ut saluet Ioannem innocentem? vel alius tertius qui illud nouit, poterit etiam si secreto nouerit reuelare Ioannem non fecisse illud crimen, sed Petrum? Respondemus ad primum (omissis ferè infinitis modis dicendi Doctorum, esset enim tempus terere) quod si Petrus fuit in causa, ut testes falsum dicerent contra Ioannem, vel illos corrupendo, vel etiam fuit in causa, ut deciperentur, quia assumpsit vestem Ioannis, quando homicidium committere voluit, ut pro Ioanne haberetur, vel quid simile, tunc tenetur modo sibi possibile Ioannem liberare, quia fecit illi iniustitiam, & si alia non patet salutis eius via, nisi quod se prodat & morti exponat, facere tenetur, non ex hoc quod ipse perpetravit homicidium quod secretum est, sed ex eo quod iniuste infamauit Ioannem, & iniuste vitam eius exposuit. Si tamen nihil horum fecit, sed ipse suum scelus secretissime perpetravit, & si condemnant testes Ioannem, sua ipsorum vel malitia, vel ignorantia, vel ipse Ioan-

nes

nes imprudenter se gessit, non tenetur Petrus se proderenocentem, quia iniustitiam Ioanni non fecit, & delictum quod Petrus fecit non est subiectum cognitioni iudicis, vel Reipublicæ, & sic tacendo iure suo utitur, & hoc modo exposito dubio, credimus ultra veram doctrinam concordasse nos, innumeros qui discordantes hucusque iudicabantur Doctores. Ad secundam partem dubij, de tertio qui scit Petrum commisisse homicidium, de quo damnatur Ioannes? Respondemus, posse hunc talem, si secreto scit, omnibus vijs possibilibus defendere Ioannem: at si Petrus infamatus non est, nequit absque peccato mortali reuelare, tum quia contra iustitiam secretum reuelaret: tum quia si probare non posset, cum contra Ioannem ex suppositione plene probatum esset homicidium, frustra Petrum diffamaret, opera autem frustranea non cadunt sub obligatione, sed deberet constanter affirmare Ioannem innocentem & innoxium se scire, & non commisisse illud, & sic si nihil profecerit taceat, cum mala non sint facienda, ut bona veniant, iuxta Paul. regulam excellentissimam.

Quo in casu signandi sunt complices infamati.

§. XIII.

Vnde colliges duo. Primum, quod socios suos criminis quos infamatos de illo cognouerit, tenetur quis sub mort. interrogatus declarare, & qui assistunt damnatis ad mortem hoc debent illis suadere:

ficus

secus si infamati non sunt, nec inditia extēt magna, & hoc maximè si scit non emendatos, sed potius noscituos reipublice in criminibus falsæ monetæ, in beneficijs, in latrocinijs, & prædonijs, vt patet cap. non inferenda. 23. q. 3. & infertur ex argumen. cap. cum cessante. de appellat. Soto de secre. memb. 2. quæst. 6. Nauarr. manu. cap. 18. nu. 58. & hoc moneant illos confessarij, secus non absoluât. Intuper sub mortali si damnâtur ad mortem supposita probatione testium sufficiente, si crimē commiserunt, suadeant, quod & si illucisque negarunt iniuste, demum confiteantur: secus damnabuntur æterno inferno, vtpote qui iudices iniustitiæ suspectos relinquerent; vltra quod non soluerent secus debitam ex iustitia confessionem veritatis, iudicio Reipublicæ.

Secundo colligo hanc præsupponendi infamiã, vel semiplenam probationem vel inditia, ad reuelationem secreti in iudicio via inquisitionis doctrinam, tenere solum, & currere modo dicto in peccatis communioribus, non autem in grauissimis, & damnum notabile reipub. afferentibus, vt est hæresis crimen, & proditiõis, vt habetur capit. in fidei fauorem. de heret. lib. 6. in quibus, experientia, imo & Spiritus sancti afflatus docuit ecclesiam, non proficere correctionem fraternam, & sic alijs decretis cessantibus, teneretur vnusquisq; qui reipub. Christianæ membrum existimat se esse, talia crimina denũtiare iudicibus ad hoc ab ecclesia deputatis, etiã si sint delinquẽtes parẽtes, vel filij, & hoc ampli⁹ & nouis excõmunicationũ vinculis, quib⁹ iustissimè sanctæ

sanctę Inquisitionis tribunal in suis edictis, quibus cogit ad reuelationem tam nociui secreti. Vnde iustissimè supradictum sanctæ Inquisitionis tribunal de causis fidei, & alijs concernentibus inquirat speciali modo, non expectando infamiam, vel indicia, vel semiplenas probationes in speciali, modo quodam quasi è cœlo elapso, cuius vtilitatis exitus in bonũ, apparuit liquido satis, ab hinc trigintaquinque annis insanix hæreseos, & cancre serpente infidelitatis & erroris Pintix, & Hispali in nostra Hispania. Sunt & apud iurisperitos, præter hæc duo crimina, alia, vt est crimen falsæ monetæ, & beneficia, vt habetur cap. 18. de confes. l. 1. C. de custod. & exhibi. reorum. l. latrones. l. diuus Adrian. ff. de custod. & exhibi. reorum. sed quoad forum conscientię non sunt hæc adeo necessaria.

Pernitiosa Reipub. detegen. §. XV.

Demum dicimus, quemcumque qui secreto scit aliquod malum parari, contra aliquem in bonis animæ vel naturæ, vt est vita & salus, vel fortunæ, vt contra honorem vel contra bona temporalia, tenetur sub mort. notificare id quod secreto scit eis vel ei, contra quos, vel quem, paratur tale malum, vel ei qui impedire poterit, ne sequatur tale malum animæ vel corporis, & vltra quod mortalit. peccabit, secus faciens, tenebitur ad restitutionem damnorũ possibilem, & hoc bene potest fieri sine publicatione personæ, vel personarum parantium malum, solum dicendo, Caue tibi hoc aduerto, quia imminet tibi periculum vitæ, cautè ambula, vel honoris, vel bono-

bonorum, vel circa res communes dicere pratoribus: Vigilate, paratur enim incendium quarundam domorum, noctu, vel hominum mortes, & in omnibus caueat ne personas coniurationis vel personam, indicet, sed si periculum imminet & aliter nequeat delicta & mala ventura notificare, nisi veniatur in cognitionem perperrantium, dicere & notificare tenetur mala molientes iniuste in proximos, quia lex naturalis secreti non currit in fauore iniquitatis & iniustitiæ, & nullus tenetur velamen dare in malum, cum tunc esset cooperari malo quæ debui & potui prohibere, sed casus rarus est, in quo non sufficiat sine reuelatione personæ, vel personarum, vt caueatur à malo, aduertere tali vel tali quod imminet: doctrina est S. Thom. 2. 2. q. 69. artic. 2. & S. Bonau. Soti, & Nauarr. manu. cap. 18. nu. 60.

De secreto seruando & qua vi. §. XVI.

Insuper aduertimus, lege naturali secreti teneri quemcumque: sub mort. ne proferat quæ sibi sub secreto sunt mandata, vel secum communicata, ita vt etiã si mors obijciatur nequeat reuelare, saltim quo ad personas in speciali. Idem dicimus de illo facto quod secreto coram aliquo factum est, & si non sit commendatum (in his omnibus hæresis crimine & contra rempub. vel caput eius prodicionibus excepto, de quibus supra satis) & quocumque facto & malo, de quo perperrantem non monuit fraternæ, iuxta ordinem diuinum Iesu Christi D. N. Matth. 18. Si peccauerit. Et est doctrina non magis vera quam Euangelium, imo quam ordo dimanans ab ore authoris Euangelij qui

qui honorem ludæ proditoris, ita sicuti secreto non uerat secreto seruauit, & solo Ioanni secreto, & per signum cum iam ferè consummatum & extra perpetratum erat, ostendit futuro Euangelistæ, sed in praxi hæc Euangelica correctio fraterna, ferè ac si non esset, vel non nobis, sed alijs tradita esset, sic ablegata est. Neque ad hanc suprapositam obseruationem secreti, necesse est (vt aliqui putant) quod dicatur factum aliqui, sub Confiteor Deo, & genibus flexis, dummodo confessio non sit, quia potius hoc est abominabile sacrilegium, confessionem simulare, & solum remanet tunc vinculum & sigillum secreti, modo dicto. Doctrina est Soti, de ratione tegendi secreti, membr. 2. q. 7. artic. 1. Caieta. 2. 2. artic. 1. Nauarr. manu. cap. 18. nu. 53. & tale peccatum merito vt graue est prælatis in nostra sacra Cystericiensi. siue S. Bernardi obseruanti religione, reseruatum, vt quod quis commendet sub sacramenti sigillo, confessionis, crimen quod sacramentaliter non confitetur.

Pro bello quoad secreta. §. XVII.

Insuper non potest quis etiam sub tormentis, & etiam sub ipsa morte, secreta suæ reipub. vel suæ cõmunitatis, vtilia contrarijs reuelare, vt Christianus Turcis, secreta & præparamenta Christianorum, imo neque Christianus Hispanus, Gallo siue Belgico Flãdrensi, quia vnusquisque est suæ reipub. pars, & tenetur magis suo toto quam sibi, imo est casus, in quo constat ciuem esse propter rempublicam, & non è contra. Poterit, imo debet explorator Hispanicus *Es* pia, rimari, & perscrutari secreta aduersariorum, & nun-

nuntiare suo Principi, & suis Ducibus, & aduerte-
re illos de stratagematibus, & fallacijs aduersario-
rum, & de consilijs pernitijs suis, quos credit bel-
lum instum sequi. Vnde iustissimè ille bonus Cussi,
Regi Dauid detexit consilium Achithofel, datum
Abfaloni. 2. Regum. 17. & Elisæus secreta Regis Si-
riæ, Regi Israel reserauit. 4. Regum. 16. Tenetur etiã
& debet sine timore irregularitatis (imo ex opposi-
to magis illam timere deberet) ecclesiasticus denun-
tiare damna, & mortes, & pernitias, quas scit parari
reipub. vel proximis, & si in confessione nouit ma-
la parari, vrgeat eum qui cõfiteatur, vt notificet ma-
lum, vt vitetur, si non est ex coniuratis, quia tunc il-
li immineret periculum: sed tunc ipse notificet, dũ
modo caueat omnino, ne sciatur ex confessione ali-
cuius id nosse. Dico alicuius determinati, quia tunc
esset confessionem formaliter reuelare: nã licet sus-
picio oriretur, quod in communi ex notitia confes-
sionis alicuius, sciuit, hoc non est confessionem de-
tegere, & quod pro charitate institutum est, contra
charitatem militare non debet.

De iniustitijs verborum. §. XVIII.

Prohibetur igitur hoc præcepto omne menda-
cium pernitosum, bonis spiritualibus, vel corpo-
ralibus, vel bonis fortunæ proximi, primario & per
se, vt diximus in principio, nunc sit in iudicio, nũc
extra, & dicitur testimonium falsum: de iudicio cre-
dimus sat dictum vetatur & prohibetur eodẽ præ-
cepto, omnis iniusta læsio honoris, vel bonorum
proximi, facta verbo, vel signo, proximo: quæ dici-
tur

tur iniuria, & est quadruplex, aut dicuntur ignomi-
niosa verba in præsentia læsi, & dicitur contume-
lia à Theologis, & est de se, ablatio honoris excellẽ-
tiæ vel æstimationis, & est peccatum mort. & tan-
to grauius, quãto contra personam maioris autho-
ritatis & reuerentiæ: & si quis verba contumeliæ di-
cat, tantum audiente læso, est mort. quia illum iniu-
stè perturbat animo, quantum in se est laceffit, pro-
uocatque, & tēneturque ab illo veniam petere verè,
sub mort. tamen grauius est, quando coram alijs au-
dientibus: & tenetur ad restitutionem honoris &
æstimationis quam abstulit, & si quæ damna secuta
sunt in bonis quibuscumque fortunæ, vel salutis,
& quamuis iuxta Isidor. lib. Ethimolo. contumelia
dicatur à tumentis verbo, etiam extēditur ad signa:
sunt enim quædam signa, vel voces alias non signi-
ficatiuæ, quæ si fiant coram eo cui lædere volumus,
sunt contumeliæ, vt vertere dorsum illis cum qui-
bus loquimur, & manum nates ostendere, & alia tur-
pia signa, Hispanè *dar higas*. Sunt contumeliæ sicuti
verborum mort. si personæ graui ostendantur, vt
lædatur, ad hoc peccatum reducitur cõuitij offen-
sa, vt pote, quæ etiam sit, verbis, honorem, & excellẽ-
tiam, & æstimationem tollentibus, nisi quod contu-
melia est in verbis, in honorantibus, & declaranti-
bus aliquod malum culpæ, conuitium vero, indiffe-
renter & culpæ & pœnæ, siue defectus corporales,
vt vocare quem turpem, cæcum, claudũ, leprosum,
& morbo Galico infectum, dæmoniacum, & sunt
conuitij peccata mort. quæ lædunt audientem gra-
uiter, & cognoscit dicens, vel timet grauiter lædi.
Improperium etiam, ad contumeliam reducitur,

Est quædam indigentiæ & minoritatis iniuria, vt minuatur excellentiæ honor, & propiissimè est, cū commemorat quis alicui quod eduxerit eum ab aliqua necessitate, vel miseria, & quod non responderit cum gratiarum actione, quando hoc fit iniuriosè dicitur improprium: sunt igitur isthæc peccata mortal. nisi aut dicantur iocosè ob ludum, vel serio ob correctionem, sed vtrobique maxima adhibenda est cautela & prudens moderatiõne lædatur fama proximi, & in iocis temperantia, nec illum conturbemus, & in correctionibus moderamen magnū, ne cõtra correctionis finè contingat in subdito. Vnde prælati corrigentes subditos, a conuitijs abstinèat, quod magis poterunt. Est enim periculosissimum, vt sanct. Thom. 2. 2. q. 27. articu. 2. & commentator eius Caieta. ambo religiosi aduertunt, imo Cicero. lib. offic. omnis animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. Sunt igitur aliqua cõuitia quæ ex hominum acceptione, sunt grauia, & inhonorant, vt alicui dicere quod sit de genere Maurorum, Iudæorum, vel de genere castigatorum per tribunal sanctæ Inquisitionis: aliaque & si vera sint & scita, tamen accepta sunt vt lædentiæ, & eo animo dicuntur, vt vocare aliquem filium laborantis, Hispane, *villano*, vel filium sutoris, vel clerici, vel spurium, vel quomodocumque illegitimum: & si vera sint, sunt conuitia mortalia, etiam si iocosè dicantur, si ex defectu debitæ prudentiæ lædunt, etiam si non dicantur vt lædant. Similiter stultum vocare, insanum, ebrium, latronem, &c. quæ quando dicuntur famulis vel seruis ad correctionem, vel ex indignatione defectuum factorum in itinere vel in alio seruitio,

uitio, sunt communitè venialia: sed, quando ipsi hoc lædi se maximè ostendunt, consulendum est, vt non talia conuitia dicant: leuius & melius, aliquando tales ictum aut flagella existimant, & sufferunt, quam similia, & sic non vacat serupulo mortal. peccati, iuxta doctrinam sanct. Thom. & ferè omniū, & seruos baptizatos appellare canes, id est, Mahomamorte. conuitium: est etiam in heris, in quibus omnibus regula statui nequit. Sunt enim quædam quæ de se quomodocumque dicantur, sunt contumeliosa, & conuitiatiua, vt Iudæū, vocare, Sodomitam, insanum, alia autem, quæ aliquibus sunt turpia & contumeliosa, alijs vero non ita, & quædam quæ in quibusdam nationibus non notantur, in alijs vero nationibus, siue personis, maximè, vt ebrietas apud aliquas gentes pro ioco & ferè honore habetur, apud nostros vero Hispanos (dummodo Gallicos aliquos, & Aituces extrahas) maximo habetur dedecori: similiter amoribus mundanis inferuire, in iuuenibus Aulicis, ferè decus existimant, quod inhonestum est, in senibus grauib, ecclesiasticis, & maximè religiosis: sunt & alia quæ de se non inhonorant, sed iam aliquis sibi, vt læsua accepit: vidi enim aliquem, quem si vocarent in genuum, vel equitem, magis offendebatur quam si Iudæum appellarent, alium quem si formosum appellares, nimis irascebatur, nescio an propter anthithesim, vel antiphrasim, siue Latine, ob contrarium sensum: & de talibus, & similibus, postquam offensua honoris pro contumelia recipi experti fuerimus, ab illis abstinendum erit. Solum vt finem huic peccato & præcepto im-

ponamus & suppositum, sit ad dicenda: aduertimus quod communiter contumeliosa & conuitiatiua uerba, & impropria oriuntur ex ira, quia sunt maximè coniuicta eius fini, qui est uindicta: nam ira est aperta, odium autem est occultum. Vnde sicuti in omnibus bonis, ut speculum & totius uirtutis specimen habemus. D. N. Iesum Christum cœlestem Magistrum, per omnia tentatum pro similitudine absque peccato, in hoc maximè passum aspiciamus: nullum enim fuit genus contumeliæ, neque conuictij, uel improprij, quod odium & ira Iudæorum non protulerit contra innocentissimum Dominum Iesum. Vocant eum demoniacum, Samaritanum. Ioan. 8. mendacem, socium Publicanorum, seductorem, ebrium, irreligiosum, fractorem Sabbathorum, & legis, subditum Belzebuth, filium fabri, & turpissima morte dignum, & cum iniquis reputatus est. In omnibus se præbens & in sufferendis iniurijs maximè paciētiae exemplum. Sed hoc moderamine quod in aliquibus contumelijs reprimamus audaciam, & iram conuictia dicentium, & hoc quoties ex conuictio uel contumelia, sequi potest pusillorum scandalum: ut cum conuictum est contra personam docentis, uel quæ est in exemplum aliorum posita, quales existimo omnes prælatos respectu subditorum, magistros Theologie, & concionatores, & omnes religiosos respectu secularium, imo & grauium personarum, quibus, non nos, sed Iesus Christus, sed & Spiritus sanctus, admonet & docet, quod animum habeant paratum ad paciētiam, & sustinentiam contumeliarum: tamen modestè reprimant audaciam, contumelias, & conuictia dicentium: iuxta illud Prouerbio. 26. Responde

ponde stulto iuxta stultitiam suam: nam sic Dominus Iesus R. noster respondit. Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & uos inhonoratis me: est qui querat & iudicet, & quæ late profectus est Matth. 11. contra illos qui in Belzebuth dicebant eijcere illum dæmonia: & sic sancti retudebant audaciam Doctores, non solum hereticorum, sed & maleuolorum contra eorum scripta ob latratium: quia ut optimè ait Gregor. Homil. 9. in Ezech. tunc non contra tales conuictum uel contumelia, solum agit in persona, sed contra Iesu Christi corporis ædificationem mistici, quod est ecclesia & fides eius. Doctrina est Aug. de serm. Domini in mot. Greg. ubi supra. S. Thom. 2. 2. q. 72. artic. 3.

Detractio quid? §. XIX.

Detractio alia iniustitia est facta uerbis, contra proximi famam in absentia eius, in quibus duobus differt à contumelia, quod illa est in præsentia contumeliati, & tendit contra eius honorem & uenerationem: detractio uero, fit in absentia, & contra famam seu bonum nomen proximi: & sic infamius & uilius peccatum est detractio, quia contumelia scis qui uerbis inhonorat proximum, illum despicit, & nihil facit: at qui detrahit, potius in absentia illum timere & magnificere, apud se ostendit: & quoties detractio fit animo nocendi & denigrandi proximi famam: est mort. peccatum, si res seu defectus sit momentani, quia est nocumentum graue factum proximo infama, quæ diuitijs præstat: & si falso detrahitur, tenetur honorem restituere proximo iniuste ablatum, sub mort.

& si id in quo detraxit erat verum, dictum tamen coram ignorantibus, animo nocendi proximi famam, & ex hac denigratione proximus detractus amittit aliquid ad quod ius aliquod secus habere poterat, tenebitur illud modo possibili restituere, sed non dimittetur reatus, donec auferatur oblatum, qui licet quod dixit verum esset, tamen iniuste & malo animo prolatum, & impedimentum fuit quo, vel proximus amitteret id quod habebat, vel ut non conferretur ei quod alias acquireret, quæ ambo iniustitiæ sunt actus: & aduerte, quod etiam si coram vno solo denigret quis proximi famam, quam claram apud ipsum habet, peccat mort. nisi dicat vni graui, vel paucis & conuenientibus, ad fratris in peccato permanentis correctionem: quia tunc fraterna correctio. eo. animo facta esset, & non detractio, sed cum prædictis moderaminibus, & quod talis sit persona, quæ prodesse & non obesse possit, & qd animo correctionis fiat, quæ autem dicatur graui & denigratiã famã? Dicimus nolluisse S. Tho. 2. 2. q. 73, art. 2. quod quotiens quod per detractionem dicitur est actus proximi mortaliter peccaminosus detractio est mort. quia potius doctrina Docto. sanct. hoc negat generaliter, & sic nos dicimus, esse aduertendam hominum acceptionem: est enim iudiciu morale: sunt autem peccata mort. quæ in communi acceptione hominum (vti supra tetigimus) nõ denigrant famam, imo ipsi operantes ex illis gloriã (quæ vere vana est) acquirere studet, vt iuuenes aulici in amatorijs leuitatibus, de quibus gloriãtur, & milites alijq, similes de ictibus & percussionibus in rixis illatis alijs, hæc enim referre detrahere nõ est, & cõtra

tra sunt aliqua venialia quæ habita personæ qualitate & professione, nimis denigrat, vt dicere aliquem prælatu vel illustre, vel nobile, esse mædaces, esse leuium animoru, esse etiã venialiter iracundos, denigrat famã, & est talium personarum detractio mort. iniusta: & quauis cõtingat (vt docet S. Tho.) quod dicatur aliquid graue de proximo, nõ animo lædendi illum si fiat animi leuitate, id est indiscreta & nõ plena & libera prolatione, est tunc detractio materialis, vt dicunt nostri Theologi, & nõ formalis, quasi dicat est materia sufficiens ad detractioem mort. Sed quia animus nocendi famã & plena aduertentia nõ adest, est veniale peccatũ, nisi hoc esset in peccatis maximis & supræmę infamibus, vt est hæresis, falsæ monestæ fabricationis, Sodomie, periurij, & in personis grauibus ecclésiasticis, præcipuè religiosis, peccata luxuriæ: hæc enim, vt aduertit Gregor. vbi supra, & S. Tho. & si non sint peccata grauiora sunt inhonestiora.

De referentibus audita. §. XX.

Sed quod dubitationem habet, est num quãdo referens dicit, quis peccata proximi, vt V. G. audiam, vel dicitur, quod Petrus sit hæreticus, fur, vel mech: nũ quid erit mort. detractio, vbi ignoratur hoc referre, cũ verũ sit referentẽ illud audisse? Scio subtile Scotũ, videri solũ hoc veniale iudicare, quia talis nõ affirmat, sed audita fideliter refert, sed certe re hæc bene perpensa cum Caiet. vbi supra, & Soto lib. 5. iust. & iur. quæst. 10. artic. 2. videtur omnem referentẽ res siue defectus proximo nocentes in fama grauius ex auditu, peccare mort. & si sit animo detrahendi, est formalissima, imo omniu nocentissima

detractio. O vicinam talis, fucatus modus infamandi procul eliminatus foret, & innumera fama ille se hodie cõsisteret: hoc modo & quasi palio, & ioperculo, non est qui se ab infamia tueatur, nisi cum fama malû sit (iuxta illud Vergilianû) quo nõ est velotius vilû, & quæ poenata & ora immensa habens depingitur, quæ viros acquirat eũdo, qui ire illã facit, ubi nõ est, & de re denigra te proximo, nõne infamator erit? cõ ipse referens causa sit, quod sinistra audietes concipiant de proximo opinionẽ, & quam glaram habebant, turbidam & obscuram reddat? Dicimus igitur peccatũ mort. esse in suo genere scimus innumera cõmitti talia, sed ob eorũ communiorẽ vsum non possumus à veritate diuertere: est enim à demone adiuuata infamandi forma, & auctiorẽ non inuenies, omnes dicunt, hoc dicitur de Petro, hoc audiui, & si quis est, qui dixerit primo requiris, aut in rerũ natura nõ est, aut à quodã malũ volo, & exulceratorũ vulnerũ, ortũ primũ habuit; doctrina est omniũ leg. Nauar. manu. c. 18. nu. 36. Dubitabis adhuc quãdo referre quod audiimus malũ nõ iudicabitur mort. Respondeo, qd si teneor sub mort. celare, & non referre peccatũ proximi, quod certo & verẽ scio, quãto magis illud qd fide dubia nimis recepi? Sed quando referens malum, quod audiuit, non refert animo lædendi, vel nocendi: & insuper addit se illum nõ credere, sed existimare falsum, & Petrũ de quo refertur esse habitum & communiter existimatum studiosum, honoratũ & bonum, & se illud audisse tantũ, & à falaci fide referẽtũ, tũc mort. nõ existimamus, etiã ubi nescitur, sed certẽ nescio cuius utilitatis sit, hæc relatio, etiã cũ dictis moderamini-

minibus. Cum certum sit ferẽ semper, periculũ denigrationis famæ? Quando autem quis iuste infamatus est. Toleri de furto, vel homicidio, & degens modo. Compostella lucratus est. nomen bonum, & famam, num pro palare aliquem eius infamiã, qua Toleri laborabat, Compostella, erit mort. detractio? Dicimus, quod si sententia publica iudicis secundo allegata & probata quis pro latrone flagellatus fuerit, vel multa tũs alia poena publica pro crimine, non peccaret cõtra iustitiã illũ propalans Compostellẽ; & sic ad restitutionẽ nõ tenetur, cũ iure sit fama priuatus, & voce præconis, vel sententię pronũciatione, sit reipu. vt notorius declaratus peccator, & si non fiat animo infamandi illũ, sed quia nõ apparet emendatus, & quia potest nocere, tũc declarare, non erit etiã cõtra charitatẽ, & si hoc voluit Caie. Opus. ros. p. 16. respõs. 9. bene dixit, secus autẽ si emendatissimus esset, & honore Compostella acquisitio Deo seruit, quia fama mediũ est ad virtutẽ, & quasi pignus; tunc illum declarare esset mort. peccatum contra charitatẽ & bonũ proximi, & si hoc voluit Adrianus quodlibet. n. quæstionẽ. n. bene etiam dixit. Sed qui non auctoritate, vel sententia repub. sed rumoribus sparsis, modo superius dicto, Petrus Toleri esse infamatus de furto, & essent magna iudicia; & Compostella vixisset bene, & immunis à tali nota; esset mor. cõtra iustitiã, & contra charitatẽ illũ Compostella infamare, quia cũ fama Toleri nõ sit priuatus, cõtra iustitiã per meã detractio nã priuatus bono nomine, quod Compostella possidentur, & si modo possibili ad restitutionẽ tenetur infamatus, & si hoc voluit Nauarri. & Soto vbi supra, & ferẽ omnes

Theologi, & Canonistæ benedicunt. Anectimus hic, esse peccatum mort. contumeliæ, ei qui publicè pro fure flagellatus est, reddere in faciem, & dicere, tu loqueris qui flagellatus est? quia etiam in veris & publicis, imo in naturalibus defectibus, est conuictij, & contumeliæ peccatû, & non solum illud vetat lex diuina, sed & instigante nature lumine, lex etiã civilis. ff. de iniurijs. l. cum qui nocentem. Quoscûque hypocritas & simulantés quod nō habēt, tū sanctitatis, tū sciētix quo reipub. noceāt suis imposturis, nō solū potest quis, sed debet manifestare, ad euitandū reip. vel proximorū malū: sic enim fecit Christus R. N. declarās facū & hypoērisim Phariseorū, & Scribarū, quia cæci erāt, & cæcorū duces, & hoc docet Adria. vbi supra, & Soto: si tamē aliquis crimē q̄ fecit abscondit, non autē vt noceat, hypoērisi fingit se sanctū, ob inanē gloriã, nō licet illius occultatū peccatū declarare, quia nē mini nisi sibi iniuriã facit, sed si per hoc vellet decipere, vt eligeretur ad dignitatē vel officiū publicū, in quo nō emē datus nocere multū timetur, tūc hypoērisis vergit in dānū reipu. & poterit impostura manifestari, electoribus. Histriones siue Parasiti, detrahētes mordaciter proximis, peccāt mort. & absoluedi nō sunt, donec emēdentur, & satisfaciaant, & Domini eos audientes & consentiētes, similiter peccāt mort. Historiographi suis historijs referētes Principū & aliorū peccata, quę nō erant omnino secreta, cū suo moderamine, vt vendāt certa pro certis, & incerta pro dubijs, officiū suū peragunt fideliter, & benefaciūt, si tamē officium historiconū assumūt ad hoc vt inurant infamia sibi exolos & potteros, vel fallis criminibus,

nibus, vt fecisse ferunt multi grauissimi Vergilium Maronem, infamando Didonem Carthaginensē Reginam de fornicatione, imo & dubium pro certo scribendo: mort. abominandum peccatū est, neque desunt qui Bartholomeum Platinam Italum laborem illius satis alias laudabilis de vitis Summorū Pontif. historiæ assumpsisse, vt Alexandrum Sextū infamaret (quod & fecit satis) asserant.

Num quis se infamare possit? §. XXI.

Hic locus est illius celebris dubij inter S. Tho. discipulos (quod & iā nos supra tetigimus) nū possit quis seipsum infamare? breuiter dicimus contra Caicta. 2. 2. q. 72. art. 2. & 3. & in summa verbo, detractio. Primo, q̄ nō est philosophandū, vt ipse facit de fama cuiuscūq; particularis (vt ipse vult) sicuti de vitia, quod nō sit dās eius sicuti & rerū familiarū, sed quod fama vniuscuiusq; sit reipub. vel ecclesie: hoc enim nō est verū: nā in doctrina S. Tho. expressē. q. 27. art. 4. ad primum, potest vnusquisq; particularis infamiã sibi soli illatam remittere liberè, & tunc infamator siue detractor, non tenetur restituere, ergo dominus est vnusquisq; priuatus suæ famæ, iuxta S. Tho. imo iuxta ipsum Caic. ergo nō est reipu. vel ecclesie, & sicuti nō est cōtra charitatē prodigē nūmos expendere dominū illorū, sic neque expendere famam suam: esset tamē mendacium veniale, in quo Soto bene, Iust. & iur. lib. 5. q. 10. arti. 2. & tenet & Adrian. in. 4. q. 35. de restitutio. & quotl. 11. & Nauar. man. cap. 18. n. 72. lege sanct. Tho. 2. 2. q. 120. artic. 2. & 3. tamen peccaret mortaliter Episcopus, vel

vel prælatus quicumque, vel persona grauis publica, quæ est ad salutem aliorum destinata, si se grauius infamar, aut infamati nõ resistit, & honore ablatum non petit, iuxta S. Thom. quotl. 10. art. 13. & Nauarr. manu. cap. 18. num. 61. vti dictum est, sed esset etiam mort. & contra iustitiam quando ex meæ iactura sequeretur aliorum infamia, vt contingit in peccatis infamantibus non solum personam, sed & successorum vel collegarum, vt in infamia generis, si me infamo Iudæum, Mahumetanũ; vel proditorem, pater enim non est Dominus famæ filiorũ, sed ipsi, neque socius suorum collegarum. De Astrologis siue melius dicas impostoribus, qui declarant, quis fecerit hoc vel hoc, dicimus, eo quod arte illicita vtuntur, in quo fatuos decipiant: nam hominibus mediocriter eruditis, non persuadebunt, quod eorum iudiciaria ars est tacitum vel expressum cũ dæmone patre mendaciorum pactum (in quo ab Inquisitoribus puniri debent) peccare grauius cum vehementissima hæresis suspitione: peccant insuper detractionis peccatum, contra iustitiam, & contra charitatem: maius furto, & maius fornicatione simplici, & tales etiam lege ciuili ablegati, & abominabiles sunt habiti. C. de malef. lege nemo.

Infamatus de maiori. §. XXII.

Qui publicè infamatus est de maiori malo, in quo perseuerat publicè, poterit diffamari de minoribus, quæ verè fecit, etiã si sint mortalia, liquet, quia talis iure priuatus est fama, in re grauiori, ergo non iniuste de minori infamatur, cum in rigore, neq;
infa-

infametur, vt qui hereticus vel aposthata, perseuerat, si ego dicam de illo etiam furcum cõmississe, vel fornicationem.

Qui in scriptis libellis (quos famosos vocant) diuulgat crimina & defectus aliorum, & est mortal. nociuum nimis reipub. & vt tale grauisimè puniatur, etiam lege ciuil. & tenetur ad restitutionem famæ & aliorum damnorum: & qui tales scripturas inueniret, tenetur illas auferre sub mort. & comburere, non legendo eas: & si sola curiositate motus legat cum animo non credendi dictis, & cum proposito seruandi secretum, solum venialit. peccat: dummodo non reuellet, & qui non comburit prædictos libellos infamantes, puniretur iure etiam ciuili, & peccat in foro animæ, patet. 5. q. 1. cap. & est. l. 1. C. de libel. famos. quia adiuuat detractionem mortalem: aperiens literas sigillatas & claufas, mortal. peccat: quia epistolæ claufæ iure gentium debetur & naturali, immunitas & securitas, & integritas, quæ debetur legato, quia est quidam legatus mortuus: & in super, quia est modus communicandi secreta inter absentes ab arte & natura. Sed qui aperiret ex officio, vt tempore necessitatis reipub. cum timetur denuntiari aliqua inimicis & in eius nocumentũ, qui auctoritatem ad hoc habet id facere debet, & prælatus siue prælata, suorum religiosorum siue subditorum, & quæ illis mittuntur, iuxta cap. nõ dicatis. 12. q. & qui existimat in aliqua epistola contra ipsum aliqua damna iniusta contineri, vel sui infamationem, quia iure naturæ vim vi repellere licet, & modo possibili vnicique datur suum damnum vitare iniustum. Similiter potest quis alterius literas
aperire

aperire sub bene fundata ratiabitione scribentis, vel eius ad quem mittitur, & tantum venialiter peccabitur, si solo curiositatis intuitu id faciat, vel ut rideat grossas rationes & modos rusticos scribendi, dummodo si aliquid maioris entitatis reperiat secretum seruetur, doctrina est communis. Est alius modus detrahendi paliiatus, sed fati nocuius, ut cū occasio se offert aliquem laudandi, qui eum nouit tacet, vel ita laudat tepide & frigide, ut potius vituperare videatur, & detrahere, & cum ex tali modo laudandi tepide vel tacendi siue omittendi laudare cum petitur & occasio poscere videtur, sequitur damnum in honore, æstimatione, vel fama tertij, in graui re, est mort. peccatū, & restitutioni obnoxiiū, iuxta Adria. quotl. 11. & Nauar. manu. c. 18. num. 44.

Sufurratio quid? §. XXII.

Quando autem quis inhonorat & minuit siue auferat alterius famā, ut ab his à quibus diligitur omitatur, & qui eum amat odio prosequatur, dicitur à nostris Theologis sufurratio, & hoc modo peccās sufurro à Dño abominatus, Leuit. 19. Non eris calūniator, neq; sufurro in populis: vnde ut optimè S. Tho. 2. 2. q. 74. art. 1. sufurratio & detractio cū in reliquis cōueniāt solo differūt sine, quia qui detrahit solū famā lædere intēdit: proximi, qui autē sufurrat amicitia aliorū vel alterius infrigidare, vel totaliter auferre statuit pro fine: semper enim sufurro, talia profert mala, quæ possint animū audiētis cōmouere, iuxta illud Eccles. 28. Vir peccator conturbabit amicos, & inter mediū pacē habentiū, immittit inimicitia, & sic maius peccatū est, cū vltra hoc q̄ sufurrare

surrare est actus contra iustitiā, est præcipue cōtra amorē & charitatē, & sic hic finis mutat speciē peccati, & sic necessariò explicādus est, quia vltra famā amicitia auferitur, & amicus surripitur, q̄ est maximum inter bona externa nocumētū, quia licet amicitia nō sit virtus, honesta tamē, est maxima inter omnia bona, virtuti proxima, iuxta Aris. 8. Aeth. & Eccles. 6. Amico fideli nulla est cōparatio, sed aduerte q̄ cū ratio boni cōpleta in solo honesto reperiat, tātū est ratio boni saltim apparentis, in vtilibus & delectabilibus. Similiter dicendum est, de amicitia: namq; altera est ratione boni honesti, & est simpliciter bona & maxime proxima virtuti, ut dictū est: altera vero est amicitia quæ est ratione vtilitatis, propriæ quæ mihi ex amicitia puenit alterius, vel ratione delectationis, & hæc dicitur amicitia siue amor concupiscentiæ, quia talis amor non est amati, sed mei ipsius, quia non volo illi bonū, sed mihi vtilitatem vel delectationē, & hæc opposita & nimis distās est à virtute. Dicimus ergo ex hac supposita doctrina, quod licet, imo actus virtutis est, dicere, & quasi propalare defectus naturales vel morales, publicos, vnius amici, cum sine dissoluēdi amicitiam, quæ est solius vtilitatis, vel delectationis, cum Dei ostēsa, dummodo in omnibus secretis, non infamia irrogetur, & sic si videt, quis duos amicissime tractari, & hoc ad inhonestam & obscenam, gladio diuisionis, uti consiliū est R. N. Christi, qui de se dicit, gladiū venis se mittere in terrā: tale enim vinculū dēmonis est, & carnale, & sic modo licito dirūpere colligationes impietatis bonū erit: iux. illud Proph. cū similiter licebit in vtilitatem alteri? cū cognoscitur q̄ quis falsā ami-

amicitiam simulat, & procurat cum aliquo, vt secreta eius noscat, & extorqueat in eius damnum temporale, etiam dicere illi, Caue huius amicitia, quia vult decipere te in damnum tuum, vt decepit alios: dum modo verum sit quod alijs sic contingit: quia licet iniustam deceptionem aperire, & damnum proximi iniustum obuiare. Sed in quo dubitant Doctores est, num si ego intendo licite Principis aut prælati specialem fauorem & amicitiam, & video quod alius me præuenit qui eius gratiam est natus, qua in illo summo gradu stante, credo me non posse quo intendo amicitia & gratia peruenire: possim aliquantulum minuere de æstimatione alterius, minuendo apud Principem vel prælatum eius famam? si alia non est via? Soto dicit licere, dummodo quæ dicuntur sint vera, & cognita. de iust. & iur. lib. 5. q. 11. artic. 1. Nauarro moderatur, sed in idem coincidit manua. cap. 18. num. 14. quia vterque dicit dummodo non inducatur, neque procurentur inimicitia, neque ledatur in re graui, sed tantum innuere potenti excelsum (vt sic dicam) amicitia, imo addimus posse (si cognoscitur illum magnum fauorem & gratiam Principis, in illo qui obtinuit, nocituram reipublice vel communitati, vel iniuste tertio) illum veris & non secretis, quamuis Principi vel prælato ignotis, productis defectibus, a gratia illa maxima deturbare, quia tunc iniuste & nociue, illam possidet, vt innuit Soto vbi supra.

Derisio quæ peccatum? §. XXIII.

EST & alia verbo commissa vel signis iniustitia,

tia, quæ à nostratibus dicitur derisio: quod peccatum à supra dictis intentione & fine differt, quia sicuti contumelia intenditur honorem auferre, detractio ne, famam, susurratio amicitiam, sic derisione intenditur rubor & erubescencia proximi, quod Hispanè dicimus, *que se corra y se auerguence*, & hoc fit cum talia dicuntur vel significantur, quæ cuicumque cordato & graui ferioque homini, ruborè causent ioco dicta & risibus: nam irrissio in nota defectuum grauium, à contumelia in hoc differt, quod quando dicitur per modum lusum, & ad mouendum risum est grauius mort. quam quado obijcitur idè defectus naturalis vel moralis contumeliosè, quia per irrisionem minoris & vilioris æstimatur personæ grauitas & reuerentia; & est parui pensio addita. Sed propriè quæ irrisione obijciuntur, sunt communiter res leuiiores, quas Hispani nostri *tratos*, *o matracas* vocant, apud aulicos, collegas, scholasticos, & commilitones communis, & cum ea dicuntur, quæ non sunt magni momenti, communiter librata si iocosè fiat, & solatij gratia, & contingat, quod magno rubore suffundatur ille cui dicta sunt, non est peccatum neque formaliter derisio, imo neque materialiter data, sed accepta. Sed deinceps cum iam constiterit experientia, quod rubore operitur talis audiens, iam in rubore graui, & in materia quæ aliquam habet grauitatem, mort. erit, & sic abstinendum est à talibus iocis cum talibus personis: secus qui sic irrident, nisi desistant non sunt absoluedi, quia non omittunt animum peccandi mortaliter. Aliqua etiam dicuntur, quæ etiam si communiter non sint momenti magni: tamen respectu eius de

KKK quo

quo in ioco dicuntur, sunt graua, & est irrisio mortalis, vt si de graui nimis & religiosa persona, quod cum puella loqueretur secreto, in communibus, talis derisio esset iocosa & venial. at in magnæ opinionis viro religioso, causaret magnum ruborem. Demum ab his maximè abstinendum est, præcipuè inter viros ecclesiasticos, & maximè religiosos: nã periculum imminet erubescentiæ proximi, & sic ne se ingerant, imo ne pereant in illo, aulicis, aut militibus remittant. Doctrina est communis S. Tho. vbi supra. 2. 2. & Soto iust. & iur. lib. 5. q. 11.

De maledictionibus. §. XXIII.

RESTAT Demum iniuria verbo facta, quæ maledictio dicitur, & quamuis varias habeat significationes, quæ attinent ad propositum præfens, sunt ad summum duo. Vna improprie, vt cum quis modo imperatiuo maledicit, vt si potens dicat, seruis, eijcite eum foras, præcipitate, occidite, vulnerate, &c. quæ maledictio pertinet proprie ad transgressionem illius præcepti, quod iubetur malum illo prohibitum, vt si iubeat aliquis alium expoliari ad furtum, si alium iubeat præcipitari, ad homicidium, &c. & sic de hoc modo maledicti, non est hic sermo, sed proprie maledictum huius tractatus & quod reductiuè hoc præcepto vetatur, est verbis exprimentibus affectum, quo proximo imprecamur malum, vel culpæ, vel poenæ: nam etiam est imprecatio malo culpæ (quicquid dicat Soto vbi supra. q. 12. arti. 2.) vt cum quis dicit: O vtinam pereas, peste occumbas, vel gladio, o vtinam in hæc-

sim,

sim, vel Sodomiam incidas, pessima morte moriaris: hæc omnia talia si fiant ex intentione & proposito & desiderio quod eueniant, sunt peccata mort. maledicti. Sunt enim cõtra charitatem proximi, si autem non dicantur ex intentione quod eueniat neque comprehendant, vel ex surreptione iræ, facilis & repentinæ, est veniale, quod sæpius cõtingit, sed si dicantur patribus carnalibus, vel spiritualibus, vel prælatis, semper est mort. quia est notabilis irreuerentia, idem si dicatur magistro iuxta illud Exo. 21. Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Maledicere alicui deprecando illi aliquod malum poenæ á Deo, qui potens est illud infligere, vel à reipub. auctoritatem habente, vt maius malû poenæ vel culpæ euadat, licet deprecari & desiderare, vt corripiatur. Maledicere & benedicere semper ordinem dicunt ad creaturas rationalem, & sic si quando quis maledicit bruta aut insensibilia, vel elementa, incendat in eorû creatorem Deû, est blasphemia, etiam dæmones maledicere: si etiam malû imprecemur brutis vel terris, quatenus inseruiunt homini, tunc maledictum in hominem quem inseruiant redundat, & sic reductiuè est imprecari malum homini, qui possidet equum vel agrum: maledicere iumentis, reptilibus, in seipsis, cum incapacia sint maledictionis vanum est, actusque inordinatus, sed tantum veniale peccatum: imprecari bruco, locustæ, gelu, vel grandini, vel nubi, vt Deus destruat illa, & maledicere hoc modo illis, & deprecari, vt á Deo maledicantur, quatenus nocua fructibus, hoc sanctû & iustû est, & hoc fit etiã ab ecclesia in exorcismis, tēpestatumq; cõiurationibus

KKK 2

nibus

nibus, hoc in benedictionibus fructuum & terrarum, camporumque. Sed quod maius habet in hac parte periculum est dæmonum oblatio, quæ communiter fit, & Hispane dicitur, *Ofrezcote al diablo, lleuete, arrebatete el diablo, valgate el diablo*, quod abominandum maximè est, & Christianismum minime redolens: & hoc solû in vfu est vilibus personis, & quamuis pater Soto, semper tales maledictiones peccata dicat mor. etiam ex surreptione dicta, quia semper talia arbitratur ex sufficienti deliberatione dicta procedere, & scandalû generare audientibus: nos tamen dicimus, quod quotiens ex intentione fit impræcatio, tam respectu hominum quàm aliarum sensibilium, siue insensibilium rerum, esse mortale eas dæmoni dare: at si fiat ex consuetudine, vel sine plena deliberatione, non arbitramur mort. Sed talem consuetudinem intendant confessarij, maximè auferre, reprehendantque maximè, vt detestabilem & quæ scandalum generat audientium in animis, est enim genus inhonoris facti Deo, eius inimico noto, res siue creaturas præcipuè sanguine pretioso, suo redemptas offerre, horroremque Christianum generans; ex hisce quæ de peccatis, linguæ potuimus labore educere, docenda reliqua credimus, quæ non potuimus sub summa meta per stringere poterit confessarius educere.

Cap.

Cap. decimum tertium, de restitutione, siue satisfactione eorum quæ ex iniustitia debentur.

S.I.



OR Tremet, ossa concutiuntur, dū cogitamus aggressum huius tractatus quē in vltimam reseruauimus, vti & promissimus partem, scilicet, de restitutione, & quamuis bona fortunæ & caducissima, male habita & iniuste possessa difficile restituantur, & malint multi animas perdere, & Deum summum bonum & finem animarum amittere, quam malè ablata, vel male parta reddere. De ablato autem honore quid dicemus? nisi quod tam facile aufertur, quam facile volat irreuocabile verbum, & quanto de pretiosiori, & delicata nimis, tanto magis difficile redditur: est enim ictus & vulnus quod tarde aut raro vel fere nūquam sanatur. Ex quo maxima, Christianis præcipue hominibus, cura, diligentiaque; adhibenda esset, circa honorem proximi obseruandum. De restitutione rerum iniuste vel illicite ablatarum credimus, quod sat est diximus supra cap. 9. & 10. huius partis tertiæ, cum de septimo præcepto texeretur sermo, & sic illuc remittimus quamuis maiores lucis gratia, generaliora hic anctemus, & quæ inexcusabilia sunt tractanti. De honoris restitutione tractat sanct. Thom. 2.2. quæst. 62. & Doctores tractatibus de illa peculiaribus. Est igitur restitutio, vt nominis Ethymon vel ipso sono declarat, quasi quem, iterum in suum antiquum statû

KKK 3 face-

facere stare, vel statuere, vt patet .ff. de verborum, ac rerum significatione: estque actus commutatiuæ iustitiæ, quia auferre rem, honorem, vel ius propriû alicuius, est vitium circa commutationes, & sic cû restitutio sit contraria recompensatio, quæ vt fiat talis & eo modo quo debet, debet æqualitatem feruare rei quæ ablata est, quæ æqualis redditio, iuxta Aristotel. 5. Aethic. Per iustitiam commutatiuam fit, & quamuis satisfactio etiam sit æqualis datio, & similiter actus commutatiuæ iustitiæ, & non distributiua, in qua consideratur æqualitas & proportio meritorû ad præmium, & nõ rei ad rem. Tamen differunt restitutio & satisfactio in multis: nam licet sanct. Doct. in quarto, distinctione. 15. quæstio. 1. articulo. 1. quem sequitur Scotus. 4. distinctione. 14. q. 2. constituent pœnitentiam actum iustitiæ vindicatiuæ, quam dicunt speciem esse commutatiuæ iustitiæ, & peccatorem sui iudicem & vindicem faciant, & exequentem vindicantemq; quasi Deum, pro offensis, ieiunijs, elemosynis, &c. tamé verius & rigorosius existimamus, quod ipse sanct. Doct. Senior. 3. p. q. 85. articulo. 3. peccatorem non iudicem sui, sed reum & sui accusatorem constituit, vt iudex iniungat satisfactionem, debitam, ex commutatiua iustitia pro offensis. Vnde liquet & restitutionem, & satisfactionem, in eo conuenire, quod actus sunt commutatiuæ iustitiæ. Differunt tamé circa materiam. Primo, quia restitutio semper supponit, & est contraria ablationi rei, siue sit peccaminosa, siue siue peccato: satisfactio autem semper est contraria peccato iniuriæ illatæ, vt docet sanctus Thomas in quarto, distinctione. 15. quæstione. 1. articulo. 5. Vnde

de & restitutio datur sine satisfactione, vt cû soluo decé ei qui decé mutuatus erat mihi, & satisfactio sine restitutione, vt cum iniuriam intuli proximo satisfacio veniam cum submissione ab eo petedo, & si nihil restituam, & simul inueniuntur, vt cum suffodiens domum. 10. abstuli furto, teneor. 10. restituere, & insuper pro iniuria effractionis satisfacere, & sic in rigore solis hominibus restituimus, & non Deo. Deo autem & hominibus satisfacimus. Sed rigorosè soli Deo in quem solum peccamus, iuxta illud: Tibi soli peccaui, Psalm. 50. nam offensa hominibus facta peccatum non esset, nisi contra legem Dei authoris naturæ esset, & sic restitutio fieri potest absque amicitia, & remanente odio, siue peccato; inimico enim possum verè quod debeo restituere: satisfacere autem minimè possum (si vera satisfactio est) nisi reddendo ad veram amicitiam, ita quod restitutio sicut propriè actus iustitiæ in rigore commutatiuæ debet præcedere contritionem siue dolorem peccatorum: secus dolor non esset, neq; vera pœnitentia: satisfactio autem pœnitentiam sequitur. Vnde in loco Purgatorij cum ibi nullus sine pœnitentia ingrediatur, sic nullus sine restitutione quæ illi possibilis fuit. Vnde vulgi dånada est insuper & reprehendenda opinio, qui existimant animã in Purgatorio detineri & torqueri, quoad vsque restituant hæredes, quod debuit: hoc enim iuxta Catholicam fidem certum est, qd peccatum non dimittitur, nisi ablatû restituatur, & sic si ipse restituere cõmode potuit, & nõ fecit ante morté, in peccato mor. iniustitiæ discessit, & sic nõ erit quæréd' in Purgatorio, sed in inferno, & nihilomin'

hæredes si sciunt debitum soluere tenentur, nisi illum iei sequi volunt: si autem non potuit tempore mortis restituere, nisi hæredibus id onus relinquens, tunc ipse si non habet alia à quibus purgari egeat, cœlum intrat, & si sui nunquam soluant: secus si nūquam soluunt, homo aliàs Dei amicus, nunquã cœlum intraret. Et sic in Purgatorio sola remanet satisfactio iustitiæ diuinæ, & cum satisfactio fienda sit iudicio sacerdotis, virtute clauium illam taxantis, illa erit iusta moraliter, quam sacerdos clauem non errante statuerit. Restitutio tamen, clauibus non subest quoad æstimationem, cum semper requiratur, vt iusta sit, æqualitatem Mathematicam, neque in toto rigore Theologico quando soluo. 10. quæ debeo, mutuanti dicor restituere, quia quandiu in mora non sum soluendi mutui, peccatum neque iniustitiam non commisi, & sic soluere dicor decem non restituere.

Et depositum cum redditur, & merces ob laborem in rigore restitui dicuntur. §. II.

BENE Autem dicor restituere alicui depositum, quia suum fuerat: & mercedem laboris quam aliqua iusta causa detinueram, vt S. Tho. docet. 2. 2. q. 62. art. 2. & Soto iust. & iur. lib. 4. q. 6. artic. 2. præcepto ergo. 3. negatio non furtum facies, & negatur, & vetatur, ablatio rei alienæ: & iubetur restitutio iniustæ quomodocumque detentorum, & nequit quis culpam furti exuere, nisi furto ablata restituat pro omni suo posse, & hoc est quod voluit Augustinus. Epistola ad Macedo. relata. 14. quæstio. 6. &

& vulgarissimè tuto pro uerbio, si res aliena propter quam peccatum est reddi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur: nam si veraciter agitur, non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Ex quo colligo quod hoc præcepto negatio non furaberis, vel illo Paul. Roma. 13. Nihil inuicem debeatis, includi hoc præcepto positium actum iustitiæ commutatiuæ, neque sunt duo præcepta, sed sub vnica negatione iniustæ ablationis, & inducitur male ablatorum redditio. Neque est quod tam perperam desudet Soto vbi supra, in distinguendis præceptis, vbi vnum sufficit negatiuum includens positium: quod & voluit S. Thom. 2. 2. q. 66. artic. 3.

*Quid quando non adest facultas?
§. III.*

DICES Quid faciet sacerdos cum sibi dicitur, furatus sum à proximo decem vel centum, vel in illis proximum defraudaui, pœnitet me, sed restituere non possum? Respondeo, quod iudicium pœnitentiæ tribunalis, & si diuinum sit participatione, & quia Dei autoritate fit, est tamen humanum in medio & modo, quia ab hominibus modo humano iuxta accusationem & notitiam factum: & sic si talis pœnitens verè & pœnitet, & impotens est ad soluendum, vel restituendum, culpa illi dimittitur & absolutio sacramentalis non est deneganda, cum firmo proposito restituendi, cum primum possit, & statim atque potest & non restituit, in primam iniustitiam reddit, & in culpa furti, & iniustæ de-

KKK 5 ten-

tionis, manet auersus à Deo & eius lege, & conuersus ad illud quod detinet; & sic ex quo cognoscitur in mora sua, esse culpâ ne restituat, non est ab soluendus.

Nullus restituere tenetur ea quæ lucratus est pecunia furata, vel male & iniuste acquisita, quia iustitia solum dicit reddendum ablatum, vel iniuste acquisitum, sed tamen tenetur restituere quæ comode & iuste dominus pecuniæ acquirere posset certo moraliter: si tamen erat exponens suam pecuniam mercaturæ, & iusto lucro: nam si solitus erat in arca retinere, faterit quod realiter ablatum est restituere. Doctrina est communis.

De modo restituendi quæ per minutum ablatæ sunt. §. IIII.

DICES Quomodo restituet qui iniuste acquisit magnam molem, sed paulatim à pluribus auferendo? Respondeo, casum esse communissimum vendentibus obsonia, res comestibiles, & liquidas ut mel, oleum, acetum, vinum, &c. & vendentibus merces minutatim, & sic difficilis est restitutio. Sed primo certum est, ex iustitia debere restituere iudicio morali & boni viri, illis quos cognoscit frequentasse per certum tempus suam apothecam, vel emporium, quod vel poterit facere satisfaciendo minutatim, ut abstulit, addendo in mensura, vel pondere, vel minutatim subtrahendo de pretio, quo usque iudicio boni viri ipse reddat quod ab illis certis & cognitis amplius habet: & illi recipiant quod minus habent: de cæteris autem, vel ignoratis,

noratis, vel si cognitis, ignorata quantitate læsionis, si sit magna vel parua respectu horum, confessorius discretus doceat satisfacere, quia tunc liquido constat, quod contra iustitiam hic poenitens habet plusquam quod suum est, & ignoratur cuius sit (nam quotiens cuius est scitur, & si ditissimus sit, illi omnimoda satisfactio fienda est) tunc confessorius dispensat in pauperum elemosinas loci ubi exercuit officium venditoris, & piorum operum, præcipue illorum, quæ redundant in communem utilitatem oppidanorum qui læsi sunt, & quia aliqui læsi defuncti sunt, faciat ex aliqua parte suffragia fieri pro defunctis in bonis læsis, secundum quantitatem vniuscuiusque, quæ Deo supremo iudici nota erit. Bonus etiam & facilissimus est quod nos vti fuimus respectu cuiusdam venditoris panis ditissimi, cuius Dominus tetigerat cor, ut vnus vel duos morbedinos siue nummos remitteret de pretio (lege civili taxante) sibi iusto, ut omnes qui ea quantitate in vnoquoque pane duarum librarum fraudati fuerint, illo beneficio postea fruenter, damnum minutatim recuperarent quod & factum fuit, in magnum beneficium Reipublicæ illius, & laudem Dei, & sic vendentis. Ex hoc deducere potuerunt similia confessorij, nequeunt enim singula & sigillatim perstringi. Cætera huius materiæ dicta sunt suis locis supra cap. 10.

tertiæ partis, cum de furto ageremus.

(?)

Qui

Qui restituere teneantur? §. V.

Oportet modo sigillatim de personarum qualitatibus quoad restitutionem agamus, & primo de supremo cap. Summ. Pont. quia & si infalibiliter sit caput Ecclesiæ confirmatum in fide, ut errare non possit in docendis quæ ad fidem & mores spectant ecclesiæ fidelium: tamen non est confirmatus in iustitia & gratia ne peccare possit, & sic quicquid contra iustitiam abstulerit, restituere tenetur ex iustitia: secus damnabitur iustius quam quilibet priuatus: & sic primo restituere tenetur quicquid contra iustitiam aufertur litigantibus in suo omnium supremo tribunali, quia non ex hoc quod superiorem in terra non habet, honestabitur quod contra iustitiam factum fuerit, cum talem potestatem in ædificationem, & non in destructionem acceperit à iustissimo Deo, sed si Summus Pontifex causarum auditores, & iudices doctos, & habitos ut æquos bonosque constituit, quoad se nullus remanet timor, neque scrupuli locus, nisi audiens querelas non illos scrutari & visitari fecerit, & in illorum excessus, siue corruptiones, non animaduernerit seuerè. Tenetur Summus Pontifex necessariam, & sufficientem expeditionem tribunalium habere, ne iniuste litigantes detineantur in Curia: secus, si in hoc culpabilis extiterit, tenebitur ex iustitia restituere expensarum excessum, quem in Curia litigantes consumunt, ratione dilata iustitiæ, si ipse qui potest, & debet aduertere, & iudices à se designatos cogere, non compellit, ut finem litibus im-

imponant, tenetur & Summ. Pont. ad restitutionem omnium bonorum, quæ per simoniam, ipse, vel sui officiales vel iudices obtinuerunt: nam licet quoad se Summ. Pontif. non subdatur legibus coercentibus pœnalibus simoniam, quia nulla vi coercet iura legis tenetur humanæ, cum supra commentalem sit, iuxta bonam Theologiam: tamen quia lex iustitiæ diuina est, & quicquid contra legem iustitiæ dirigentis fit, contra Deum fit, qui est ipsa iustitia & equitas, hinc quicquid per simoniam Summ. Pontif. vendens beneficia, vel officia spiritualia, vel aliquid aliud spirituali annexum, acquirerit, tenetur reddere, quia iniuste possessum: secus damnabitur, quamuis neque ipse neque ille cui simoniace contulit beneficium vel officium spirituale, vel aliud quodcumque spirituale, non sint excommunicati, neque alijs simoniaticorum pœnis astricti, Papa quo ad se, quia superiorem quoad pœnalia non habet, & ille qui cum eo contractat, quia ex quo Summ. Pont. quoquo modo illi confert beneficium vel officium, cum illo dispensat in pœnis, iuris enim sunt positiui, non autem in culpa & obligatione ad restitutionem, quæ sunt iuris merè diuini: & sic officium vel beneficium habens, titulum habet, neque alio eget, quia conferens Pôt. Summus in hoc etiã dispensat ipso facto, quia nullitas collationis beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum, est iuris positiui. Neque restituere tenebitur Summ. Pont. quod simoniace recepit ei à quo recepit, quia ex quo ex iniquo tacito vel expresso pacto simoniæ dedit, ius amisit illius quod promisit vel dedit, sed restituet pauperibus vel pijs locis: insuper tenetur

Summ.

Sum. Pót. restituere quicquid sui officiales, vel iudices suæ curiæ iniuste vel limoniace recipiunt, p gratia vel iustitia, ipso sciēte & nō impediēte, cū sēper si sciat possit: doctrina est cōis Theologorum iuris vtriusq; peritorū, & curialiu Romanæ Curia, & certē, gratias Deo, hæc in cōi dicuntur, puisset enim De^s Spōsæ suæ tale sēper ferē, vicarios suos sanctissimos, & zelosissimos, maximēq; vindices & abominātes hāc iniustitiā, & q ferē omnes cōtra illā sanctissimas leges tulerint, sed nō oīa possūt coercere, nō enim mōstrū est Sum. Pon. vt oīa nouerit, & oīa possit, legatur quæ nris diebus Pi^o. V. & Grego. XIII. factissime, suis statutis vulgo motus pprii nūcupatis statuerūt, cōtra dātes & accipiētes p gratia vel iustitia. Tenetur & Sum. Pon. quoad suos tēporales vasallos, ad illa sub restitutione, ad quæ alij reges tēporales quoad suos, qā in talibus differētia nō est, & sic quoad hoc q de regib^{us} & alijs dñis dixerimus, de ipso dictū erit: tenetur & Sum. Pont. & ad defensionē patrimonij ecclesię Romanę possibilē, quia dos est tēporalis Spōsę Christi, & suæ & nequit illud dissipare vel alienare, nisi in vtilitatē clarā ipsi^{us} ecclesię sic fecere sanctif. Pontif. vsq; ad sanguinē & carceres, nō sinētes spōsam spoliari, sic Sixtus. II. cū beatissimo Archidiacono Hispano nostro Laurentio, cuius die sacro hæc scribimus, sic Greg. Primus Cōstantinus, Adrianus Primus, Leo Secundus, Greg. VII. & ferē omnes. Sed sunt ad eō potētes & auari, obstinatique, visi Principes seculares tyrannidem inuerecundam contra sanctissimam matrem Ecclesiam exercentes, diuina sic permittente potentia & iustitia, obsecrata sibi iudicia, vt sacris Pontificibus inuitis, & non potentibus resistere, ecclesiā bonis

nis priuauerint suis, ex quo coactus fuit (Benedictus. XII. strenuus noster Cystericiens. titulos, ad vi tanta maiora mala conferre tyrannis, vt quodammodo nomine ecclesiæ cognoscerent retinere, quæ aliās ipsa inuita sine titulo sibi rapuerant; neq; reddere illis erat animus. Idem dicimus de decimis, q cum decimæ primiciæ & oblationes, iure diuino sint ministrorum ecclesiæ, in quo fuit sita hæreditas Læuitarum in prisco populo, quamuis Principibus laicis, vt ministris ecclesiæ, quia armis illam suis tuentur contra hæreticos, & infideles inimicos, potuerunt & possunt Summ. Pontif. ex redditibus ecclesiasticis, subsidium illis ferre, vt & fecerunt ab hinc ducentis annis, cū regibus Christianis Hispaniæ, & Galliæ, & Angliæ: sed faxit Deus, ne hoc insaciabilis cupiditas aliquorum regū excitetur, vt & contigisse non tam iā legimus in historijs & annalibus, quam cernimus factis, quāuis gratias Deo, apud nostros Catholicos reges Hispaniæ ab illo gloriosę memoriæ Ferdin. V. vsq; ad Philip. II. pronepotē eius & iā senio bono confectū, hodie quæ ex redditibus ecclesiasticis illis sunt collata ad iumēta & subsidia, bonos fructus ecclesiæ pepere- runt contra Sarrazenos, Turcas, & hæreticos.

§. VII.

Quod de Sum. Pót. dixim^{us} habet certissimā veritatē quoad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios ecclesię prælatos, pportionaliter, & iux. vnius cuiusq; gradū & portionē & ecclesię partē sibi cōmissā, & sic ad restitutionē obligantur oīū bonorū & reddituū, quæ sua culpa vel negligentia amiserit eorū dignitas, vel quæ vocatur mensa, vel Episcopalia vulgo, similiter quilibet personæ eccle-

ecclesiasticus: nam primogenijs, seu vt (vulgo) maioribus secularibus, quod qui possidet perdat ali quid, vel eius negligentia perdat de maioratu, q̄ suo hæredi obuenire debet, non est actus contra iusticiam, sed vel prodigalitatē, vel contra pietatē, & sic nō tenetur restituere: sed quod maximam dubitationem ingessit est num de redditibus ecclesiasticis sit facienda restitutio, si male dētur aut cōsumantur in illicitos vsus? quæ quæstio ex alia pendet, magis in doctrina morali, & iuridica fontali.

Num ecclesiastici habeant dominia. §. VIII.

Num (scilicet) Episcopi & alij prælati & beneficiati ecclesiastici, fructuū & prouentuum ecclesiasticorum habeant verum dominium.

Nam ex hac decisione pendet, verum ad dubia responsum, quod torsit satis iuris peritos nostrę Hispanię doctos, Nauarrum, scilicet pium, & D. Franciscum Sarmiento Astoricens. primo, deinde Giensensem Episcopum, in quibus, si Theologiæ argumentatiuæ interfuisset vis, certè non ad eò cōcordia defuisset. Vnde quod summæ huius angustia patitur. Dicimus primo, quod totavis huius difficultatis consistit in intellectu cap. quoniam, fin. 16. q. 1. quæ sunt verba Hieronymi Sanctissimi ad Damaf. Papam, vbi in rei veritate non est mentio de bonis quæ obueniunt ecclesiastico cuiq; de suorum parentum vel consanguineorum hæreditate, quia talia bona sunt libera, & non peioris cōditionis quæ de bonis paternis obueniūt, vni filio ecclesiastico,

siatico, quam quæ obueniunt alijs suis fratribus secularibus, & de his agitur cap. si Episcopus. 12. q. & cap. cum dilectus. de iure patro. & cap. quia nos. de testam. & alibi in iure neque de illis bonis, quæ ecclesiasticus acquirit arte, labore, industria, studio vt quæ seruiendo honestè Principi, pingendo, vel scribendo, docendo Grammaticam, vel artes liberales, vel cathedram moderando, quia istæc habent vicè bonorū liberorū ab omni obligatione & onere, imo sunt liberiora bona, sicuti in filiofam. castrésia, vel quasi. Imo & quæ acquisiuit ecclesiasticus officio sacro, vt missas dicēdo, capellis inseruiēdo, cātādo, funeralibus assistēdo, concionando, audiēdo confessions, &c. huiusmodi: quando eleemosynaliter aliquid pro talibus actibus datur, vel ex pacto ob laborem & sustentationem; neque contrarium tenet bene intellectus Innoc. super cap. quia nos. de testamentis, & cap. quoniā ne prælati vic. quicquid velit Ioan. Maio. non audiendus in hoc: & in hac doctrina non est dubium apud aliquem nostrorum Theologorum, imo neque Nauarr. dubitat super prædictum cap. final. 6. q. 1. tractat. de reddit. eccles. Hispano sermone: de omnibus enim istis potest liberè ecclesiasticus (sicut & de suis proprijs bonis secularis) disponere absque iniustitiæ timore. Solum dubium remanet & controuersię vis est circa fructus beneficiorum aut dignitatum qui percipiuntur ratione ecclesiasticæ dignitatis, & eius titulo. De his autem dicimus aliqua. Primo, quod horum nullus ratione dignitatis obtinet verum, & rigurosum dominium, quod infra explicabimus, & hoc volunt iura cap. quod autem. 23. quæstio. 74

& cap. conuenior. ibidè, & q. 8. c. ultimo, & penultimo, & hoc ille Clemens sanctissimus Petri Apostoli discipulus, quasi ex eius ore docet, de constitutione. Apostolor. lib. 2. cap. 29. & 39. Sed quia quid intelligatur nomine dominij rigurosi non fuit pensum ab aliquibus Canonistis, excitarunt discordias in his, in quibus omnes verè sentientes necessariò conuenirent tenentur, & Soto ex hoc, vt Pius obscurissimè loquitur, timens docere fallum, de iustit. & iur. libr. 10. quæstione. 4. artic. 3. ita vt si non scripsisset ferè: est enim certissimum, decimas & oblationes (vt diximus) esse, ex iure ipso diuino institutas. Primo ad sustentationem ministrorum ecclesiæ, & per se, sicuti iure gentium (quod immediatè à naturali processit) introducta est diuisio dominiorum & rerum, vt patet toto titulo de reru diuisione, ex quo iure primario diuino, verum iuris talis dominium ecclesiastici habent, fructuum & prouentuum necessariorum ad suam condignam sustentationem: quod certè si distingueret Pius & doctus Nauarro, non negaret illo suo tractatu allegato num. 9. quæstio. 1. sicuti in rei veritate non negat, cum admittat expressè à nu. 59. quod eorū quæ ecclesiasticus beneficiatus abstulit à sua condècenti sustentatione, est verus dominus, cum possit de illis sicuti de hæreditarijs bonis ad libitum donare vel distribuere, vel perdere absque iniustitia, quæ sola ad restitutionem obligat: at respectu fructuū qui supersunt ultra condècentem sustentationem quā (quæ & equalis sit) explicabimus statim, non data fuit patrimonij Christi D. nostri ecclesiasticis talis libera potestas, sed sola plena administratio siue

oecono-

oeconomia & dispensatio, quoad pios vsus & causas, & hoc qui negaret admitteret certè istæc omnia. Primo, non prouidisse Dominum nostrum de pauperibus, quorum ab ipso habemus ad eò commendatam curam, si radices subuentionis eorum, in sola fundasset misericordia fratrum, & nullibi ex iustitia, quod esset admittere defectum maximū in rectissima & sapiētissima lege Euāgelica, & hoc nobiscum docet expressè Clemens. I. de constitut. Apost. c. 29. lib. 2. vbi ex iustitia expressè dicit Episcopum tribuere debere egentibus: docet & Hiero. loco citato ad Damasc. & etiam relatus prædicto. c. final. 16. q. 7. & August. relatus. 16. q. eadem, cap. decimæ. & noster sanct. Thom. 2. 2. quæst. 87. artic. 4. in corp. & ad primum & quartum expressissimè docet hanc distinctionem, & expressius adhuc quotlibet. 6. artic. 19. imo habetur decreta hæc doctrina, in sexta generali synodo, quæ refertur cap. Apostolicos. 12. quæstione. 2. & cap. indigne, ibi: & sanctissimus pater noster Bernardus Episto. 2. ad Canonicum quendam, & Epistola. 42. expressè hoc docet & August. serm. 37. ad fratres in eremo: & sic existimamus neminem Catholicum de hoc dubitare, nisi velit admittere iure diuino & ex institutione Iesu Christi Redemptoris nostri, luxum & superflua, fastumque indecentem, institutum ecclesiasticis, & quod de pauperibus, & humilibus, consanguineis constituent nobiles equites, & superbos, & luxuriæ seruietes, & Christi pauperes fame, & nuditate pereant, & in carceribus moriantur, & nisi mallint admittere alium Authorem, & Ecclesiæ Sponsum, & alios

Lll 2

mores,

mores, quã quos ipse suę primitiuę reliquit, & Apostoli nobis, admittere. Christus R. N. ex hisque recipiebat cum noluerit de bonis huius mundi, neque ubi caput reclinaret habere, ultra suam & suorum parcissimam sustentationem, reliqua egenis dabat, & Apostolicus ille conuentus speculum perfectionis, quid aliud docuit, ut in ipsorum actibus Lucas refert? Neque hoc maiori Catholicis suasionem eget, cum vita Basilij, Nacianceni, Niseni, Athana. Chrysostomi, Petri Alexandrini, Grego. Magni, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, Martini, Leandri, Isidori, Iulianus, & omnium plus sex mille sanctorum Episcoporum hoc docet verbo & praxi seu opere.

Quid possunt ecclesiastici? §. IX.

Addimus insuper habere ecclesiasticos ex iustitia, partis fructuum suorum beneficiorum necessariæ dominium verum ad suam honestam congruam sustentationem, in victu & vestitu, habitatione, curatione, tam sui quam suorum honesta, insuper animi recreatione, hospicio honesto, ita quod cum in hoc non sit terminus & mensura quantitativa, sed moralis, possunt Episcopi ut proprii domini, & alij Abbates, dignitates, vel beneficiati ecclesiastici, ex fructibus, vestire se & suos honestè, habere & alere bestias pro itineribus suis & suorum, & si senex est vel infirmus lecticam pro se vel carruciam absque profanitate: honestam & non superfluum domum suppellectilem, non ornatum parietum superbum, sed modestum, mensam habere frugalem (ut Concil. Triden. post Cartaginensem dicit & statuit) nõ

Prin-

principiũ tenebrarũ, Deo veter est, luxurię & quorũ & petulantię & gulę ministrã imitricẽ, sed sufficicntẽ, sanã, & regulatã. Insuper possunt hospites recipere, imo tallum est munus & officium, & illos aliquantulum lautius reficere: medicis salarium, & famulis soluere, & quasi veri domini gratitudinis causa dare quod æquum est beneficis & obsequentibus, & aliquam honestam recreationem ad animi leuamen (& si sumptus interfir aliquis) accipere, & insuper ædificare sibi honestam domum, & referuare aliquid pro litibus, & iusta defensione sui, & dignitatis, & suorum, & si prudentia dicet referuare pro anno sterili partem fructuum moraliter necessariam, hæc omnia ad se sunt certa moraliter, ut non egeant probatione, cum ut optimè deducunt Patres, sequatur ex illo Christi R. N. Dignus est enim operarius mercede sua. Lucã. 10. & Ioann. 10. & illo Paul. Timot. 5. Qui altario seruit, de altario comedat; quæ etiam Nauarr. dicto tract. & omnes qui strictiores in hac parte se ostentant admittunt: numerus autem famulorum, etiam nequit Arithmetice ecclesiasticis constitui, solum dicimus, quod sicut in cæteris, in hoc, ambitiosus & superfluum abominandus est excessus, præcipuè vitiosorum & perditæ vitæ: quorum neque vnus, sine vitio, & scâdalo in domibus Episcoporum & aliorum ecclesiasticorum retineri possit. Sed certè plures iuuenes vel pueros maximè consobrinos pro pueris, quos Hispani (ex Burgundia emedicato vocabulo) *pajes* vocamus, habere, ut discant Grammaticã, & alias honestas sciẽtias & artes, & diuinum cultum, & illos alere & vestire, & plures clericos pauperes, honestos

Lll 3 stos

stos in societate habere, est fructus ecclesiasticos rectissime expendere, est enim propriissime pauperes ex honestis parietibus ortos, aere & nutrire, & domos ecclesiasticorum vera seminaria virtutum & literarum esse tantum abest, quod in his reprehendendi veniant. Solum hucusque controversia est & quaestio de nomine, nos enim quoad omnia supra dicta ecclesiasticis verum dominium fructuum concedimus cum verum possessores titulum verum habentes à Christo D. & eius vicario, ut proprietarii eius nomine in terris eos fructus consumunt in talibus iustis & necessariis cum quo ad talia dominium transferant proprie, & illis licite fruuntur quoad supra dicta, ut veri domini quoad hæc, quod negare esset fatuitas, etiam in rigore iuris, terminis acceptis, ut liquet titulis de rerum diuisione. ff. de usu. & hab. & in hoc nulla debuisset esse discordia, non tantum inter viros iure doctissimos, sed neque inter tyrones. Neque tenetur Episcopus, vel qui libet ecclesiasticus, in omnibus supra dictis de suis bonis paternis, vel alio modo acquisitis, etiam ex labore officij sacerdotalis, vnum etiam quadrantem vel assem, expendere vel consummere, sed poterit talia integra, cui voluerit reseruata relinquere.

§. X.

Addimus secundo teneri ex iustitia Episcopos, à Summo Pontifice usque ad vltimum Parochum, quod superest, in pios usus expendere, quid nomine piorum usum intelligamus dicturi infra dixi ex iustitia, quia secus vterentur re aliena inuito principali Domino Iesu Christo, quantum est ex sua parte: patet cum ut patuit supra non leuis iniuria, & blasphemia in Reparatorem nostrum Deum & hominem

nem Christum perpetraretur & irrogaretur, si concedendo (ut necessario concedi vrgemur) ipsum auctorem decimarum & oblationum, & fructuum ecclesie, voluisse ultra dicta, non in pios usus, sed vitiosos consummi, ergo furtum quasi est & rapina, contra voluntatemque Domini (quam signi vocamus Theologi) expressam. 7. & 9. præceptis Decalogi. Et insuper, quia traditione & mille statutis ecclesie decretum est, ut hoc pacto ecclesie fructus ecclesiastici percipiant, quæ ea quæ superflua sunt, in pios usus consummant. Tenentur ergo ex iustitia, naturæ lege, pactum adimplere: secus restitutioni obnoxij erunt, & crediderint plures ecclesiasticorum ex damnatis, maxime ex hoc inuentos iudicio & statuta diuina minus habere; & in hoc & quoad ea quæ superflua sunt, concedimus ecclesiasticos omnes, & qui bona ecclesie comedunt, dispensatores & economos vocari à decretis, Scriptura, & Doctoribus: neque hoc quempiam in hoc rigore Catholicum negare posse existimo, nisi qui vellit in profanos usus patrimonium Christi consummere, non esse iniustum & malum, & contra dispositionem & voluntatem instituentis, quem neminem credimus: ecce concordia magna resultauit, solis nominibus discrepans, quæ nos ne confusionem pariat distinximus.

Quæ sunt opera piorum usum. §. XI.

Addimus tertio, pios usus, nos (imo scholam omnem Doctorum) intelligere in actus misericordie spirituales consummere, ut studium præbere pauperibus, seminaria puerorum instituere, vel illis donare, vel etiam consanguineos vel consobrinos pauperes

ad scholas mittere, concionatores religiosos alere, siue seculares, vt doceât, vel in opera misericordiæ corporalia, vt orphanas nuptui tradere, dotâdo: alere, vestire pauperes, colligere peregrinos, præcipuè religiosos viros: xenodochia siue hospitalia dotare, vel alere secundum suum posse: insuper dotare concionem pro aliquibus festis, capellas pro sacro faciendo, missarumque eleemosynam statuere, etiâ si ex suis propinquis capellanos instituat; quia cultus Dei, & religionis actus sunt, qui ibi intenduntur, & sunt pientissimi vsus; insuper ornamenta, calices, candelabra, & alia pro sacrorum cultu emere, vias limosas & periculosas, & pòtes reficere in pauperum bonum: in horum quodlibet redditus ecclesiasticos consummés piè facit, & promissum, & debitum adimplet, & soluit. Insuper captiuos redimés, adiuuans pro bello contra inimicos fidei, tēpla ædificans vel restaurâs: & dicimus insuper, posse prælatos & præbendatos ecclesiasticos reseruare, q̄ potuerint quot annis, ad hoc, cū sufficiēti summa faciendū, dūmodo nō sit alia maior necessitas vrgentius quod suū est petés, vt excessiua fames vel infirmitas, sic fecere illustrissimi nostræ Hispaniæ Primates Franciscus Ximenez Cisneros, sine simili, Petrus Gonçalus Mendocius, & Alfonso Fósca, sic Ferdinandus de Valdes Hispalensis, quorum opera & eorum fructus in terris testantur eorum statum in cœlis.

§. XII.

Poterūt igitur prælati ecclesiastici de his quæ super sunt de fructibus extra suâ condecentē sustentationē modo explicato, de reliquo alere parêtes, & omni

omni modo subuenire sibi possibili, ita vt statū nō solū pristinū conseruet, sed etiâ honoratiore, dummodo nō sit excessus in extremo, vt qui illos haberet futores vel aliquo mechanico officio vitâ trāsfigentes, faciat Principū emulatores, splendidissima domo, splendidis famulis, &c. sed bene poterit facere, vt parêtes officijs omisis, & etiâ fratres habeât ex quo honorate viuant, & sine labore manuum, cū moderato vestitu & famulatu, & similiter si sorores & consobrinas, vel fratres nuptui tradat & dotet: quia quod facere respectu extraneorum esset actus virtutis, mediatae charitatis, & immediatae misericordiæ, à fortiore cum sanguine coniunctis, quia ordo charitatis hoc poscit, iuxta illud Cantic. Ordinauit in me charitatē: neq; scrupul⁹ est quod plus dotis det Prælatus consobrinæ suæ; quā alias haberet, quia nemo recipit etiâ extraneus; qui ex receptione nō habeat amplius quam ante receptionem habebat, & quamuis nubat altiori viro quam aliàs nuberet, ex hoc quod fratrem vel auunculum habeat Episcopum, Abbatem, Decanum, vel Canonicum, vel diuitem curatū, quia ex hoc illi accrescit splendor aliquis, etiam quoad mundum: & dūmodo excessus non sit nimium extremus in iustitia non fit, iure enim quasi naturæ, crescit aliqualis respectus splendoris, in sanguine coniunctis alicuius notabilis, & dignæ honoris personæ: & sic ex hoc debetur illi iuxta gradum suum, maior dos: & hoc etiam strictissimus sicuti doctissimus Nauar. concedit, citato opusc. de redditib. eccles. p. r. nu. 66. Potest insuper quilibet prælatus ecclesiasticus, officia secularia etiam ecclesiastica, quæ suæ sunt

prouisionis, dare suis consanguineis, si ad illa sunt sufficientes, etiam si ex extraneis alij essent aliquã ro sufficientiores, præcipuè autem in his officijs quæ sunt liberæ prouisionis prælati, absque cõcur- su: quia ibi non est ratio distributiue iustitiæ: sed dummodo sufficientia adsit qua officio fiat satis, non est alter respectus, in talibus ex iustitia obser- uandus, neque si multas habeat consobrinas paupe- res, & non supersit pro alijs, scrupuli est locus: quia si tot nuptui tradens, & honestè dotans extraneas, actus esset eximiæ misericordiæ, & charitatis, qua re ex hoc quod interueniat debitum augens (vt op- timè dicit Gregorius) cui diuina eloquia non con- tradicunt, quem sanctus Thomas sequitur, & om- nes, quare ex opere iusto & sancto aliàs iniustum constituitur & malum? absit: Caueant igitur Præ- lati excessum, & maioratus prophanos pro con- sanguineis constituere, & honestam largitionem nullatenus timeant. Excessus autem notabilis, iu- dicio prudentium & Doctorum virorum erit iudi- candus: non enim possumus hic magis palpabile regulam proponere.

Ex acquisitis ex parcitate. §. XIII.

Poterunt insuper Prælati & alij ecclesiastici, omne illud quod ex condecanti alias sustentatio- ne sua subtraxerint, partius viuendo, quã sui æqua- les vel antecessores, non inordinati, ad libitum ser- uare & dare cui placuerit, & ex eo vt de omnino suo, ad arbitriũ disponere, ratio liquet secundũ om- nes, quia ex quo à Christo & ecclesiæ institutione,

&

& titulo, habet de fructibus se primum condecen- ter & congruè alere & suam familiam, si ad hoc li- citè & libere necesse erat consummi centum, & iste per parsimoniam abstrahit. 30. ergo ex eodẽ titulo & institutione libertas datur dispositionis il- lorum, cũ si libra panis datur seruo pro prandij ra- tione, quis illi negabit non posse illum dimidia cõ- tentum, alteram dimidiam pauperibus erogare? Po- terunt & supradicti ecclesiastici, suos consangui- neos, affines, & amicos, inter honoratos pauperes deputare, & vltra supra dicta, aliquid de reliquis elemosynis impertiri. Demum omnium supradi- ctorum, quæ diximus, conuersa ad liberam disposi- tionem ecclesiasticorum: remanet libera dispositio in vita & in morte, per donationẽ siue per testamẽ- tũ, quicquid (quoad hoc solũ) dicat pius & doctus Nauarr. quia omnium supradictorum verum eccle- siastico obuenit dominium: quod Nauarr. & si eni- xe neget, iure tamen non potest, cum nulla maior neque minor ratio de talibus sit quam de patrimo- nialibus, & quæ arte vel industria ecclesiasticus ac- quisit, quod & Nauarr. admittit, per multos. §. & numeros, solum hoc nomen dominiũ illi nõ sapit, neq; illud deglutire potest, cũ tñ libetèr degluciat rẽ, parũ curadũ ã nomine, vt in principio dixim⁹: in hoc tñ cũ illo libetissimè conuenimus, cõtra P. Franciscũ Sarmiento, q̄ absolute nõ concedimus, (imo neq; secundũ iura, & forte secundũ fidẽ cõce- di potest) quod fructuũ & prouentuũ ecclesiastico- rum vt tales sunt, ecclesiasticus habeat dominium nisi de supra dictis, modis expositis, quod autem de his quæ iuste in partem suam cesserunt, possit testa-

testa-

testari, & ex dictis liquet, & ex communi usu & cōsensu, sic enim quotidie fit, sic cū dicatur in omnibus tribunalibus, sic faciunt Episcopi, sic Canonici, sic curati, non distinguentes de his vel de illis bonis, neque iudices hoc petunt, sed quod scriptū remanet, in testamento vel codicillo, illud valet, & argumentum satis est validum quod ab omnibus fit, posse fieri iure in moralibus.

Quid regulares in Episcopos assumpti?
§. XIII.

DE Religiosis autem factis prælatis, possumus loqui dupliciter, aut enim sunt facti prælati, vel data est beneficij ecclesiastici administratio, siue titulus, extra suam religionem, vt factus Episcopus ex religioso, vel canonicus, vel curatus secularium, & tūc idē omnino dicendū est quoad fructuū & prouentuum dispensationem & consumptionem, atque de secularibus, excepto quod quia incapaces sunt dominij, minimē quoad aliqua bona illud habet in particulari, excepto Summ. Pont. quicquid Nauar. neget, & illū vicariū Christi æquiparet in hoc alijs Prælati, & sic nullo modo testari possunt, nisi nomine Summ. Pont. & de eius licentia: at in vita, nulla alia est differentia, neq; specialis doctrina est ponēda: & sic monachi nō solū Episcopi, sed & curati facti, quicquid ultra sustentationē congruā superfuerit, eo modo quo de cæteris dictū est consumere possunt, & Canonici regulares, & militares Calatrauz, sancti Ioannis, S. Iacobi, & Alcantaræ, & Ronchævallis, & S. Antonij, & de Mōresa, imo &

& equites Commendatores militiarum, cum veri religiosi milites sint, ad militandum pro fide destinati & professi ad militiam, modo possibili religionis, cum militia, vt testatur S. Thom. 2.2. q. 188. art. 1. sub voto religionis instituti, cadere possit, quāuis Summis Pontificibus visum fuerit dispēfare cū eis, ne profiteri teneantur votum solenniter Castitatis, nisi coniugalis tantum, sic remanserunt religiosi non ita stricti sicuti monachi vel fratres mendicantes, sed suo modo religiosi milites, cum votis solennibus obedientiæ, paupertatis quoad bona ecclesiastica, castitatis coniugalis, quod Soto vocat non in rigore religionem, lib. 7. iur. & iur. q. 5. art. 3. iuxta sanct. Thom. 2.2. q. 186. & è contrario Nauar. defudat, Apolog. lib. de reddit. eccles. monito. 56. q. 1. per totam ferè, nobis vero, etiam hæc videtur quæstio de lana caprina, quia tales sunt religiosi milites ecclesiastici quoad forum, non strictè quoad vota eo modo quo monachi vel fratres, vel Canonici regulares, & hoc optimè probat D. Michael Marañon in suo tractatu ordinum militarium, Hispana lingua, & nos ex proprio intēto tractauimus supra part. hac cap. 11.

De Beneficiatis regularibus. §. XIII.

IN Calce huius notab. aduertimus, quod quicumque ecclesiasticus qui de beneficij vel commēdæ redditibus acquisiuit, quasi subtrahendo & congrua sustentatione, non sustentando mulam. V. G. quam aliās posset, abstinendō à famulis & à pluribus cibis, & similia, quod etiam si talia consummat

scorta-

scortationibus, ludis, & similibus inhonestis, non amplius peccat in his contra iustitiam, siue contra rationem particularem iustitiæ, quam in suis patri monialibus, & sic non talia restituere tenetur, quia sibi cesserant: secus de illis quæ superfuerant congruam sustentationem, modo iam dicto.

Si autem habeat religiosus beneficium intra suâ religionem (quod erat aliud membrum propositæ distinctionis, à quo per longam digressionem elongati sumus.) Dicimus ergo de talibus, quod Abbates religionum monasticarum, Benedictini, Cistercienses, siue sancti Bernardi, siue Præmostatenses, Priores Cartusiæ, sancti Hieronymi, & similes Abbates, siue Priores Canonorum regularium, & quarumcumque communitatum habentium bona in communi, ad sui sustentationem, vt clericorum religiosorum Societatis, dictæ Iesu, & quarumcumque (vna excepta obseruantia minorum congregatione) tenentur omnes supra dicti, ex vi officij acceptati, suos subditos alere, vestire, & curare, iuxta suâ regulæ & religionis statuta approbata, ex iustitia: secus peccarent in notabili defectu, quia ex quo tales per professionem, tali religioni & cõgregationi sunt annexi, & incorporati, seruientesque iuxta vocationem suam, digni ex iustitia sunt mercede sua, & participes iure ipso quoad necessaria naturæ, iuxta instituta suâ religionis, bonorum ipsius temporalium, sicut spiritaliũ: & alteri seruites, de illo comedant. Insuper est quidã compactus in professione factus, virtualis, in quo confurgit obligatio, religionis, quoad victũ & vestitũ, sibi cõuenientia. Tenetur secũdo in cõscientia, ad res diuini

uini cultus, vt ad libros chori & altaris, ad sacras vestes cõdecetes, sacra vasa, luminaria, libros cõfessorũ, &c. Tenetur tertio, ex iustitia ad cõseruatione facultatũ monasterij, siue cõgregationis ex iustitia, & defensionẽ earũ, & recuperatione, secus ecclesię nõ esset prouisum de capite viroq; & nõ esset cõtracti ratio matrimonij spiritualis, neq; bona ecclesię siue monasterij gauderẽt priuilegio dotis spõsæ: & secus omniũ quæ amittũtur, perdũtur vel deteriorãtur, sua culpa lata vel clara, sunt obnoxij restitutioni. Tenetur insuper ad reparatione adificiorũ ecclesiæ vel monasterij & grangiarũ, officinarũ, &c. Tenetur insuper ex iustitia, ad opera pietatis, atq; ex speciali instituto (vltra generales obligationes religionũ) illa cõgregatio vel religio, vel monasteriũ, instituta sũt, quia est cõpactus obligas, ipsa naturæ lege ad sui adimpletione: vt in pfessione regulæ sanctissimi monachorũ Ducis Benedicti, ad hospitũ (qui verè tales sunt) susceptione, in quo dolemus deperisse aliquantulũ hoc debitũ officiũ apud aliquas dictæ regulæ cõgregationes, sicuti lætamur in Dño, q̄ in nostra cõgregatione obseruantia Cyster. siue S. Bernardi Hispaniæ, maximè in hoc hospitũ suscipiendorũ charitas enitet, sicut & omniũ sanctissime, sicuti & disertissime regulæ, obseruãtia. Similiter ad hoc tenetur à fortiori monasteria seu hospitia ad hoc dotata & instituta; vt Rochę vallis, & aliorũ similiũ, & quæ ad curatione infirmorũ, vt hospitalia siue xenodochia, & quæ ad redẽptione captiuorũ, vt sunt illi qui vocantur de Mercede & Trinitate. Tenetur vlti. si super sint bona post sup. dict. sustentata familia, & alijs ad sup. dict. neces-

necessarijs, ad erogationē in pauperum sustentationem primo domesticorum, & vicinorum magis, & si adhuc supersit omnium accedentium: neque miseris si vltimo loco hoc statuerimus, quia omnis supra posita distributio, ex iustitia, & ex ipso quasi cō pacto institutionum religionum, & ex professione est debita, & omnis talis est pauperum Christi sustentatio, quales dignissimi sunt religiosi & monachi, qui populi peccata deflent, & pro illorum venia orant & affligunt animas suas, & sic ad illos primo iuxta suæ paupertatis cōdecensiam, monasteria & prælati ex iustitia tenentur, in victu & vestitu, iuxta suam regulam, non enim tenentur ad quærendū pānum siue stamineum pretiosum, siue delicatum, in quo vtinam excessus absit, & moderamen regularum seruetur sanctarum: & sic aliorum pauperū, neque infirmorum cura non adest illis ex generali institutione monasteriorū, nisi supersint vberissimi fructus, & non sustentent monachorum, canonicorum, vel fratrum sibi possibilibus numerum, nisi vti diximus, ad hoc essent vltra supra dicta generalia; dotata monasteria, vt illud insigne Montis serratii, & Sanctæ Mariæ de Guadalupe, & Rochæ vallis, ad peregrinorum susceptionem, & alia habētia xenodochia, vel hospitalia dotata ad pauperes, qualia sunt multa, & cum in regula sanctissimi Benedicti hoc maximè commendetur, in monasterijs nostris Cysterciensibus Hispaniæ obseruantia omnes recipiuntur, & pauperibus elemosynæ dantur omnibus, quia in eremis & montuosis egenibusque locis sunt ædificata, vt in refugium religiosorum peregrinorum, & aliorum pauperum; neq; ex hoc quod

quod obseruantes Franciscani, in communi, præter elemosynas nihil possideant, eximiuntur eorū monasteria suo possibili modo, & Guardiani, ad supra dicta modo posito.

Quid possunt Prælati regulares distribuere? §. XV.

POSSUNT Igitur prælati supradicti religionum, ex quo patres familias sunt, & ex quo credita est sibi dispensatio bonorum, sustentare & vestire seipso, & curare se (profano & superfluo fasto excepto) melius, & de necessarijs melius prouideri, sumptus ad itinera sua necessaria vel vtilia, vel etiā aliqua ad honestam animi recreationem, & decentem comitatum, iuxta regulę quā professi sunt, & monasterij cui præsunt facultatem: possunt & aliquid ratione gratitudinis non nimis notabile, vel damnificans monasterium beneficis sibi dare de fructibus potest sibi vel subditis suis, libros & alia, vt imagines, ad bonum vsum, dummodo non sit pretium exorbitans, emere potest, dummodo supra dicta primo impleat sufficiēter, & sui monasterij onera impleat, quascumque elemosynas facere, in quibus præferre poterit suos, sanguine affinitate, vel amicitia, si pauperes suo modo sunt, & moderamine supra posito semper habito; verū est, quod in nostra Obseruantia sancti Bernardi, congregatione Hispaniæ, in quibusdā nostris satis iuridicis & cordatis municipalibus legibus, quas nos diffinitiones vocamus, moderamen in hoc statuitur Abbatibus, vt quicūque honorato pauperi vel secreto, possint

Mmm Abba-

Abbates dare onus iumēti tritici, qui sunt quatuor modij magni, Hispanie, *quattro fanegas*, vel eiusdē valorē oneris, qui hodie in Regno Hispaniæ sunt quatuor aurei ducati, vel. 44. regales argentei: & hanc eleemosynam absolutè & sine alio consilio, at cum consilio quatuor deputatorum monachorū ad Abbatis consilium, potest quancumque facere etiam mille aureorum si facultas adsit siue posse, & in illis se habere modo supra explicato: vsque ad eò hæc nostra sacra religio in eleemosynam & pauperum leuamen est affecta. Conceduntur & decem aurei in vnoquoque anno ad arbitrium cuiuscumq; Abbatis distribuendi, vltra supra dicta, quasi non aligantes os bobī trituranti. Sed quantitas pro temporibus legis factę fuit alicuius momenti, modo autem minima est. De modo autem in hoc procedēdi aliarum religionum in fructuum distributione non loquimur, esset enim in immensum procedere, seruetur in omnibus factę leges, & si mediate autoritate Apostolica: Poterunt & tales disponere ad libitum de his quę sibi alia via acquisierint, quia hoc modo acquirunt Abbates, non monasterio, sed sibi, quia in odiosis nomine monachi non venit intelligendus Abbas: monachus autem quacumque via, semper vt seruus Domino, sic suo acquirit monasterio, & sic si eleemosynas recipiat Abbas pro Missis à se dictis, contionibus, vel pro Cathedra, vel per liberam alicuius largitionem, dum prælatus est, dare potest illa cui voluerit, vel quomodocumq; expendat, non tamen contra iustitiam expendet.

Religiosi

Religiosi iter agentes dare possunt.

§. XVI.

Poterunt insuper religiosi quicumq; qui iter cū superiorum licentia faciunt, ex his quę pro expensis itineris sibi dantur à prælato, quicquid substraxerint partius cōmendo, vel quia à pluribus inuitati sunt, ad libitū in eleemosynis vel alijs iustis vsibus disponere liberè, dum absentes sunt: tum quia taliū dispositio illis interpretatiuè datur: tum, quia vt optimè probat Nauarro in sua Apolog. pro tractat. de reddit. eccles. in hoc æquiparantur religiosi alijs ecclesiasticis, quia ad hoc sufficit vsus abiq; dominio cum libera dispositione. Idem dicimus de religiosi qui constituuntur à suis prælatis seruire beneficia, quoad eotam eis assignatam pro sua sustentatione, & si in aliquibus vt in militaribus sancti Iacobi, Calatrauę, & Alcázarę nostrorum, omnes decimę vel pars decimarum sint assignatę, de illis vt de alijs beneficiatis ecclesiasticis dicendum est: & ad testandū habent priuilegia, cum licentia sui ordinis, dum modo quintā partē ordini remittant in signū paupertatis, & testamentū, vt cęterorū ecclesiasticorū debet esse ad pia opera, & non aliter, vt de illis dictum est. Sunt autē quidā prælati religionū perpetui, & ij adhuc duplicis formę: alij enim sunt cōmendatarij vt Abbas S. Isidori Legionēsis, & Prior Rauchę valis, & similes, & de his nihil noui dicendum inuenimus, ratione cōmendę, quam de proprijs & electis & religionē professis, quoad fructuū distributionē & consumptionē. Sūt & alij pprij Abbates siue prælati religionū ppertui, & tales eiusdē religionis, imo & si

Mmm 2

fieri

fieri potest eiusdem monasterij professi, aut sunt ad ministratores omnium bonorum cōuentus, siue cō munitatis, & tunc de illis sicuti de alijs religionum prælatis est arbitrādum, iuxta bonorum & fructuū distributionem & administrationem talis est Prior nostri conuentus sacri, de Calatraua, talis Prior dictorum conuentuū, sancti Iacobi de Espata dictus: talis Abbas noster Sanctæ Mariæ de Populeto Cystericiensis ordinis, Abbas monasterij de Rota in Cathalonia & Aragonia, & alij similes: quia triennalis vel perpetuus ex accidenti adueniunt obligatio ni dictæ: hoc enim non est de per se: aut est assignata pars fructuum, a Summo Pontifice, pro prælato pro sua cota, quæ solet dici Tripartita, & tunc dicimus, quod talis Abbas vel prælatus (vt sunt Abbas de Oliua, Abbas sancti Saluatoris de Leyre, & Abbas de Fitero & de Iranzo Regni Nauarre, nostri ordinis) tenetur illam tertiam partem sibi destinata eodem modo consummere, atque alij Episcopi, & beneficiati Ecclesiastici, modo inquam & moderationibus supra habitis, quia tripartitio (vt optimè Nauarro supra citata Apolog. & tracta. de reddit. eccles. ait) nō est facta in fauorem prælatorum, imo communitatum & conuentuum, ob timorem non recte dispensationis, & sic prælatus qui aliàs iure cō muni, totam massam conuentus esset dispensaturus, vt faciunt triennales tam quoad fabricam, quam quoad monachorum vel Canonorum sustentationem, quam quoad se, solum sibi tertiam partem assumat gubernandam, & distribuendam: non tamen tales liberauit à voluntatis ordine, Christi veri Domini bonorum ecclesiasticorum, idem enim factū est

est ab hinc mille ducentis annis, cum Episcopis, qui enim sustentabant Canonicos, & clerum, & hospitales erant in peregrinos, & alebāt pauperes, & edificabant ecclesias, & reficiebant: & sic totam massam dispensabant: at intrauit inuidia & suspicio, rixæ exortæ sunt, & sediciones cleri & fabricæ: & ideo sola. 4. Episcopis est relicta administranda, tamen non ideo ob diuisionem, relicti sunt cū licentia & facultate consummendi profanè illam partē, neque aliter quam prius, modo dicto supra: ergo similiter de supra dictis prælatis est affirmandum.

De elemosyna pro Missis dicendis quæ stipis siue pitantia dicitur. §. XVII.

DICES Quoad presbyteros non beneficiatos & alios clericos, est aliquid quoad restitutionē dicendum? Dico, quod isti tales si elemosynas accipiūt, vt Missas dicant, tot Missas ex iustitiæ cōpacto dicere tenentur, quot pitantias receperunt pro vnaquaq; Missa in dicecesi taxatas: secus restituere tenetur, quia quidā compactus est, quod commendās Missam dat regale argenteū pro sustentatione diurna sacerdotis, & ille se obligat pro illo tali die sacrificare: ergo iustitia interuenit, & quod Soto & alij iuniores addiderunt, quod si adeo pauper est sacerdos, vt nō possit vna pitantia sustentari pro vnoquoq; die, accipiat duas, & vnā faciat Missam pro ambobus dantibus: hoc intelligendum est cum salis grano, sicut illud Caie. quod oblata Missa pro pluribus, idē vniciq; valet, atq; si pro vnoquoq; in speciali diceretur, quod est difficilius. Moderamen igitur

tur sit, quod si idē dici duas Missas petit sibi, & ille nō dat sufficientē sustentationem pro vnoquoque duorū dierū, neq; aliūde habet sacerdos vnde comedat, satisfacit dicendo vnā Missam, dūmodo petat à Domino & intentionem dirigat, vt ille vna impetret & satisfaciat quod duabus: quia quantū se tenet ex parte eleemosynæ quā ille dedit, non est dubiū, quin dedit pro duabus taxā: quantum autem ad impetrationem vna potest impetrari quod pluribus à Deo. Solum remanet dubiū de satisfactione: certū enim sine vllō dubio est, quod pluribus actibus magis satisficit, & pluribus Missis, quā vno vel vna, sed ad hoc dicimus, quod hoc certum est, quoad extensionem, cum sint extensi magis actus satisfactorij: at, intensione, siue (vt clarius nō Theologis loquar) efficaciat offerentis, cum sacrificij valor sit infinitus qui maius vas miserit, magis hauriet de hoc abyssō & Oceano misericordiæ, & totius satisfactionis: & sic si pauper sacerdos qui aliās victum nō habet, neque honestè potest, offert illud vnum sacrificium duplici: vt ita dicam efficaciat intentione & deuotione satisfaciendi, bene tunc potest facere, & tunc respondet duplex gradus satisfactionis, tam ex parte sacrificij valoris immensi, q̄ à nostratibus Theologis dicitur opus operatum, in cruce, scilicet oblatum: quā ex parte offerentis secundarij, qui est sacerdos habens plures actus desiderij, & deuotionis & oblationis, q̄ dicitur opus operans, & hoc voluit Caie. neq; sic intellecta doctrina negaretur à Naua. & alijs, vt credo, & si hoc ex iustitia posse fieri affirmamus cogimur, quia altari seruiēs de illo comedere debet, iuxta Paul. & si cōpacta feci cū hoc virtua-

liter,

liter, à quo regale recepi argētū, q̄ pro illo vnā Missam dicā solo, etiā subintelligitur virtualiter, quod quantum in illo ei it faciet suum posse, vt sit mediū ad impetrandum & satisfaciendum pro illo, ac si p̄ illo solo offerret, sed quia eleemosyna nō sufficit victui vnus diei, cum aliud non habet munus, per cōsequens, in cōpactō est virtualis conditio, aliam pitantiam recipiendi, neque quoad hoc inuenio iniustitiam, quam certo scio inueniri si aliquid amplius acciperem quam quod sufficeret necessario victui vnus diei, nisi daretur gratis.

De sacristis. §. XVIII.

Sacristæ & alij ad hoc deputati, qui colligunt pitantias distribuendas pro sacerdotibus, vbi mos est, aliquod minutum salarium ex vnaquaque accipere poterit, ex quo enim curam & laborem impendit dignus redditur mercenarius mercede sua, sim autem aliud salarium accipit sufficiens pro alio officio, cui annexum est pitantias colligere, & diuidere nihil de illis accipere poterit.

Obligatio secularium Principum. §. XIX.

DE Potestatibus secularibus ordo deposcit, vt dicamus, Imperator, Reges, Duces, Marchiones, supremam exercentes potestatem, & superiorem in secularibus non agnoscētes, tenentur ex iustitia, ex vī electionis in qua fundatur eorū hæreditaria iurisditio, iustitiā & pacē cōseruare, reddēdo vnicuiq; qd̄ suū est, & puniēdo vitia, cohibēdo malos, bonos fouendo, administrando iustitiā, ita quod teneantur restitutioni omnium, quæ iniuste amiserint

Mmm 4

subdi-

subditi, vel quæ non recuperauerint, respectu administrationis iustitiæ defectus, qui in Principem re-
torquendus est, & similiter omnium quæ iudices re-
gum, malitia, vel ignorantia scientiæ, defrauda-
erint subditos, si utrâq; vel alteram Princeps aduer-
tit. Insuper tenetur restituere sumptus quos faciunt
subditi, ob dilatam iustitiam iniustè: hæc omnia in-
quam & scire tenetur Princeps, & inquirere, & cor-
rigere, & emendare facere, & venditionem iustitiæ
maximè punire, & restitui: secus imputabuntur Prin-
cipi. Tenentur & ex iustitia non exigere iniusta tri-
buta, & noua pedagia siue gabellas imponere. & te-
nentur ex iustitia curiam & domum non exorbitan-
tem nimis habere, ita vt fiscus in hoc depauperetur
& non supersint sumptus ad alia, sed subditi grauen-
tur. Tenentur & iusta bella facere, scilicet, pro Dei
honore, pro iusto proprio, pro libertate suorum sub-
ditorum, pro rebus suis temporalibus, pro iniurijs
iniustè illatis: secus tenebitur ex iustitia ad restitu-
tionem damnorum ex bello natorum, tam suis quàm
alijs. Tenentur & ex iustitia tueri suos, & defende-
re ab iniurijs iniustè illatis: iudices rectos provide-
re cum suis stipendijs, visitare, & perspicere an iustè
iudicent. Ecclesiam & ecclesiasticos tueri, defende-
re, & liberare.

De iudicibus. §. XX.

IUDICES Tenentur ex iustitia illam admi-
nistrare sine personarum acceptione, maleficos, &
facinorosos persequi: nam Reges & Principes cum
iudices constituent, qui sufficientes iudicio com-
muni

muni sint: cōscientias habet tutas, & securas: nā nō
tenentur per seipso ius dicere. Tenentur & ex iu-
stitia suis salarijs esse contenti, & suis à legibus sta-
tutis pecuniarijs iuribus, & non accipere munera à
litigantibus, vel de proximo litigaturis, cum in fa-
cris & profanis literis, hoc tam enixè videmus cō-
mendari & prædicari, quod etiam sapientium cor-
da excequent, & peruertant, excipimus ab hoc es-
culenta & poculenta, non magnæ quantitatis & va-
loris. Insuper non possunt recipere munera ob sen-
tentiam iniustam, & quicquid recipere, & omne
quod sua sententia defraudauerint iniustè, est resti-
tuendum. Imo & quod receperit iudex vt iustè iudi-
cet, debet restitui, quia cum iustitia vendibilis non
sit, quicquid ob illam recipitur iniustè possidetur.
Tenentur & restituere iudices, quicquid receperint
propter facilem expeditionem, quia vt diximus su-
pra (& bene Soto & Nauarro cum ferè omnibus)
ex iustitia tenentur iudices non detinere litigantes,
sed statim ius suum vnicuique tribuere, secus expen-
sas & damna restituere tenentur: ergo qui propter
hoc ad quod ex rigurosa iustitia tenetur aliquid ac-
cipit, iniustè accipit, & reddere tenetur: per conse-
quens: & hæc obligatio maximè in curijs tangit Re-
latores, & Secretarios, qui anteponunt amicorum
lites, & pauperum, & miserabilium obliuiscuntur,
quos Deus maximè commendat. Tenentur & iudi-
ces cohibere ne sui ministri aliquid recipiant à iu-
stitiam petentibus, nisi recipessent, ratione operum,
aliàs non debitorum, & quæ de se gratitudinis tem-
porariæ essent capacia opera, vt maiori cum cura
dominos recordari facere lit iū, ire hac illac, vbi

ex officio non tenentur, & sic tenentur breuius & velocius quam tenentur, & secus si tales famuli & officiales iudicum non restituant, tenentur eorū domini restituere, si rescuerint. Tenentur si iura nouerint, causam nō decidere nisi iure bene perspecto, & si iura nō nouerint & res sit alicuius momēti, cū sciente assessore equos terminos & cuiuscumq; parti dare: in rebus quæ cautelam & secretum requirunt, utriq; parti seruare. Demum ex quo iudices sunt, equa iustitiæ lance omnia librare. Tenentur & ad officialium suorū emédationem, & correctionem: secus iniquitates illorum & iniustitias de illorū manibus requiret Deus. Sunt enim iudices respectu Principum & Regum in ciuili iure, sicuti Parochi respectu Episcoporum, in interiori foro animæ, & regimine Paroetiarum, & sic illi sunt vnusquisq; in suo foro, cum quibus superiores exonerant consciētias suas, & qui manibus massam (vt dicunt) contrectant, & sic non mirum si tot onustos iudices obligationibus depingamus, cū tot supremus iudex omnium Deus, in prisca lege illa repetat, iustè iudicate: quod rectum est iudicate, iusta iudicia iudicate, & his similia innumera loca, etiam apud Prophetas, & Dauid: iuste iudicate filij hominum, & alibi: Iudicate egeno & pupillo, &c. id est, omnibus æquales vos exhibite: & Sapient. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

An peccet iudex damnando in alijs id in quo ipse peccat publice. §. XXI.

Solet à Theologis dubitari, num peccet iudex tã ecclesiasticus quam secularis nouo peccato, iudicando

cando & vindicando in alijs ea mala quæ ipsi iudices perpetrant, vt si iudex sit adulter, vel contra leges faciens, & animaduertat in adulterum alium, & in fractorem legis? Bipartiti sunt Doctores (est enim animus in hoc de restitutione tractatulo incitandis & nominandis illis tempus non terere) quidam negant, quidam vero affirmant, sed plures cum sancto Thom. & nos cum eodem distinguimus: aut enim iudicis peccatum est occultum, aut publicū, & non solum intelligo famosum vel notorium, sed à pluribus scitum: tunc enim nouum scandali peccatum mortale est, si iudex in alio corrigat & damnet, in quo ipse damnandus esset & in culpa est: & hanc doctrinam & responsionem expressè scriptura sacra comprobat Psalm. 49. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam & proiecisti sermones meos retrorsum, quæ Ambro. & August. & alij Patres de iudicibus & communitatum rectoribus intelligunt: & Paul. Romanor. 2. In quo enim iudicio alium iudicas, te ipsum condemnas, eadē enim agis quæ iudicas: & sic mortalit. tales peccant, inhonorantes officium iudicis, quod representat Deū à quo est omnis potestas. Et insuper, quia quantum est de se, magis ipse qui vindex esse debet, ad imittandum & peccandum allicit, quam retrahit. Si autem peccatum eius sit secretum, tunc nō esset nouū mortale, neque circumstantia mutans speciem, cum Caieta. & Syluestro, verbo, correctio. §. 16. existimo, neque notabilissimè peccatum aggrauans, & si aliquanto aggrauet, & sic nō necessario confitendā, & si bene satis vtiliter reliqua quæ ad iudices spectāt
satis

satis dicta existimamus supra capit. 12. huius tertiæ partis.

Aduocatorum obligationes. §. XXII.

Aduocati tenentur ex iustitia ad sufficientem scientiam & considerationem cognitionemq; causam quas defendunt, vt optimè Bartol. sup. l. i. ff. de postul. quicquid perperam glossa illius legis, cõtra communem omnium dicat: & tenetur aduocatus ad omnia damna, quæ ex eius ignorantia euenerint in causa suorum clientum, quorum causas tuetur. Et insuper tenentur ex iustitia ex quo stipendia accipiunt, vel aliquid pretio estimabile, vel saltem gratiam & amicitiam: veritatẽ facti prius intelligere, & cognoscere quid secundum ius saltem dubiè rationabiliter competat illi factõ, & si cognoscat aut fundatè nimium dubitet de iustitia, litem agentem doceat, se causam vel omnino iniustam, vel saltem nimis dubiam sequi: & si iniustitia clara sit, aduocans pro illo tenetur ad omnia damna & expensas secutas, & illi & parti oppositæ: si autem iustitia sit nimis dubia, dum partis sui clientis iustitiæ magnum damnum & dubium exposuerit illi, poterit tunc si ille persistat, causam tueri quo vsq; iustitia cuius sit appareat certius, quia tunc omnino deferri debet. Sũtq; quidã aduocati, per cautelas & deceptiones procedentes, & illas cõsulentem, quæ consilia cõtra iustitiã sunt, & sic cautelis illicitis vtetes, & a fortiori cõsulentes cõtra iustitiã procedũt, & restitutioni sunt obnoxij: licet autẽ vt i cautelis licitis, quales sunt cellatio diligentiarũ ab vna parte factarũ, quia vno tantum casu, iuridici, scilicet modi procedendi, sub iuramento vel censuris, quis tenetur veritatem

tem contra se etiam propallare, non autem in alijs. Suntque licita alia cautelosa cõsilia, non responde di nunc, vel non presentandi hoc vel illud instrumentum: bene tamen illud, vel illud, & similia quæ ciuiles sunt defensiones aliarum cautelarum. Omnes aduocati qui causarum patrocinium recipiunt, quarum cognitio studium speciale iuris exigit, si causam non studio curant cognoscere, tenentur & ad restitutionem salarij recepti pro causæ patrocinio: & insuper, damnatum sua causa secutorum suę parti: aduertant hoc iuris periti, non semel atque iterum: nam causa consilians, in moralibus efficiens est damni secuti: sed in litibus consiliantes Causidici, totales sunt ferè semper causæ. Doctrina est sancti Thom. 2. 2. q. 71.

Neque licitum est, imo contra iustitiã cõmutatiuam, quod in aliquibus illorum prospeximus, & vidimus, quod & doluimus & dolemus, qui visis & perspectis causis ad consilium suum delatis, factõ quæ & iure cognitis, dicunt parti, iustitiã non habemus: tamen si placet, faciam aduersum, ad tales angustias deuenire, vt concordiam tecum faciat, & si nõ totum, dimidium, vel tres partes, vel saltem vnã accipias: hoc enim est contra iustitiã: & aduocatus hanc cautelam causans, est obnoxius restitutioni, & ille qui recipit. Similiter, quia vis quædam est per cautelas, & si pars restituat, quod sic per coactã concordiam recepit, aduocatus solum tenebitur ad restitutionem salarij, & expensarum, quas aduersa pars iniuste consumpsit. Neque potest aduocatus postquam ostendit parti suę iniustitiã suæ præteritæ, causę (etiam ad illius instatiã illam tueri) vt quia:

quia iam esset iniustam causam sequi defendere, & esse mali & iniuste cooperatorem, imo præcipuū operans, quale diximus esse consiliarius in similibus.

Omnes aduocati qui excommunicati causas tuentur, tenentur ex iustitia restituere expensas quas à litigantibus acceperint, quia illis sunt ipso facto quo excommunicationem incurrunt, recipiendis incapaces, pro pretio & mercede operis sibi à matre ecclesia vetiti, vt patet. 1. quæstio. 1. cap. 1. & cap. excommunicatus. extra de hæret. 1. & cap. nemo, vel in foro. de pœnit. distinct. 1. & habetur iure civili relatum & sancitum. l. nemo. C. de postula. & eadem. l. nemo. C. de Episcop. imo iudex scripta corū excommunicatorum admittens, vel consilia & tuitionem causæ, mortaliter peccaret, grauiter, iuxta supra dicta iura, præcipue dicto cap. nemo, vel in foro. & cap. excommunicatos. 2. q. 3. Secus autem si tueantur causam propriam suam, quia tunc possent quia nemini prohibita est defensio propria, quæ est iuris naturalis.

Aduocatio an licita clerico. §. XXIII.

AN Autem Episcopus, Canonicus, monachus vel clericus in sacris, possint aduocare, & stipendia pro aduocatione accipere? Dicimus supra dictos omnes, iure canonico esse prohibitos aduocare, causasq; defendere, præcipue coram iudice seculari, & pro causis ciuilibus & criminalibus secularis iudicij: tamen potest Episcopus pro sua, & dignitatis suæ, & ecclesiæ suæ, quæ sponsa eius est, & suorum familiarium clericorum causa aduocare, causamque de-

defendere, sed per interpositam personam, ob decetiam dignitatis, vt dicit Summa Pisana, & Panormitanus: monachus, & regularis Canonicus: possunt etiã in rigore iuris, ex iussione Abbatis aut superioris, in defensione sui monasterij, vel cuiuscumq; sui ordinis, & personarum eius, etiã familiarium & benefactorū ordinis, & hoc extendunt aliqui iuris periti, quod causas iustas possint defendere ob quæstū, vt pauperi ex illo subueniant monasterio; quod & nos credimus, lege. 11. q. 1. cap. te quidem. d. 88. Prælati. & cap. Episcopus. 14. q. 5. & 21. q. 3. totam legē cap. 1. de postul. & cap. ex parte, ibidem, quoad monachos. Idē dicimus de alijs clericis in sacris constitutis, quod iure nequeūt causas defendere, tamē cū licentia Sum. Pont. conditoris iuriū, possunt quascūq; id est, tã ecclesiasticas quã ciuiles causas defendere. Innoc. super. c. cū. L. & A. de re iudi. & Nauar. ibid. nã ecclesiasticas causas & pro personis ecclesiasticis, & corã ecclesiastico iudice, cū sola Episcopi dispensatione possunt: sed q̄ magis ad præsens attinet institutū, omnes suprascripti si sine licetia, vel cū illa ob causarū defensionē, stipēdia accipiāt iusta, nō tenētur illa restituere, quia leges aliquid vetātes ob honestatē, pretiū illarū nō reddūt iniustū, & sic inhonestū est sacerdoti & vetitū folijs seu aleis lude rentamē nō iniustū, q̄ cartis à potēte perdere lucratur, similiter inhonestum est clerico cauponem, aut tabernarium esse, non tamen iniustum est neq; restituendum, quod vino suo, vel obsonijs accipit: nemo enim honestē vel inhonestē, militat stipēdijs suis. Doctrina est communis.

Nequit

*Nequit aduocare index in conscien-
tia. §. XXIII.*

IVDEX nequit esse aduocatus alterius partis, secus tenebitur ex iustitia pro damno illato parti alteræ. 4. q. 4. cap. 1. & 2. Insuper restituere tenetur quicquid acceperit pro aduocatione. Insuper nullus potest aduocare pro duobus contrarijs partibus litigantibus, etiam in nimis dubia causa, pro vtraque parte leges & textus habente apparenter, & quicquid acceperit ab vtraque restituere tenetur, quia iniuste vtrumque accipit, ex quo pro iniusto opere accipit, & dicitur preuaricator. Aduocatus qui per sententiam competentis iudicis priuatus est officio postulationis siue aduocationis, si ob crimen lese maiestatis diuine vel humane, vel ob Sodomiam, vel quia locauit seipsum ad pugnandum cum bestijs, que erat infamis bestialitas antiquitus, vel ob aliam causam inducentem infamiam, nequit aduocare, & iniuste recipit stipendium, cum sit illo priuatus per sententiam, & restituere tenetur. Doctrina est communis super. §. tria. 3. q. 7. c. infames. & ff. de postula. l. 1. & penult. At vero si ob causam non infamiam inferentem, tantum intelligitur priuatio quoad territorium iudicis priuantis, & non extra, & sic alibi poterit, & stipendia auferre sibi. Tenetur & aduocatus causam pauperis impotentis, qui alias suum ius amittet, accipere, gratisque patrocinari, & hoc sub mort. quando necessitas est prope extrema, vel extrema. Doctrina est S. Thom. 2. 2. q. 81. & Host. & videtur expressa. 11. q. 3. pauper. & 23. q. 3. ostendit: & cap. sequenti. & est Syluest. verbo, aduo-

*De aduo-
catis.*

aduocatus. §. 11. & hoc maxime aduertant confessarij aduocatis: nam in oppidis & ciuitatibus maioribus curijsque, tenentur Principes & iudices in conscientia providere de patrocinio cause pauperum, quas causas adeo commendatas receperunt a Deo, toties in Veteri Lege, & noua gratia, sed vocamus extremam necessitatem vel quasi, eam, in qua adeo est probabilis iustitia, & titulus pauperis ad rem, seu hereditatem, quod cum mediocri defensione, de obtentione iustitie non dubitatur, & cognoscitur quod facultas deest totaliter, vel ferè deest: tunc extrema currit necessitas amittendæ rei vel hereditatis, & currit dilectionis & elemosynæ præceptum, iuxta illud simile cap. Pasce. 86. dist. Et si sunt plures aduocati, vnus bene potest subuenire sine alio: attamè si iustitiã ob defectum defensionis & facultatis amittit nullus aduocatus illius ciuitatis siue oppidi, qui id sciuit, excusatur a morte. Idem omnino dicimus de medicis respectu pauperum infirmorum, per omnia a simili. Sed dolendum maxime est, quod nemo ferè est, qui hoc audiat, neque audiens quasi credat, nõ secus, ac si hoc figmentum esset, & doctrina pro voluntate posita: aduertant si iam voluerint aduocati, qui optimi esse solent intellectus: iterum dico aduertant per Christi Iesu viscera. Inquires, licet pascisci aduocatum cum cliente suo sic: Dabis mihi pro postulatione vel defensione. 10. è centum? vel centum è mille eorum quæ per sententiam eduxerimus, vel aliam similem cotam? Respondeo, non licere, sed esse pactum contra iustitiam, quia cum cota pars sit eius, quod per litigium quæritur, est aduocatum facere proprium litigantem, & occasio datur illi proxi-

Nnn ma,

ma, vt per fas nefasq; ne amittat stipendij cotam, vi
 ctoriam procuret. Doctrina est cõmunis omniũ iu-
 risperitorũ, priscorũ, & Neothericorum, supra. l. si
 quis aduocatorũ. C. de postul. & l. litẽ. C. de procu-
 rat. & 3. q. 7. infames. §. tria. vt suis proprijs auctori-
 bus eos communicamus: bene tamen licet pacisci,
 Dabo tibi. 10. pro aduocatione & defenfa huius cau-
 sæ, vel adfit victoria, vel vincamur: potest tamẽ ad-
 dere cliens: Dabo tibi alia decem pro palmario, si vi-
 cerimus: & tunc non est dubium, quicquid aliqui
 iurisperitorum & Theologorum reclamant, quin
 valeat promissio: quia dum etiam si vincatur, mer-
 ces aduocato assignata est, occasio aufertur, supe-
 rioris incommodi, & præmiũ victoriæ quasi actua-
 rium est accidentale, neque iudicio nostro, imo &
 Syluest. verbo, aduocatus. §. 12. non licebit aduoca-
 to sumere patrociniũ causæ prædij, sub pacto qd
 dominium eius remaneat clienti, & aduocato vsuf-
 fructus, etiam sub solutione pensionis, siue Canonis
 emphyteotici: vel sub pacto, quod prædium fructi-
 ficet pro aduocato decem, aut quinq; annis, aut vno
 anno: quia militat omnino eadem ratio, & datur su-
 pra posita á iuris Doctoribus occasio iniustitiæ: &
 si scimus hoc communissimẽ fieri, & cum nostre re-
 ligionis monasterijs factũ, hoc magis dolemus. Pos-
 sunt autem aduocati recipere post finitam litem, si-
 ne victoria, & á fortiori cum illa, quicquid cliẽtes
 liberaliter illis voluerint (vltra compactus salariũ)
 dare etiam totum prædium, vel vsufructum eius
 ad mille annos, nos enim liberalitatem non damna-
 mus, sed iniqua & iniusta & simulata pacta: lege S.
 Antonin. 3. par. tit. 6. cap. 2. §. 4.

Nota-

Notarij siue scribæ. §. XXV.

Tabelliones autem, siue scribæ, vel notarij, cũ
 personæ sint officium publicũ habentes scribendi
 instrumenta fidem facientia in iudicio, iuxta l. ge-
 neral. C. de tabel. scrib. & cap. quoniam contra. de
 probat. possunt quoad totum orbem effici á Papa,
 quoad omnia, licet legibus nostræ Hispaniæ, veten-
 tur notarij Apostolici in causis secularibus scribere,
 & certẽ crediderim hoc introductum & permis-
 sum, non contra authoritatem Summi Pontific. sed
 quia aliqui eius authoritate abutentes, inhabiles eli-
 gunt forensibusque causis insufficientes. Potest &
 Imperator, & Reges possunt, similiter & Principes
 superiorem non habentes, & liberẽ Respub. tabel-
 liones instituere. Potest & Episcopus quoad suam
 diocesim pro causis ecclesiasticis tabellionem fidẽ
 facientẽ facere, imo eodẽ modo omnes alij prælati
 iurisdictionẽ quasi Episcopale habentes, ad causas
 speciales sui fori: Abbates insuper, Generales, siue
 Prouinciales religionũ, quoad sui officij negotia,
 quæ fidẽ faciẽt, iuxta Panor. supra cap. cũ Papa de fi-
 de instru. & Innoc. ibid. & Bart. supra. l. infamẽ. ff.
 de publicis iud. Omnes igitur tales tenẽtur ex iusti-
 tiæ, scire officium instrumentorum faciendorum: se-
 cus eo ipso quod instrumẽta sint defectuosa in alicu-
 ius damnum, ob impericiam vel malitiam tabellio-
 nis, siue scribæ tenentur ad restitutionem damni, &
 omnium expensarum. Ex quo enim causam damni
 dat, qui ad hoc feruus reipubl. est constitutus, dam-
 num & voluisse & causasse dicitur, iuxta iuris regu-
 lam. leg. illicitas. de officio Præsidis. & regula non

Nnn 2

est

est sine culpa. de regul. iur. libr. 6. Idem si prece vel precio aliquid contra fidem instrumenti veram faciant. Sunt enim omnia quæ ad veritatem attinent, substantialia in instrumentis. Sunt etiam tabelliones secretorum & authenticarum scripturarum custodes ex iustitia, & sic scribentes aliquid, in quo secretum requiratur, si illud euulgent mortalit. peccant, & tenentur ex iustitia pro damnis secutis alicui, in rebus, persona, vel honore. Insuper si originalis scriptura, siue instrumentum eius socordia vel negligetia (quæ lata dicitur à iurisperitis) perdatur tenentur ex iustitia pro omni damno partis vel partium. Tenentur & ex iustitia dare partibus, vel illis quos negotium tægit, transumptum scripturæ quæ eorum vtilitati congruit, & si negligit dare tempore congruenti & necessario, pro suæ iustitiæ ostensione, tenetur ad restitutionem damnorum secutorum, etiam totius denegatæ iustitiæ ob illum defectum. Non potest tabellio, siue quilibet notarius, productos testes, in præsentia partium litigantium examinare, quia expressa & propria datur causa, celandæ veritatis, vel augendi in eo quod sciunt, vel minuendi. Tabelliones dicentes parti alicui quid testificantur testes, & quomodo deponunt, causam proximam & occasionem præbent offendendi mortaliter, vt solertior reddatur pars litigans, ad persuadendos alios testes, ad false testificandû: & si ex eius detectione damnum sequatur, est directa iniustitia & restitutioni damnorum obnoxia. Tenentur & tabelliones ad fidem omnimodam in transcribendo, ita quod si defectu diligentia necessariæ, aut malitiæ, aliquid transcribatur falsum, quod non damni

ficer

ficer partes: tamen sit alicuius momenti, peccet mortalit. cum sit contra fidem reipub. cuius in conuentis & pactionibus est custos & quasi fideiussor: si autem ledat falsitas parti, restitutioni est obligatus, & si parui refert falsitas, solû est veniale: maximè tamè scribentibus siue tabelliones aduertere tenentur, in testium productorum examine, vt quos viderint vel errore deceptos, vel malicia deprauatos, primos docere, secundos breuiter monere, & incapaces & stultos non admittere tenentur. Tenentur demum scribentibus siue tabelliones ad restitutionem omnium, quæ acceperint pro suo labore vel scriptis, ultra quod præscripto Principis siue reipub. illis est designatum, Hispanis (nomine ab Arabibus mutuato) dicitur *Aranzel*, & licet quicquid amplius exigunt restituere tenentur, quia ultra iustum ciuile, quod est iustum in indiuisibili consistens, vtpote à reipub. signatum accipientes sunt: insuper illis sunt assignata iusta & satis sufficientia pro itineribus, neque possunt iuste vbi exigunt salariam suorum scriptorum, occupationis aliud salariam petere, sed restituere tenentur. Vbi enim tabellio scribit (quæ eius est natia & propria occupatio) vt quid distinguit magis quam Metaphisice occupationem, ab occupatione. Si enim mei causa occuparetur ne scriberet, & ex scripto suam mercedem lucraretur, posset à me exigere occupationem, sed cum scribit & scripto opimum salariam exigunt, quid ultra iuste petit? Unde colligimus quod Rex siue Regius Senatus, qui reipub. repræsentant, posse autoritate à Deo recepta, moderari horum tabellionum scripta, & labores in scribendo, cum nemo suis stipendijs militet: tamen quod ultra stipendium scripturæ, & iustitiam

Nnn 3

neris

neris occupationem, quibusdam scribis siue tabel-
lionibus assignentur pro vnoquoque die ducenti,
aut trecenti maruedini, est mera iniustitia, & resti-
tutioni obnoxia, cum de rebus reorum assignatur,
quia non est ex quo iustificetur tale salarium, siue
stipendium, cum ea quæ scribuntur ei, iuxta leges
Regias vel reipub. soluuntur.

Commissionis iudices siue perquisitores. §. XXVI.

Similiter hic obiter (quia alibi non inuenimus
locum) ignorantibus, an plorare magis quam monere
liceat, de quadam reipub. tinea, commodique popu-
li Carie, pesteque iustitiæ, quosdã dico iudices quos
nostri commissionis, siue perquisitores vocant, quo-
rum diutinam famẽ sicuti scitiæ arenarum sitim,
totius mundi pecuniæ faciare non valët, scio enim
Reges nostræ Hispaniæ Catholicissimos, & quem
nunc sortita est Philippum, omnium quos memo-
ria refert iustitiæ obseruantissimum, hoc genus pe-
stis cauisse, & extinguere studuisse sæpius, scio, &
non minus quam experientia eius supremi consilij
siue Senatus consultores, siue iudices grauissimos,
integerrimos, tum peritia legum, & Senatus con-
sultorum: tum vel maximè prudentia, animiq; per-
picacia illustres (abest adulatio à verbis) in talibus
non consentire, imò quoties de tali pernitie certio-
res facti sunt, seuerissimè in talibus iudices animad-
uertunt commissionis, & omnium curiarum regia-
rum iudices, quos nos Auditores, & alios pro crimi-
nalibus causis, *alcaldes* vocamus, sūt iuris peritiæ flos,
tutamè iustitiæ, & si in aliquo ab illa deflectunt, se-
ueris-

uerissimè emendantur; fatemur hos omnes simili-
bus furtis, imò prædationibus & rapinis non solum
nò consentire, sed maximè dissentire. Ré enim hanc
cum illorum pluribus tractauimus & defleuimus.
Quæ enim iustitiæ vel umbra, quæ in homicidio quod
vnus casu vel ira, vel etiã insidiosè perpetravit, quæ
& ministri iustitiæ, etiam pedanei punire cum assel-
sore possent, secus occurreretur ad regem: mittatur
iudex famelicus & sitibundus, non solum pecunia-
rum, quæ eius (quoad illud) commissionis scopus sunt
& fines, vel famæ & nominis, ob quam, nullam non
mouet crudelitate, & eum qui homicidam vidit,
qui eum in itinere obuiã habuit cusa accidente, cum
homicidam ignoraret, eum (quod magis mouet ad
lacrymosum risum) qui iuxta Redemptoris Iesu do-
ctrinã Euangelicã, calicẽ aquæ dedit, carceribus tru-
dãt, bonis spoliët, imò & pœnas corporales & cõtra
honore infligãt? Quid vero dicere possumus, quas
multas & pœnas excogitant cõtra eum, qui hospicio
eum vel vt Christianus, iuxta legem Euangeli-
cam & Charitatis, vel vt communis caupo, siue
hospicij Patronus, & eum qui vt sanguine iunctus,
recipit vt fratrem, & si fortè cimba sua quis illud pro
mercede (vt alios) siumetraiecit: si eius equum aut mu-
lã ferro calceauit quis, istec vestigiũ iustitiæ habet?
vel odore minimũ absit talis iustitia a Christianis,
cũ apud Paganos Ethnicos maxima iniustitia repu-
tetur, qui culpã comisit, pœnã secũdũ legẽ pro tali
positã meretur: cũ mutuo respõdeãt, & correlatiua
sint culpa, & meritũ pœnæ siue debitũ, iuxta Philo-
sophiã tacitè naturalẽ & moralẽ, effectus causã suã
respicit, & si est effectus peccaminosus, rigurosiã fec-

tus dicetur) qui igitur non fuit causa defectus, vel mali effectus quare poena mulctabitur? non solú au-
tem causam intelligimus efficientem præcipuã, sed
& consiliantem, & adiuuanté, quid ergo efficit ad
homicidiú, quod (post vel ante ipsum perpetratum)
supra posita cū homicida fecerit quis, nõ in homici-
diú ordinando? quæ lex vel hominú ferissimorum
vetuit sub poena, conferre in aliqué cõmunia bene-
ficia? qui nõ sit á repub. iam proscriptus, & vt pesti-
ferus, dánatus, & eiectus? Pudet talia referre, sed ma-
gis pudere deberet, quod quotidie videatur passim.
Conectútq; innocétum turbam præcipuè diuitú,
hunc quia vidit solé illo die, illum quia surrexit à
lecto, alterum quia ibat in vineam; & postea repre-
hendentibus respondent: Vnde educam stipendiú
meum, & salaria mea? & huius turbæ latronum? Cer-
tè hæc non est responsio, quia omnia illa iniuste au-
fert, & restituere tenetur in conscientia: secus dam-
nabitur æterno, adeat Regem & Senatú, à quo per
deceptionem falsarum summariarum informatio-
num, & importunitatem partis (cuius finis non est
bonum iustitiæ, sed propria vindicta gladio Regis)
missus est, & ipsi soluent de regio fisco: audiui enim
à Senatoribus non semel, & certè credo illos solutu-
ros: sunt enim graues & incorrupti, sūt & Christia-
nissimi, sicuti Reges, ad quorum consiliam deputa-
ti sunt & selecti, & sciunt in conscientia & iustitia
talia nõ posse auferri, vt quid ob quæstum vnus iu-
dicis iniqui, volent ipsi damnari? Sed delicta reman-
nēt impunita, & si puniuntur magis crudeliter quã
iuste pauperes expoliati, innocentes damnati sunt.
Hęc dixerimus, quia clamat Hispania, clamat &
obliga-

obligatio nostra, clamat & multorum conscien-
tia.

Lógus digressi sumus, cū de tabellionibus esset
sermo, ad iudices commissiõnis transiliendo, sed nõ
mirum, cum sicuti vulpes & lupo sint (vt adágium
nostræ Hispaniæ habet.) Iniuste sinet tabellio vel se-
cretarius, officiales suos, aliquid auferre vel exige-
re á litigantibus, vltra legalia salaria dominorum,
quia secretarij & tabelliones, si officiales ad suauio-
rem expeditionem, & ob sui laboris leuamen, vo-
lunt habere, illis prouideant, & illos sustentent de
suo, non tamen tristium litigantium bonis, scio il-
los raro exigere voce, sed bene opere & ferè sem-
per, si enim oculos eorum lumen argenteum, vel
melius æreum non illustret, cęcutiunt, & libellum
causæ tuæ per menses non inueniunt, si autem splē-
dor talium illuminet, in iectu oculi quod petis inue-
niet, & hic modus exigendi iniustus est nimis, & q̄
sic receptum est, restitui debet, sine vllõ dubio: pos-
sunt tamen tales officiales & famuli vice gratitudi-
nis, aliquid recipere ex liberali donatione. Possunt
& iuste, & petere, & accipere recompensam ob ali-
quam specialem diligentiam, quam in alicuius ob-
sequium posuerunt, vt quod duobus diebus facere
deberent, secundum moralem computationem, si
faciant vel quærant vno die, quia iam tunc illa spe-
cialis diligentia pretio æstimabilis est, & non ri-
uose debita, & sic vltra legalem cotã: potest secreta-
rius vel tabellio, si litigans petit dari sibi transum-
ptum vno die, quod tribus erat transcribendo dif-
ficile, cum noctem duxerit in somnem, & ab alijs si-
bi concessis, & forte vtilibus operibus cessauerit,

exigere & accipere aliquid, & supra illud pacisci, quia facit id, ad quod non lege tenetur, & laborat excessiue ob commodum alterius: ista autem pretium habent distinctum.

Vt vltimam autem manum imponamus huic periculosa materiae & molestae tabellionum (vt moris est nobis) quoad ecclesiasticos, aliquid vbi occasio offertur dicamus. Tabellio si ordines sacros recipiat nequit officio tabellionis fugi, & minus monachus per solennem professionem effectus, si fuerat institutus à Principe seculari, neque si ab ecclesiastico, poterit scribere in negotijs secularibus, vt habetur cap. sicut te. extra ne clerici vel mona. quia derogaret suae dignitati, cum tabellio ciuilibus & secularibus, sit quid vile, cum seruus sit reipub. vt habetur cap. 2. de vsur. in. 6. & ff. de adopt. l. non enim. & insuper, quia est seculare officium, & secularia tractans, à quibus abstinere debent ecclesiastici, cap. i. ne clerici vel monachi. tamen si instrumenta conficiant, etiam secularia fidem facient, & non tenebuntur restituere pretia quae pro illis acceperint, si legalia sunt, & quia & si iniustum sit, cum contra obedientiam iuris, decentiam sui status. tamen pretium possunt recipere, quia supposito labore pretio estimabili, iuste accipiunt. Idem dicimus iuxta Hostiæ. & Innoc. quoad negotia ecclesiastica non debere, si iubeantur à seculari Principe, vel sint ab ipso instituti, bene tamè si à suo prelato. Et sic licet clericum vel regulare esse Apostolicum notarium. Imo auctoritate Apostolica habet religio Dominicanorum, quod possit Generalis notarios creare, quo nos fungimur priuilegio monachi S. Bernardi.

Pro-

Procuratores. §. XXVII.

DE Procuratoribus negotiorum, idem dicimus proportionaliter quod de aduocatis dictum est, ad eadem enim omnino tenentur in causis quae aliorum nomine tuentur, atque facerent in suis, quia ideo salarium datur eis, & ex pacto & naturae iure ad hoc tenentur. De testibus ordo petit, vt dicamus. Ultra supra dicta, incumbit enim illis aliquando restitutio, non solum ratione falsi testimonij, sed & alijs obligationibus, tenetur igitur testis ex iustitia ferre testimonium (non tamen se ingerendo in iudicio, quia tunc repelli deberet) quotiens scit honorem, vitam, aut res proximi, in proximo periculo esse, vt perdantur, defectu cognitionis, siue probationis veritatis, iuxta Psalm. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris, &c. Sed quia si se offerat iudici vt testis, debet repelli à testificando, iuxta Barto. supra legem quae omnia. ff. de procurator. & iuxta argumentum. l. vxori. §. i. ff. de fals. & cap. qualiter. de electione. quia praesumitur suspectus, vel corruptus, tamen debet tunc in conscientia dicere parti, vel procuratori partis cui deficit probatio, producite me in teste in hac causa, quia ego scio veritatem, neque promittet, nisi tantum in communi offerre se dicturum veritatem, non tamen in speciali se dicturum hoc, vel hoc: secus si ob defectum probationis & testium, aliquid supradictorum, quae iuste alias proximus petit, vel iniuste ab eo petuntur, amittat, erit in culpa qui testificari possit, cum in tali casu, & debeat & possit. In causa tamen sanguinis, sacerdotes & religiosi nequeunt compelli.

compelli etiam à prælato, nisi à solo Sum. Pontific. qui nõ est subiectus iuri canonico, quoad vim coercitiuam: & sic si sciunt veritatem, dicere & testificari tenentur, vt saluent in causa sanguinis innocentem: non tamẽ vt dānent nocentem: exceptis causis fidei, seruato iuris ordine, de quo supra octauũ præceptum: doctrina est S. Tho. 2. 2. q. 70. & Archid. 2. p. tit. 1. cap. 18. Dices quid si quis alium accusauit, & cum non habeat sufficientem probationem, talioni condemnabitur? Respondeo, secundum S. Tho. & Canonistas, & si iuuare illum possim meo testimonio, vt talionem non portet, quia verum scio, iuste me possum cællare, & non testificari contra accusatum, quia iste talis, se imprudenter ingessit, vel quod certius est, etiam iniuste & malitiose, ad accusandum suum proximum, sibi viderit: si autem ille me producat in testem poterit, & tenebitur iudex, si superior sit, cogere vt dicam, secus nõ teneor. Teneatur omnis qui scit aliquid cõtra vitã aut honorẽ proximi, fieri iniuste, etiam si secreto receperit (cũ sit extra confessionem) testificari de illo, quia secretum iuris est naturalis, sed non cum pugnat contra ipsam naturam, pugnat autem cũ naturæ lege, quotiens proximo vita auferretur, vel honor, vel patitur iacturã magnã, si secretum seruetur: de quo & modo eius, supra latius cap. 12. de. 8. præcepto. id est, quod solum illud propalare teneor, quo futurum damnum vitetur, & nõ personæ damnificare volẽtis, si id sufficiat, & hoc in maximis damnis reipub. vel particulariũ: vbi autẽ nõ sequitur damnuũ tertij, neq; est vis iustitiæ obligans, tũc secretũ teneor seruare naturale, neq; cõtra hoc vinculum, aliquis

iudex

iudex vel superior, me obligare poterit, etiam iuramento vel censuris, vt latius vbi supra. Doctrina est S. Thom. vbi supra, & Syluest. verbo, testis. §. 8. & cõmunis: & si iurauit aliquis se non testificaturum supra rem quam scit, est temerarium iuramentum, & peccauit mortalit. & in causis & casibus obligatorijs, tenebitur testificari ex iustitia, ac si non iurasset.

Testis qui malitiose aut ignorantia culpabili taceat verum, vel dicit testificando falsum, tenetur ad omnia damna quæ secuta fuere dānato omnino, neque absolendus est nisi restituat, hoc certissimum est, & habetur expressum. 17. q. 4. c. si quis in attrio. & 14. q. 5. non sane, neque ferendę sunt limitationes impertinentes Canonistarum quorundã, si bene fuerit examinatus, vel male, quia ex quo quis iuste super causa interrogatur, tenetur simpliciter, id quod quoad illam scit, dicere. Similiter tenetur testis ex iustitia restituere quidquid accepit pro testimonio ferendo, falso, vel etiam vero: sed differẽtia est, quod recepta pro vero dicendo, secundum comunẽ doctrinam, restitui debent ei à quo accepta sunt, quia non amisit ius, ex quo non dedit pro falso, pro quo quod datur & accipitur, debet restitui, vel parti dānicatę ex falso testimonio, quia iniuste tali iniqua mercede læsa fuit, vel si non adsit restitui debet pauperibus, vel pijs locis, nunquam tamen iniuste danti. Primum autem reddi danti debere dicimus, quia solum ex parte recipientis est turpe lucrum, & habetur expresse. 14. q. 5. non sane. Poterit tamen testis expensas itineris, & lucrum cessans, siue damnum emergens, ob absentiam quam fecit, abiens ad testifican-

ficandum longius, à producente recipere sine scrupulo, vt dicit dicta glossa super cap. statú. de rescrip. in. 6. & habetur. 4. q. 3. cap. venturis.

Sed quod hic maximam semper ingessit difficultatem illud fuit celebre, sicut antiquum dubiū: quomodo falsus testis restituet, quod eius falso vel iniusto testimonio innocens aut amittet, aut amisit vitæ, honoris, aut temporalium bonorum, vt enim suo loco tetigimus, non in hoc est concursus sententia apud Theologos & Canonistas: nam cum interposita sit quædã vera & acuta moralis doctrina, quã magnificat Nauarr. & id fecerat prius Caic. imo & omnis morū Philosophia: ordo iustitiæ non poscit in casu vlllo vel euentu, quod pro re minoris pretij, siue inferioris ordinis, reddã re maioris pretij, vel ordinis, cū ergo minoris ordinis sint & valoris res familiares, quã honor, cū præstet nomẽ bonū quam diuitiã multã, & vita honorẽ excedat ordine & pretio, cū sit ipsum esse viuentium: hinc colligunt, q̃ qui vi vel dolo, abstulit re familiarẽ, nõ teneatur illã restituere, honore suo, vel cū honoris detrimẽto: similiter qui honorem abstulit, cum iactura rerum domesticarum, & etiam proprij honoris restituere tenetur, non tamẽ cū iactura aut periculo vitæ, quæ maioris est valoris, ordinis, & pretij: hæc doctrina simpliciter sumpta, & respectu eiusdem, verissima est: quia sic habet ordo à Deo & natura institutus: tamen quod attinet ad præsens propositum, non est vera in diuersis, quia & si idem homo sui respectu, si ordinate procedat, debeat exponere res suas pro honore, & honorem pro vita: attamẽ iustitia exterior, furẽ abigeum, vel prædonem occidit pro furtis re-

rum

rum domesticarum, & iustè satis, & non dicitur iniustè pœnam infligere in re maioris ordinis & pretij, & sic quis pro defensione sui pallij impune, imo & iustè inuasorẽ occidere potest, cum moderamine inculpatẽ tutelẽ, ecce vita iniustè inuadentis & furantis, & honor minoris habetur quã pecunia, vel pallium, vel bos: & sic dicimus intrepidè, q̃ re ablata bene potest quis restituere via secreta, sine iactura honoris, neq; vitæ, siue per confessorem, siue per tertiuẽ alterũ, siue demũ alia via secreta, & sic nõ potest imaginari casus in quo sit necessario cū iactura famẽ vel vitæ restituendũ: at si daretur per impossibile talis necessitas, & his à quo res ablata esset pateret miseriam & necessitatẽ, obligaremus talẽ iniustè possidẽtẽ, ad restitutionẽ, etiã cū famẽ iactura, & hoc nõ mirũ, quia iniustitiã fecit, & quod suum nõ est iniustè retinet, & sic ad talia remanet obligatus. Sed casus sunt Metaphisici, & imaginarij, & sic de illis non curandum. De teste autem, de quõ nobis sermo modo est specialis, qui falsum testimoniũ dixit sub iuramento, vel censuris in iudicio. Respondemus, quod tenetur eodem modo quo honorem abstulit restituere, scilicet, iuridice, in ratificatione dicendo contrariũ, vel si alius locus non sit adire iudicẽ & spõtane cõfessionẽ facere sub iuramento, vel sine illo dicẽdo se mẽtitũ cõtra innocẽtẽ: patiatur vita & honor tẽporalis, & nõ amittatur vita ẽterna: & cõfessari? sec? nõ absoluet testẽ falsũ, quia ipse si muldãnabitur in ẽternũ, & sic nõ miramur q̃ Pius Soto sic se dicerpat, & sic quasi se dilaniare vellit, videns, quod debilissimo fundamẽto, & vt visum est labili, contrarium aliqui affirmare gesti erunt. Sed

de-

demonstratio probabimus argumento adhuc, qui honorem abstulit iniuste, illum restituere tenetur, secus condemnabitur, ut concedant omnes Catholici, nisi impie, & contra bonos mores affirmare aliquid vellent: at testis qui in iudicio falsum dixit contra honorem fratris alio modo, nisi in eodem iudicio contrarium dicendo, & cantando palinodiam non restituit, cum alia via fidem non faciat, neque dānum iniuste factum reparat, quia non tenetur imo, neque debet iudex, ut talis, alia via, nisi iuridica credere, ergo damnabitur, dum potest testis, si id nō facit, cum non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, & si imminet periculum in honore, imo & vitæ, melius est, imo absolute bonum, quod qui voluntarie voluit amittere honorem, & iuste amittat, (quia qui iniuste abstulit alienum indirecte voluit amittere suum, casu posito) quam quod innocēs, & nollens amittat iniuste, & vitam similiter: secus iustius existimarent contrarie opinantes, puniri innocentem in honore & vita, quam nocentem restituere, quod abstulit amittendo suum, vel vitam, & si hoc durum videtur, durius est pati & damnari innocentem: vidimus enim magnum Ducem, & Dinastrā nostrā Hispaniæ de infamissimo crimine damnatū per duos falsos testes, & vnus confessus vltro in iudicio fuit suam falsitatem, & tallionē passus est mortis ignis, alius aufugit, & fuga falsitatem confessus, innocentisque Principis honori & vitæ, sic prouisum fuit, laudabiliter satis, & bonis consulentibus Theologis, cum qui se per confessionem tradidit morti laudabili, & hoc oculis proprijs prospexim⁹.

Tenetur demum testis restituere damna quæ fecit,

ex

ex hoc quod illud quod sub dubio scit, deponat certitudinaliter, vel quod certo scit, in fauorem iustitiæ partis alterius si deponat dubie.

Seruietes ad quid teneantur. §. XXIX.

Famuli & seruietes alijs, tenentur restituere quicquid ultra salariū suum, cibum conuenientē & sufficientem, etiam ad dandam elemosynam de bonis dominorum acceperint. Poterunt tamen de illo quod illis assignatur ad quotidianum victum, siue portionem, dummodo ex illo ipsi se sustentent, & non ex alijs bonis domini sui, dare quod voluerit, vel superfluerit ex parcitate. De famulis autē honoratis dominorum magnorum Principum, & Dinastarum, iam supra septimum præceptum diximus, Maiordomum, & Palatii magistrum, equorum Præpositum, & Secretarium, non ita arcte iudicandos esse quoad comestibilia, ut ibi diximus, ex interpretatiua licentia.

Obligaciones agriculturalum. §. XXX.

Agricultor tenentur restituere quicquid iniuste defraudauerint, quāuis sit status securior, & in quo rarè se offerunt iniustitiæ occasiones: sed prima in illis est, quoad decimas soluendas, si integrè id faciunt, si extrahunt sementem à decimatione, quæ quædam satis Metaphisica est calculatio, & iustam non existimamus, in reliquis consuetudines locorū seruentur. Est etiam fraus quando frumentum, aut hordeum quod vendere intendunt non sinunt satis

Ooo

purgari

purgari à paleis, & lolio, & alijs, quia isthęc defraudant emptores & maximè famis tempore. Mercenarij autem laboratores, tenètur ex iustitia denarij diurni, ministerium suum fossionis, vel putationis, vel messionis bene peragere, & laborare quod cõmode possunt: secus si male faciant, & damnosè, tenètur restituere damna, & si parum tenètur restituere cotam diurni denarij.

Eleemosynæ petitores. §. XXXI.

Pauperes qui ostiatim petunt, possunt recipere eleemosynas pro victu, & vestitu, si tamè alia via non possint sibi acquirere, secus restitutioni obnoxij sunt, omniũ quę receperint, patet, quia ius quotalia acquirunt, est extremè vel prope extremè necessitatis: at qui sibi viribus, arte, vel officio victũ potest parare longissimè ab extrema necessitate distat. Omitto alias rationes & causas, quas Soto in suo libello de causa pauperũ educit largius, hęc autem restitutio veris pauperibus fienda est: qui autem se fingunt infirmos & mæcos, genus perniciosum est hominum, & exitiale fraudis figmentũ, de talibus non opus est vt dicamus quòd restituere tenentur omnia quę hac fraude duplici acceperint, & graui insuper sunt digni supplicio, videant iudices.

Maior difficultas est de mulieribus, prostitutis, seu meretricibus: & primo de quibusdam minus publicis quamuis magis damnosis, quas nostri Hispani *Cantoneras* vocant, vellem equidem nimis, ne obligatio ad tam obscœna cogeret, præcipuè meæ vocationis hominem, & specialiter Cystericiensis insti-

instituti, siue castissimi & mundissimi candidique Bernardi: scit omnipotens, quod inuiti vocamur. Sũt igitur quę & deflentes sanguinis guttas dicimus, & in prostibulo adolescentuli positi effœminati, non iam publicè gratias Deo, ob metum Pontificũ & Catholicorum Regum, in Italiæ compitis, ob libidinosum contra naturã quæstum, quod adeo horrens est & nefandum, vt nollimus immorari pœnam, quicquid ob id receperint tenentur restituere sine dubio recipientes, quia quæstus est iniustus duplici ex capite, & quia ex malo opere, & quia naturæ repugnanti, sed non restituentur danti qui iustè ius amisit, sed pijs operibus. De honoratis (vt sic abusiue loquamur) mulieribus amassatis, dicimus, quod lectis Theologorum monumentis, & iuris peritorum placitis, educimus hanc regulam, quod multa sunt opera iniusta contra legem Dei, in iustitia generaliter dicta, qualia sunt opera peccaminosa contra quodcumque mandatorum Decalogi, & iniustitia est Deum non amare, festa non custodire, & in materia restitutionis hęc iustitia non est aspicienda, sed est alia iustitia vna ex quatuor Cardinalibus virtutibus, qua quod suum est vnicique tribuitur, & huius actus est restitutio, quæ præsupponit iniustitiã, & sic multa sunt quæ sunt iniusta primo modo, quibus nõ repugnat, vt iustè, vel saltim nõ iniustè exigant aliquid, iustitia peculiari virtute: quam Theologiam moralem, si considerasset attentius pius & doctus Nauarr. non credere possumus, nisi quod nõ adeo stricte in hoc processisset, & sic incunctanter dicimus, quòd inhonestũ opus & labor turpis, succubèdi imòonestis

fœminis, ex earum parte, esse pretio æstimabile, & posse tollere, quod ex conuentione, pacto, vel communi vsu, fuerit datum, & inhonestè concubentem teneri ex iustitia speciali illud soluere, quia mulier quæ soluta est, potestatem habet corporis sui, etiam ad iniustum vsu contra Deum, & eius legē, & pretio potest se subijcere alterius potestati hominis quoad turpem actum, & si recipiat, aut pretium restituere tenentur, aut subijci, & quod hæc Theologia vera sit, liquet, cum fundata sit hæc iustitia, & ius hoc exigendi pretium in pacto naturali, tacito, vel expresso: vnde Iudæ Patriarchæ filij Iacob, satis iusti, adiuuat exemplum, quod cum nulum suã habitu scorti in bibio repertam, & cum illa congregi impudicè volens, pactum super pretio admisit, scilicet hædum de capris, & pignus dedit, & compactu per seruum vt debitum misit, & cum seruus se illam vt hædum pretium fornicationis acciperet, non inuenisse renuntiaret: respondit Patriarcha: Habeat sibi certè mendacij arguere nos non poterit, id est, iniustitiæ, contra quam mendacium est in conuentionibus, imo non iudicat supremus & rectissimus Iudex Deus, quod mulieres meretrices recipiant dona vel pretia ab amatoribus suis, sed arguit luxuriæ spiritualis excessum in populo suo quod pretium impudens illa republica dederit, contra consuetudinem, suis amatoribus viris. Ezech. 16. vnde intrepidè iterum dicimus non teneri restituere: & hæc cõmunis est, & si nunquam sic specialiter tractata: sed aliqua moderamina adijcienda sunt. Primum est, ex parte mulieris, quæ si coniugata est, nihil omnino potest accipere ob turpe adulterium, cum non suo

patet

patet: quia illa non habet potestatem sui corporis sed vir, ergo vendit quod suum non est: iniustitiam igitur committit in pretio exigendo pro re aliena; ultra adulterij peccatū. Similiter monialis & Deo sacrata Virgo, ob spirituale matrimonium, & quæcumque virgo obitupri actum primum nihil equum exigere potest ex pretio vel pacto, quia fœminæ sigillum parentum est, & loco parentum succedentium, & sic illis fit iniuria. Possunt autem omnes tales recipere a potente dare, quicquid liberaliter dare libuerit. Demum concubina quæ amassiu suum scit deinctu funibus inhonesti amoris, quæ hoc medio vitur ad petendum siue extorquendu ab eo quicquid desiderat, tenetur illud restituere, quia vis quædam est, & fraus violenta, cum illum sui non compotem, cæcitate inhonesti amoris cogat, & illum deprædetur fraudibus amatorijs, nunc iram fingendo, nunc quod illam non amet obiectando, sic Dalila illa fortissimum Sansonem iniuste decipit. Sed quæ non his fraudibus siue incatationibus (vt sic dicam) sed simpliciter vel communiter proponens impetrauit ab amico potestatem habente rei quæ datur, non est iniustitia, imo iustus stultitiæ effectus, & sic ad restitutionem nõ obligamus: huc autè casum frater Ludouic. Lopez doctè in suo cõficientiæ Instructorio decisit. Neque dubium ingerat, quomodo iustam mercedem turpis actus & iniusti (naturalis tamen) admittamus, quia bene stat cum supra posito fundamento, quod aliquis actus peccatum sit: contra legem Dei, secundum eius formale (vt Theologi nostri dicunt) cuius actus materiale, premium siue pretium habeat iustum, vt qui

Ooo 3

cibos

cibos vetitos vendit diei ieiunij, occasione præbès ieiunij, & obseruantie fractionis mortalit. peccauit, non tamen iniuste ciborum pretium exegit. Similiter, qui fabricauit mihi pugionem, vel siccam ad occidendum, peccauit cooperans homicidio, tamè absque in iustitia pretium exiget, imo ex eo quod Deus opt. max. prima omnium causa in qua uiuimus mouemur & sumus, concausat nobiscum actione qua occidimus, percutimus, vel fornicamur, ex naturali quasi compacto iustitiæ, iuxta illud, Esai. 43. Seruire me fecistis in iniquitatibus uestris, attamen defectus a lege rationis sius priuatio rectitudinis à nobis solis est: quia in illo non sumus efficientes formalitatis peccati, sed deficientes, vi nos latius supra Sanct. Thom. 12. quæstion. 71. diximus, solum hic quod summæ conscientie permittunt limites, ostendere fuit animus, quod non addat nouam in iustitiam supra peccatum actus turpis, pretium exigere laboris, pretio de se æstima-bilis.

*Quid de mercede meretricis restituat
ne? §. XXXII.*

Demum dubitabis num saltim restituere teneatur meretrix pretium quod accepit ab his quidonare non possunt, vt sunt Ecclesiæ fructus comedentes quod absit Episcopis, & alijs præbendis Ecclesiasticis, Monachis, filijs familias, & seruis? Respondemus, quod publicas meretrices quæ uiles sunt, & communi permissione, expositæ sunt omni introeunti, & vbi nullus proprio habitu in-

gre-

greditur, non obligaremus ad hos minutos scrupulos, præcipue cum pretium uille sit, & illas nemo obliget ad interrogandum ingredientes, ad illas, sint ne Ecclesiastici, sint ne filij familias, illud enim existimamus ridiculum, præcipue quod pretium quod talibus datur, tale est, quod à filio familias, & à seruo haberi potest, sine damno Patris, & Domini notabili vnde ille Franciscanus interpres cruciate satis stricte, & sine fundamento morali (vt in multis) in hoc procedit, obligans meretrices ad Bullam compositionis casu. 13. numer. 64. Bullæ cõpos. Sed in alijs quæ sunt occulte dicimus, quod tales tenentur restituere, quidquid exorbitans receperint, illud uocamus exorbitans, quoad uiuentes ex Ecclesiasticis prouentibus: quod tollit illorum congruam sustentationem, & debitam elemosynam pauperum, & solutionem debitorum: nam mathematicè quantitas hic assignari non potest, sed bonus, & discretus confessorius bene calculabit exorbitantiam, quis enim non exorbitantem dicet & iudicabit, illius non clerici (nisi tantum in habitu) sed profanissimi, & perditissimi, qui mulieri perditæ vestem dedit, quingentorum aureorum, & exorbitans in tali datum, etiam habentis quinq; millia ducatorum annui prouentus, iudicaremus si vni mulieri simul daret centum aureos. De religiosis dicimus, quod absit, quod dum iter faciunt cum licentia, quod mulier quæ receperit ex his quæ supersunt ei de congrua sustentatione itineris, restituere non tenetur, quia vt diximus, supra, cum Nauarro sufficit tali usus distributio tradita, vt ad libitum talia

distribuatur, absque iniustitia noua, vltra peccatum quod perpetratur: si mulier recipiat ab exilente in monasterio sub prælato, iniuste recipit, & per consequens monasterio restituere tenetur, quia qui in bonum vsum dare non potest absque alterius facultate, minus poterit ad malum vsum. A filiofamilias & seruo mulier recipere poterit pro sensuali amore quod credit esse de bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, & de his quæ seruo ab hero conceduntur sibi de labore vel industria. Lenones, Hispanæ *Rufianes*, tenentur restituere quicquid à perditis mulieribus recipiunt, comedunt enim mercedes turpitudinis, neque est aliqua ratio debiti, nisi mera iniustitia, & sic hoc exiciale genus hominum, maximis supplicijs à Republica arcentur: sed ad restitutionem omnium quæ receperunt tenentur. Qui domum locat vt lupanar sit, non tenetur restituere, quicquid Nauarro satis in hoc (fortè secutus Medinam Complut.) restrictè loquatur pretium locationis, quia Respublica tenetur dare illis diuersorium ex bono regimine: & non peccant rectores hoc faciendo, quia solum est permissio, ergo qui cogi posset, & vltra hoc in quo illum de peccati nota liberare intendimus, iam diximus quod & si contra Deum esset locare, non tamen contra iustitiam locationis merite, pretium iustum exigere: quia restitutio actus est commutatiuæ iustitiæ. Hæc de varijs hominum statibus dicta, vltra ea quæ suis locis iam necessitate cogente, dicta sunt, quod attinet ad rerum restitutionem.

Resti-

Restitutio honoris difficilis, sed necessaria.
ria. §. XX XIII.

I A M Iusta promissum de famæ siue honoris restitutione, agere locus & occasio petunt: est enim fama & honor bonum hominis, omnibus alijs fortunæ bonis præstans, & diuitias omnes superans pretio & ordine: iuxta Arist. doctrinam. 5. Ethic. Dicimus igitur primo, quod cuiusque, suus proprius est honor, & propria fama secundum suum statum, ita vt auferre illa iniustitia sit maior, quam auferre facultates omnes, & sic iustitia commutatiua dicitur restituendum honorem per contumeliam ablatum, & famam per detractionem denigratam: & hæc doctrina est certa in Catholica fide, vt pote ad bonos mores spectans: legatur sanct. Thom. 2. 2. q. 62. Iustitia autem solum præcipit restitutionem honoris, vel famæ iniuste ablatorum, si tamen iuste nequaquam: quia tunc detraçtio non erit, sed iusta sententia, & non erit detraçtio crimen occultum fratris, quando secreta admonitio non profuit, coram duobus vel tribus ad fraternam correctionem propalare, neque cum imminet notabile iniustum damnum tertijs, qui tunc ei reuelare possunt, vt se custodiat, vel amico, qui prodesse possit, vel in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel magni mali reipub. tunc enim non solum non est detraçtionis malum, sed ad reuelationem ex Charitate vel ex iustitia teneor, sed in his solis casibus & non alijs secreta pandere possunt iuste, etiam si ex reuelatione melius multo prouideretur alicui vel peccanti, vel alteri. Neque propter quodcumque, etiam excellentissimum supererogationis bonum quid-

quicquid perperam dicat Cordoua libello suo de detractioe. q. 2. confion. 4. neque eo quod melius prouideretur Reipublicæ, quia fama quæ quis possidet, nequit spoliari, neque medium est amissa, vt melius Respublica prouideatur, vt bene Caieta. supra sanctum Thom. 2. 2. quæstio. 33. articul. 8. Vnde qui occultum & si aliquibus paucis notum crimine fratris detegit, extra iudicium, & detrahit, iniustitiã que committit, nisi in casibus supra exceptatis, & ad damnorum restitutionem tenetur.

Itaque duplex detractio est, & verum peccatum proximi propalans iniuste, & falsum proferens graue, contra honorem & famam proximi: de hoc secundo certum apud omnes est, quod sic infamans falsè, eadem via restituere tenetur, dicens de plano, his quibus dixerat Petrum furatum esse rem quam piam: mentitus sum, quia nunquam tale fecit, & hoc dico ob exonerationem cõscientiæ meæ, hoc non dubium, & si coram decem dixit, vel dum illos congregatos inuenerit, vel singulos qui viui sunt, & superstites adeat, & si aliqui absunt longius, illis scribat, idem & modo eodem, atque præsentibus dixit verbo: sed hæc obligatio cessat, quando (ei qui falsum crimine de alio dixit) & cognouit certè, quod illi nullus audientium credidit, quia omnes statim acclamarunt ob probitatem cognitam & probatã viri, de quo dicebatur, & quia eodem pretio illum nihilominus æstimarunt & honorarunt, quia & si tunc falsus detractor quantum de se fuit, famã peccando perniciosè mort. auferre nisus est, tamen in re nihil abstulit, & sic neque restituere tenetur, nisi aliquis vel aliqui, qui audierunt crediderit, vel du-

bitat

bitat, vel titubaberit, vel quid sinistre crediderit de eo quem infamauit, quia tunc etiam sub dubio dicere debet se mentitum. Insuper quando is de quo falsum quis dixit, suo viuendi modo honesto, vel alijs medijs famam recuperauit, non solũ quod sit vir bonus modo, & virtutis: sed quod falso de quo infatus fuit, fuerit spoliatus: tunc cum ille quod suum erat & iniuste ablatum recuperauerit, quia abstulit & si mortaliter peccauit, iam non est quod restituat.

Causa remota infamiæ non est consideranda. §. XX XIII.

Insuper aduertendum maximè est, quod qui solum causa remota fuit detractiois, non tenetur restituere famam, quia in moralibus in materia iniuriæ solum causæ proximæ veniunt considerandæ, & si quis iocosè vt moris erat illi, latronem aliquem vocauit, & ille de quo dictum fuit, audiens à narrantibus ita extremè se indicat vulneratum, & talem furorem ostendit quod in suspicionem cecidit quoad audientes: ipse sua indiscretionem se reum fecit & infamauit, & non ille qui iocando remota causa fuit. Exemplum practicum adducit Nauarr. in Summa cap. 18. numero. 48. huic per simile, de quadam moniali, sed doctrina est verissima, & ex hoc simili plura deducere poteris. Demum qui alium instigauit, proximam uè causam dedit, vt detraheret, signis, nutibus, promissis vel gratificationis spe: opere secuto, causa reputandus est amissæ famæ: & ad eius restitutionem, obligatus est,

est sicuti ipse qui eius intuitu detraxit: doctrina est Adria. Medinæ F. Bartho. in sua summula, Cordub. vbi supr. q. 4. confio. 3. frat. Ludouic. Lopez. c. 272. & omnium feré.

*Quando detractio est verorum criminum mala & iniuste
detractorum. §. XXXV.*

Quod maiorem in hac materia ingessit difficultatem, est de restitutione famæ ablatæ per iniustam detectionem verorum criminum proximi, quia hic infamiam aspiciamus secutam famæq; fratris quam possidebat male ablatam: ergo liquet obligatio ad restitutionem, sed qua via fiet absque mendacio nõ comparet, cum enim infamans veritatem narrarim licet iniuste secretum propalando, quomodo nunc restituam famam, nisi veritatem negans? Post illum senem magnum sanctum Thom. 2. 2. quæstion. 62. articulo secundo, ad secundum, mille modos excogitarunt satisfaciendi, tam antiquiores, quam recetiores, & omnes quod alij dixerunt ante ipsos refutant & iuste, & quod illi dicunt, vel idem est, vel dignius refutatione: in hoc ab omnibus infudatur, vt inueniant verba, quibus læsam famam restituat, quia abstulit iniuste, & ita neget, quod dixerat verum crimen, vt mendacium non dicat. Nos autem omnibus modis bene libratis, & perpensis, æquiuocationibus: inuenimus demum, quod quando de plano restituens non dicit: Dixi Petrum esse furatum, vel fornicatam Ioannam, mentitus sum: sed per ambages quasdam circumloquitur, certe

certe homines mediocris discursus, vel etiam tardos, magis cõfirmat in primo dicto, quia intelligit, quod confessore vel conicientia cogente, illud dicit, sed cum non planè dicit se mentium, factū affirmat verè quod primo dixit: & sic neque quod ex Hostiensi affert Nauarro, neque quod Bartho. Medina affert vt nouum supra dictum à Soto, aliquid habet noui, cum hanc contestationem non fugiat, vt bene aduertit Caieta. Sum. verbo, restitutio. & sic ad vetera reuerti libet, & cum S. Thom. & antiquis dicere, quod in tali casu tutius est, vt qui iniuste verum crimen propalauit fratris, vt illum, & corā audientibus, quando præsens adfuerit, honore (quod tandè petebat impius Saul à Samuele pio) & in absentia bene de illo loquatur, & significet sibi pœnituisse, quod cum ira contra illum locutus læserit, & tribuat culpam cholerae accensæ, quæ hominè sui iuris non sinit esse, sed fecerit malè loquès absq; cõsideratione, & his similia quæ non contestentur dictum in speciali verum esse, à quo maximè fugiat, Sed semper dicat non esse audienda quæ quis ira quasi ebrius dicit, & si adhuc hæc profutura non sperat se nocitura, illa etiam omitat, & in reliquis damno reali ob infamiam satisfaciatur modo sibi possibili.

Si quis falsum crimen de aliquo dixit homini sic loquaci, & quod mala quæ audit non magis retinet quam cribrum aquam, & statim totam ciuitatè replet infamia. Dicimus, quod si ideo dixit tali loquaci, vt præconem excusaret (vt dici solet prouerbio Hispano, *ahorro lo que auia de dar al pregonero*) vel quando dixit illi falsum crimen fratris cognouit hoc futurum: primo modo, infamia publica & iniu-

sta proximi fuit, ab illo volita formaliter. Secundo vero modo, virtualiter, & sic tenetur non solum illo loquaci cui dixit satisfacere, dicendo se fuisse meritum, sed suadere, vt sicut fuit medium vt falsum illud mendacium publicum fieret in fratris damnum sit etiam diffundens quod sciuerit ab eo qui origo fuit infamiæ, quod fuit falsum testimonium, & ad hoc ille tenetur, & tunc qua via dilatatum fuit venenum, diffundetur & anthidotum satisfactionis, & si ille præco mali nolluerit esse & boni, tenetur ipse qui author falsi fuit satisfacere in publico corâ omnibus qui de illo tractauerint, & dicere, se scire quod est falsum testimonium & mendacium, & si sic non crediderint, dicere tenetur: Ego dixi hoc Petro loquaci de Ioanne, sed falsè dixi, & hoc difficilè videtur, non mirum, quia nil facilius verbo detractorio, neque difficilior restitutione famæ: & si Petrus Ioannem infamauit falso, & postea Ioannes alapa percussit Petrum, arundine, vel fuste, non est ad alterutrum recompenratio facta, quia vnus læsit in fama, alius in honore. Sunt autem res diuersi ordinis, sed famam Petrus restituet, & Ioannes pro honore satisfaciet, nisi vterq; remittat vnus famam, alter honorem, cuius vterque dominus est, si priuata persona est, quicquid Caietanus vellit vbi supra, verbo, restitutio.

Neque Petrus infamatus à Ioanne, potest per se ipsum satisfactionem sumere de Ioanne in infamando, imo remanet vnusquisque obligatus ad restitutionem, nisi alter vtrum remittant sibi, si vterque suæ famæ est dominus: secus qui persona fuerit publica & cuius honor & fama cesserit in aliorum vtilitatem,

tem, nequiuit remittere infamiam, neque fama datur casus, in quo falso & iniuste ablata non debeat restitui, cuiuscumque dignitatis persona sit, quæ illam læsit, quia ex quo quis famam bonam iuste possidet, quicumq; falso illam auferens iniustitiã committit, & illi non remittetur peccatum, nisi restituat ablatum: nunc Rex, Imperator, Dux, vel Comes sit, nunc Papa, Archiepiscopus, vel Episcopus, vel Abbas, vel cuiusvis dignitatis fuerit, quia sicut omnes tales, si rem habuerint alienam, tenentur in rei veritate, in specie vel pretium eius (si species non supersit) restituere, & ab hoc non excusant, imo magis obligant diuitiæ, & personæ qualitas: ergo à fortiori si famam abstulerint: secus autem contingit in honore, quia cum iuxta Aristoteli doctrinam & veritatē, honor sit in honorante minus lædit honorem, quanto magis est grauis persona conuitiens, vt si est pater, aut dominus, aut prælatus, & sic tales iniuriates aliquē inferioris fortunæ, non tenentur ad similem satisfactionem, atque æquales. Sed sat est, si tantum dicant ignosce, quia cum cholera locutus fui: vel satis est vt dicat: Amici simus, vel alia blandè loquatur, quia isthæc crescunt ex parte honoratis in quo est honor, & æquivalent magno conuitio.

Qui per se famam recuperauit. §. XXXVI.

SI Quis infamauit Petrum, & ipse Petrus suis bonis moribus, & bona conuersatione communè vincit infamiam, tã quod ab omnibus bonus habetur de presenti, quam quod omnes non credunt quod contra ipsum dictum fuit à Ioanne diffamante, tunc & si Ioan-

Ioannes peccauit mortalit. contra Charitatem, ex iustitia autem non tenetur restituere quod Petrus recuperauit, videat autem si integrè recuperauit: nã secus si tantum de presentia habetur pro bono & iusto, tamen remanet dubium aut suspicio de præterito, ob detractionem: tunc enim tenetur ex iustitia omnem suspicionem auferre, dicens se illi imposuisse: eodem modo omnino est dicendum per omnia de infamato mortuo, atque de uiuo, quia fama bonum nomen est absentium, durans post mortem: & insuper redundans in damnum vel commodum hæredum, & successorum: & sic infamans qui è vita discedit, si iam alia via non restat, neque verbo potest quoad omnes famam restituere, restituat scripto, & per suos hæredes, vel per quos id sibi tutius videbitur, relinquens suo nomine roboratum instrumentum de hoc, vt fidem faciat, & tales qui hoc munus susceperint, ex quo acceptarunt, tenentur in conscientia ex iustitia, ad id faciendum: secus non sunt absoluedi, neque enim minoris obligationis est, sed maioris, quam pecuniarum restitutio: idem per omnia dicimus de honore quæ de fama dicta sunt.

Quid quãdo infamia iuridica succedit infamatiõ.

Quod maiorem habet difficultatem, hoc est, nõ si Ioannes Petrum infamauit falso (de tali enim infamia est nobis ferè semper sermo) & postea Petrus illud malum publicè cõmittat, vel illi iuridice imponatur, & probetur idem malum, & per sententiã infametur, an teneatur Ioannes famam restituere, aliã infamato vere de eodem? Theologos doctissimos mouit hæc difficultas: nam actus Ioannis fuit contra iustitiam, cum famam abstulerit ab eo qui iure illam possidebat: ergo restitui adhuc debet hæc

fa-

fama iniuste ablata, secus reatus nõ remittetur. Pro alia parte videtur obstare, quia & si quando Ioannes infamauit, Petrus rite possidebat famam, nunc autè iuste illa priuatus est, & incapax famæ: & insuper, quia nemo credit Ioanni restituenti famam Petro, quod non verum dixerit illum, vocando furem, si postea pro furto probato publicè flagellatus est, & sic videtur actus ociosus. Respondemus tamen, quod adhuc tenetur restituere famam quam iniuste abstulit, quia infamia prima iniusta iuuat nimium, & ampliat iustam: & insuper addit de nouo, vt non solùm pro latrone habeatur (vt in nostro persistamus exēplos,) sed & pro consueto furtis, quod non est verum, & maiorem infamiam inducit veterem & asuetum latronem esse, quam latronem vnus vel alterius furti, & hæc doctrina magis viget ante patefactum iuridice verum furtum, quia infamia est principium inquisitionis, & adiuuat falso & iniuste ex culpa Ioannis infamatis, probationem iudicis, imo & pœnam iuris. Doctrina est omnium doctissimorum, quibus dubium hoc proposuimus, quibus & placuit nostra decisio: si autem verè quamuis iniuste, Petrum infamauit Ioannes de vero, sed secreto furto, si postea pro illo vel alio iuridice fuerit sententia notatus, vel publicè furatus, non tenetur Ioannes ad aliquid, etiam illorum quæ supra diximus: scilicet laudare Petrum & bene de illo tractare, quia iam ibi nulla currit ratio iustitiæ, & si quando detexit eius crimen, iniuste fama quam habebat expoliavit illum, quia ipse se propalauit vel iustitia per ministros illum inhabilem fama supra illud factum reddidit. Similiter qui falso infamauit Petrum de furto,

PPP

to,

to, & postea per sententiam publicam infamatus fuerit de Sodomia adhuc tenetur infamans de minori restituere, cum iniuste fama boni oppositi contra furti vitium sit spoliatus, & quotiens falsum est quod dictum est, iniustum in quocumque euentu remanet: magis enim infamis est Sodomia fur, Sodomita non fure, sed aliis studioso, & propter rationes superius dictas: qui autem infamatus publice de maiori malo est credunt aliqui non esse mor. peccatum infamare illum de minori quod publicum non est, neque sub secreto commendatum, imo etiam si sit, dummodo verum dicatur: neque ab illis dissentire audemus omnino, cum ratio iustitiæ dicat, illi non deberi spoliari fama quam possidet, dum possidet: infamatus autem, non possidet iam quem alia via amisit, iuridice, reliqua huius materiæ supra materiam detractionis tractantes tetigimus.

Ad quam restitutionem teneatur infamans? §. XXXVI.

VIDENDVM Autem nunc est, quid ultra famam restituere tenetur ex iustitia qui infamauit? Respondemus, qui iniuste famam abstulit, sed crimen aliis verum publicans, tenebitur ex iustitia ad omnia quæ infamatus amisit: propter infamiam, quæ ante illam habebat, vt si ob illum amisit res suas, vel Principis leuamen, vel commodum, vel fauorem, quia comoda sine dubio restituere tenetur, & fauorem in quantum illi fuerit possibile, facere tenetur, vt reddat in gratiam. Sed si abstulit famam

nam falsum imponendo crimen, tunc non solum quæ possessa in presenti amisit, & quæ consumpsit in recuperatione famæ restituere tenetur, sed omnia illa quæ sperare poterat, famam bonam habens vel gratia Principum, vel Reipublicæ, vel ecclesiæ prouisione: vt officia, & beneficia, Cathedras, collegia, &c. Sed dices, quis & quomodo hæc restituet? Respondeo, ideo famæ restitutio difficilis est, & vt sic dicam, omnibus pensatis, ex hominum debilitate ferè impossibilis, & necessaria est Dei adiuuans, manus potens: at vt sciat confessarius ad quid obligatur qui sic famam abstulit, hæc scribimus: nam futura quæ quis sperare poterat non sunt determinata, & sic iudicium requirunt prudentis & cordati viri, qui æqua moraliter lance libret, quæ persona sit infamata, & quid proximè & quasi in ianua expectabat Canonicatum, vel Cathedram, & cetera similia, & quod iudicio moraliter certo ob solam infamiam amiserit: nam secus negotium habebat & merita, & secundum hoc computet iudicio boni viri: nam certa calculatio futurorum nequit fieri (prouentus quos amisit, & cetera bona) & si pauper est qui infamauit, neque restituere potest, faciat quod potest, reddat famam ad quam reddendam omnes sine vlla excusatione & exceptione tenentur, & in reliquis ad impossibile nemo obligatur. Ad restitutionem honoris & damnorum ex honoris iniuste ablati defectu secutorum, dicimus eadem via procedendum, & sic ne idem repetamus libet relinquere, ex dictis iudicandum.

Dicimus vltimo, posse sicut gratis quemcumq; qui suæ famæ dominus est, liber, sic satisfactione accepta pecunia, famæ restitutione remittere, & tunc infamans ex iustitia soluto pretio conventionis, non tenetur famam restituere, & quamuis nullæ diuitiæ æquiparentur homini bono: tamen ille vult de suo nomine, ut placet conuenire, quod gratis donare poterat, iuxta omnium, nemine repugnante, doctrinam. Sed si homo est qui filios habet, alicuius momenti, & peccatum de quo infamatus fuit, vergit in successorum infamiam, & damnum, ut crimina læsæ maiestatis, & alia foedissima, nequit solus pater remittere infamiam, vel de illa pascisci.

Solum remanet in calce dubium de restitutione honoris, si quis enim acceptam iniuriam, & ablatum honorem, per hoc quod ab alio audiuit mentiris, quod iniuriosissimum in nostra Hispania, & merito reputatur, vel aliud simile, ex quinque iniurijs legibus municipalibus nostræ Hispaniæ notatis, quæ verba maiora dicuntur à iurisperitis, quod solum iuxta vna via remanet acquirendi honorem, hæc est per iustitiæ tribunal, nam iustissima via maximeque verbo & exemplo à magistro cœlestis vitæ commendata nimis, scilicet, remissionis de corde toto, non est huius angusti tractatus, requirebat amplissimos & plures. Et insuper debita iustitiæ hic perquirimus, non acta perfectionis: at manibus suis vel lingua vnumquemque vindictam sumere, neque legi sanctissimæ Euangelicæ consonat, neque legibus humanis iustis permittitur, & sic si quis aliquem cornutum vel furem vocauit, si alius respondit, mentiris, vterque mortaliter peccauit iniuriâs, &

& de honorans, tamen postea in conscientia nullus alteri satisfacere tenetur, quia qui respondit mentiris vindictam sufficientem sumpsit, & suum honorem, & si medio iniusto recuperauit: secus autem si solum audiens se vocari furem, vel infamem, dixit: Non sum fur, neque infamis, quia & si licite & iuste negauit, adhuc remanet iniurians reus honoris restituendi, & sic remanserunt Iudei. Ioannis. 8. qui Christum Redemptorem nostrum dæmonium habere dixerunt, postquam ipse respondit: Ego dæmonium non habeo: hæc mansuetæ est responsio nostri reparatoris, ad tale conuitium. Est adhuc & alia honoris satisfactio quasi arbitraria, & non damnanda, conuitij & iniuriarum: dummodo non transiliat limites concessos, & talis est modus satisfaciendi honoratorum militum, quibusdam ceremonijs, ut qui alapam dedit, vel virga, aut arundine percussit iniuriosè, genuflectens ante iniuriantem, interuenientibus viris grauibus, discingat eum, & accipiens per extremum tradat pugillum gladij, siue manubrium læso, quasi supplex veniam petens: hæc ceremoniali subiectione, quasi semidignum vita iudicans, & est optima satisfactio, sed si conueniant in satisfactione pecuniæ tenetur iniurians ex iustitia, si potest per se, & si non tenentur hæredes ad solutionem. Sed qui lege mundi, pro verbo mentiris, alapam dedit, & pro alapa fustis percussione, & pro fustibus mortem, iniurianti intulit, tenetur in conscientia ad satisfactionem honoris, & iniuriæ, ac si nulla esset ei iniuria illata, & ad satisfactio-

nem pro morte, quia ex quo vindictam manu propria sumpsit, amplio rem actionem amisit, quam se-
cus iuste haberet. Hæc de hac materia summæ ec-
clesiasticæ, quoad confessarios attinet, & pœnitentes cui
desideratissimum finem imposui die ultimo Septē-
bris factissimo ecclesiæ luminari, eximio coelestiq;
maximo Hieronymo patrono (post Christū omniū
Dominum & Redemptorem, & Deiparam eius ma-
trem) sacro: & quo renatus sum ante. 41. annum in
Christo, eiusdēq; sanctissimi Doctoris, non sine Dei
O. M. prouidentia fortitus sum nomen: adsit eius me-
ritis & aliqualis eius vitæ imitatio, adsit & patrocini-
um: suscipiatq; Dñs meus Iesus per manus sanctif-
simi Doctoris Hieronymi hunc qualemcumq; la-
borem serui, huiusque vermiculi, ne horas vanè cō-
sumpsisse videar acceptas, & panem occiosè comē-
disse: resultetq; ex eo labore (vt optamus) ecclesiæ
sanctæ obsequium, & ipsi omnipotenti laus,
sine fine. Amen. An. 1595. & vitimo
reuisa An. 1597.

Q. V. A. R.

Q V A R T A

P A R S S V M M Æ E C- clesiasticæ.

*Cap. primum, quid faciet confessarius,
confessione audita.*

§. I.



VM Consummauerit homo, tunc in-
cipiet: sine imposito circa ea quæ atti-
nent ad confessionem, & rite audien-
dam, beneque faciendam à pœnitente:
vifum nobis fuit, mutilum promissum
nostrum, & mancam desiderij adimpletionem, si nō
dixerimus quid faciendum confessario, confes-
sione rite peracta: nunc enim iudicis sententia ferenda
est, & maximum iudicis munus exercendum. Igi-
tur, quod primo aduertere debet, an aliqua ra-
tione excommunicationem incurrerit, à Canone
aliquo vel statuto, siue ab homine, iudice vel præla-
to, & si absolutio reseruata est talis excommunica-
tionis superiori, nisi sit aut priuilegium Papæ, aut li-
centia vt absoluat, vel sit in periculo certo mor-
tis, vel in articulo pœnitens remittet superiori suo
excommunicatori, vel cui reseruata est excommu-
nicatio, vt diximus supra parte prima, cap. & si ha-
bet casus reseruatos: tamen reseruans longè saltim
per duas dietas abest, & aut periculum imminet aut

Ppp 4

diffama-

diffamatio timetur iure, aut communionis tempus instat, & timetur nota, tunc absoluat a confessario suo cum promisso & obligatione, ad eundem referentem superiorem: quod & tenetur facere in conscientia: secus non est absolutus, si cum primo se possit superiori præsentare, non se præsentet, quia quâ diu hoc non facit inobediens est, & absolutus fuit, & si absolute quoad peccata, quoad censure & obligationem se præsentandi superiori & excommunicatori, & referenti, cessante impedimento, non est absolutus, quia intrauit quoad hæc virtualis conditio apposita, ex ipsa natura absolutionis, in tali casu.

Impedimenta ad eundem superiorem, quæ?

§. II.

SE D Maximè obseruandum est, quod impotentia ad eundem confessarium superiorem, Episcopum, vel ipsum etiam sanctissimam Papam: moraliter est libranda, & non secundum Mathematicas mensuras, in indiuisibili consistentes, dicere volumus, quod non semper necessitas extremæ esse debent palpabiliter, sed sat est, ut sit eximia difficultas: nam quomodo senex infirmus Romam adibit, habens Papalem casum, si non sint iubilæa vel Bullæ? Quomodo vxor nollente marito, aut filia sub custodia parentum? fugient ne illæ cum periculo vite? & certa honoris amissione? imo qui excommunicationem Papæ reseruatam incurrit ante. 14. annum ætatis non tenetur ire, neque quæcumque mulier: doctrina est Nauarr. in summa cap. 27. num. 87. 88. & infra. Cordubæ quæstione. 18. casuum. & multo plures exce-

exceptit Corduba. Sed aduerto, quod quando ob dictas necessitates quis absoluit? a casu superiori reseruato, si non habet annexam excommunicationem, postea & si desit impedimentum, non tenetur superiorem adire, secus aut si habet annexam excommunicationem, tunc enim si adest facultas temporaliū sumptuum, per alium consulatur Summ. Pontific. vel summus pœnitentiarius, & remedium dabitur: secus consulatur Episcopus qui tali casu consulet, & decernere poterit quid faciendum; hæc est enim voluntas Summi Pontificis interpretatiua: & sineque Episcopus adiri potest, vltimam existimet necessitatem, in qua nulla est reseruatio, & sic confessarius munus suum plene peraget, neque enim aliud est voluntatis Summi Pastoris. & adhuc si pœnitens adire potest Summ. Pontific. sed non statim: communionis instat tempus vel periculum diffamationis, si non communicet, tunc interim confessarius ad reincidentiam absoluat pœnitentem suum à censura, quæ sola reseruatur in casibus à Summo Pontifice: sed iam, gratias Deo, sunt tot Bullæ, confessionalia, & iubilæa, & in casibus vix ad has angustias adueniri possit.

In his autem omnibus, semper excipi volumus primum casum Bullæ Cœnæ Domini, qui est peccatum infidelitatis, ore prolata heresi, etiam intra secretissimum cubiculum, vel scripta, his enim duobus signis, tantum de se hæresis significatiuis, credimus incurri censuras contra hereticos decretos & reseruatæ, primo casu Bullæ dictæ, Sum. Pont. & tribunali sanctæ Inquisitionis: & sic cum tam extensum sit hoc sanctum tribunal, & tot in locis situm,

non datur casus in quo Inquisitores adire quis nõ possit, à quibus vt benignissimis patribus, nemo est qui non discedat consolatione plenus, si verè pœnitens est.

An autem quis in tali casu adire possit suũ Episcopum, & an possit interrogare & sciscitari, an casus sit sanctæ Inquisitionis necne, quem commisit? Respondeo ad primum, quod quoad ius commune, quod omnibus, vt regula & lex generalis posita est, potest hæreticus, qui hæresim scripsit, vel protulit ore, sed non est deducibilis hæresis ad forum & tribunal externum, poterit à proprio Episcopo audiri, & absolui, quia Episcopus suæ diœcesis est Inquisitor ordinarius iuris, contra hæreticam prauitatem, quãuis iustissimè, hoc onus speciali tribunali Apostolico sit commissum, quale est sanctæ Inquisitionis: requirit hæc omnium grauissima causa homines graues, sapiètes, iustos, & non alijs occupatos negotijs, sed huic solo innitètes. Insuper quia hoc expressè decretum est Concil. Tridenti. ses. 24. cap. 6. de reformat. quod liceat Episcopis ab hæresis crimine absoluere secreto, sed hoc delegare non potest vicario suo, an autem possit alteri delegare, non sicuti vicario, sed sicuti quoad vnam aut alteram confessionem sui pœnitentiarij vices committendo. Scio iuniores aliquot ex nostratibus Theologis affirmare posse adhuc Episcopum delegare in conscientia foro hanc facultatem, sed arbitror mentem concilij fuisse id velle, quod sonat, vt hunc actum: & si iurisdictionis, cum censuræ absolutio nõ sit ex officij, in tali casu, sed ex cõmissione ecclesiæ, hac conditione ecclesia committit, vt non sufferat subdelegatio-

gationem, & merito, cū in re adeò graui ipsius Episcopi petat diligentiã. De secundo dico satis iuste Patres Inquisitores vetare, ne qui deliquit in rebus fidei, & ad illud tribunal attinètibus, cõsulat alios, sed ipsos adeat Patres Inquisitores, simpliciter pandendo infirmitatem: sed hoc non tollit quim prius suo docto & pio confessario, vlcus vel scrupulum pandat, præcipuè in his, quæ non sunt patentissimè hæreses, contra fidei articulos, vel in quibus vlla ignorantia nequeat excusare, quia secus ibunt ad Patres Inquisitores cum mille ineptijs, & risum merentibus simplicitatibus, vt & vidimus sæpè & audiuius. Confessarius autem, statim atque audierit materiam illius tribunalis, remittat statim ad Patres Inquisitores, timoremque depellat, & fiduciam illius misericordissimi, & vere Paterni tribunalis suadeat.

Excommunicatus ab homine. §. III.

SED Si excommunicatum ad petitionem partis inueniat, & paratum parti satisfacere, adhuc p absolute excommunicationis debet mittere ad iudicè qui ligauit, vt soluat, quia soluere nemo potest nisi qui ligauit, sed si vel priuilegiũ adest Pont. Summi, quale est Bulla Cruciatæ, & aliæ similes concedentes, vt absoluat confessarius electus, præmissa læsæ partis satisfactione; tunc satis pro prima vice erit quod firmiter se satisfacturum cito proponat, & sic si homo bonus & curator suæ conscientie appareat vel cognoscatur, absolui debet, primò à sententia excommunicationis, & postea à peccatis; sed si iam secundo

cundo confitetur, & nõ satisfecit parti, vel iuri, vel iustitiæ, ob quod excommunicatus tenebatur, si absolutus ab excommunicatione iam in alia cõfessione facta in secunda á peccatis non est absolendus, Qui non verè pœnitens est, qui iniuste ablatum non reddit, vel qui non satisfecit cum posset, nisi in casu necessitatis, & tunc prestita cautione prius, scilicet pignorum valentium illud, vel plus: vel saltim quando hoc effici non potest commode, cautione iuramenti quod satisfaciet illico: quamuis quod maxime dolendum est, hæc iuratoria cautio iam debitas vires amiserit, hominum iurantium malitia: & sic maxime & prouidè confessarius caueat personæ qualitatem & spectationem: de potestate autem vniuersi iusque audientis confessionem iure cõmuni, & per priuilegia Apollolica dicemus sequenti cap.

Quomodo se geret confessarius ante absolutionem. §. III.

Habita igitur rite facta confessione, & si impedimentum non apparet quin absoluaatur pœnitens, (nam si dubitat de impedimento prius interrõget doctum & bonum si adest, vel meliorem & doctiorè quem inuenire ibi poterit, pro tempore & loco: omnino cauendo ne personam aliqua via pœnitentis reuelet) tunc iuxta conscientia morbum quem cognoscit, verbi primum medicamenta apponit, & sic grauitatem criminum suorum ostendat illi, & suis sceditatibus quasi proprijs coloribus depingat, iustitiam Dei iustissimi & equissimi iudicis, seuerissimique proponat: & eius patientiam & benignitatè

toties

toties ab eo (quantum ex illo fuit) irritatam, tot malis. Et insuper, periculum in quo hucusque in inimicitia Dei ambulans eximiã ostēdat, quomodo dormierit & comederit, & ambulauerit securus: cū diuinum iudicium, quasi grauisissimus & acutissimus gladius ex pilo sulpenius super eius caput, ex eo quã mortalit. peccauit immineret. Ostēdat quot dæmones quasi famelici leones, ore aperto, ei tendentes in fidias & obijcientes pericula in eius pernitiè mortem eius absque pœnitentia expectarint: moneat, vt nõ sit ingratus tantis beneficijs, vt vere ante actè vitæ doleat: & vt omnium quæ confessus est, vellit non fecisse actus, & quod verè, & non fictè proponat intra se, & ore proferat, & promittat se talia iterum non facturum: nam si hoc desit, pœnitentia nõ est vera sed ficta, & dolor non est, & confessio fuit quædam historia narratio, neq; adeo acris debet esse in reprehendèdo: vel extremos motus faciat corporis, neque motus brachiorum, vel vocis eleuationem, neque nimiam energiam ostēdat, ex his enim quædam stulta declaratio grauium peccatorũ quoad aspicientes coniectari potest, & sequi in pœnitente aliqua desperatio, & odiosa redditur medicina sacramenti. Sed debet admiscerere verba cõsolationis plena, & in spẽ erigere imbeciles lignum fugigans non extinguere, & quassatum calamum nõ cõfringere. Moneat si nimis scedis peccatis, & fuit immerfus pœnitens, & nimis obscœna euomit, vt ante absolutionem (nisi periculum aut alia necessitas obstat) iterum recogitata conscientia confiteatur, & reddeat ad sanctã medicinam, vt appareat si reddit ad vomitum, & perseuerat in proposito emendationis

tionis vitæ: omnes, confessarius consoletur; omnes ad aliam vitam aliceat: abominari peccata, quantum in se est faciat.

Sed si morales occasiones sunt peccandi, iubeat abscindi, etiam cum detrimento corporis & lucri, si mulierem eum qua semel & iterum peccauit domi habet vel mulier virum, etiam conuenientissimam famulam, & nimis familiæ proficuum vel famulum, eijciat, etiam si vt oculus, vel pes, vel manus eius sit: (sic enim idiomate Hispano solemus dicere, *Esta criada o criado es mis pies y mis manos,*) abscindat ergo & projiciat á se, secus non est absoluendus: melius est enim illum absq; tali pede vel manu, qua si mancum in temporalibus, vitam intrare, quam cú illo mitti in infernum: quam viam, cum tali peccandi occasione vadit, & similiter si seruus quis est liber tamen, vel famula, & cum dominis talem occasionem peccandi sentiunt, debent domum & commo- dum relinquere, etiam salarium si opus sit amittendo, sed si captiui sunt emptitij, tenentur querere vel libertatem, vel vt vendantur, imo si probare potest serua quod dominus suus illa abutitur inhonesté, in foro exteriori, libertati donabitur: talis enim est sanctitas legis Euangelicæ, & Christianæ, vt sic leges ciuiles dulcorauerit & rediderit æquiores.

Insuper si satisfactio fienda est à pœnitente, vel honoris, vel rerum, vel famæ, imponat illam & iubeat fieri, & quantitatem ostendat iuxta recompen- sam iustam, quam cognouerit: vel secundum æqui- tatem boni iudicij, in his in quibus iusti sigillatim damni, nequit haberi præcisa cognitio: in multis enim (vtilitatis materiam tum mandatorum, tum resti-

restitutionis tractantes, diximus) iudiciú boni prudentis & equi viri expectandum, illoque standum est. Ex quo (si difficile apparet) constabit saltem ex parte, officij huius quem aliqui nimis appetút, eximia difficultas, extremum periculum, ex illo nó vt decet administrato. Teneturque confessarius modum querere, quo res, honor, & fama restituantur, sine declaratione restituentis, quoad fieri possit: & in omnibus necessarijs ipse sit sequester & medicus si autem pœnitens non vult restituere, non est absoluendus vlllo modo, quia pœnitentia vera nó est, sed ficta, cú remanere vult in iniusta alieni detetio- ne, & non remittitur reatus, nisi ablatum restitua- tur. Et hæc est essentialis satisfactio tertia pœnitentiæ pars.

Satisfactio operis aliqua iniungenda à confessorc. §. V.

Tamen (cum pœnitentiæ sacramentú sit actus iudicialis, & quædam sententia á Dei ministro lata in causa, inter offensum Deum & peccatorem offe- dentem, & cum inter offensum & offendentem tales, nequeat esse ratio æqualitatis, quam iustitia respicit, cum offensus sit infinitus, & per consequens debeat ei infinitum debitum & satisfactio, & sic ex ratione iustitiæ, cuiuscumq; mortali debetur pœ- na infinita, saltem duratione æterna: hoc Christus reparator noster (suæ passionis Dei secundú huma- nitatem satisfactione infiniti valoris) fecit, vt in os medio sacramento pœnitentiæ hanc satisfactione, propriâ applicádo facere vellimus: habebimus iam media

media hac passione, in nostris operibus valorem in quo satisfaciamus: scilicet per eleemosynas, per carnis afflictionem, in ieiunio, per orationes, quibus in Deum mens eleuatur, & sic aliquod opus horû triû (quæ ex Apostolica traditione, ecclesia, vt satisfactoria præcipuè, in hoc sacramento acceptauit) & alia imponi est necessè, vt satisfiat offensæ Deo factæ, iuxta mensuram pœnæ debitæ pro culpa, quæ virtute sacramenti redditur de æterna temporalis, & sic tēporalibus ieiunijs, vel orationibus, vel eleemosynis satisfactibilis, & sic liquet, quod tenetur sacerdos confessarius ex iustitia illā imponere: & pœnitens ex eadem tenetur obedire, & exequi, sub mortali.

Confessarius contra se blandus.

§. VI.

Obseruandum tamen maximè est, quod in hoc maximè difficultas est, & quæ non parum difficile reddit officium iudicij animarum, vsumque clauium: nam confessarius qui in sufficientem satisfactionem imposuerit, seipsum onerat, tum quoad cōscientiā, tum quoad soluendam pœnæ quantitatem. Insuper, quando sunt necessariæ pœnitentiæ non solum satisfactoriæ factorum, sed in obstaculum committendorum, & medicinam: tunc talia obligant duplici ex capite & ratione iustæ satisfactionis, & ratione doloris seu odij peccati, quia qui odit peccatum cōsequenter ea diligere & amplecti tenentur, quibus fugatur & vitetur peccatum: & sic ieiunia propter incōtinentiæ peccata & carnis insultus imponi debent:

bent eleemosynæ ob peccata cupiditatis, orationes que ob euagationem mentis circa terrena, & ob peccata contra amorem Dei & proximi: & sic si talia pœnitens non acceptat, vel acceptata nō adimplet, est in statu damnationis: & si acceptauit, & sibi vt difficillima vel impossibilia vult commutari, ab eodem iudice & non ab alio fieri debet, narratis impedimentis: secus si ille non adest, quia tunc alter nili cognita de nouo causa, nihil iudicare poterit, neque commutare: quia nisi in quorum satisfactionem id impositum est cognoscat qualitatem quomodo iudicare poterit, ad implendum vel non? & etiam confessione iterum audita, si pœnitentia est futurorum medicatiua, & occasionum peccandi fugatiua, nihil iuste facere potest circa illam, nisi velit illum inermem & pronū ad mala, sine remedio relinquere: si autem talis non sit omnino, sed solum vel præcipuè satisfactiua, & a superiore pœnitentis prælato imposita, vt ab Episcopo quoad secularem, & ab Abbate vel Præposito quoad regularem: & tunc ad illum quoad hoc remittere debet, quia non est par in parem, quoad pœnitentem, sed inferioris respectu superioris iurisdictionis: secus autem si ab alio confessore, etiam curato, & præcipuè si non est adeò doctus, tunc visis inconuenientibus coloratis, poterit ieiunia in orationes, orationes in eleemosynas commutare, & è conuerso.

Vnde maximè sunt reprehendendi indiscreti sacerdores, qui tales satisfactiones & pœnitentijs imponunt, quæ vel contrariæ sunt saluti debiliū, vel omnino impossibiles, vt quod infirmi ieiunēt, & flagella suscipiāt, dormiāt in terra, & his similia, & om-

nino pauperibus qui quotidie victû quærunt, eleemosynas iniungunt, ferè ex eleemosynis viuëtibus, orationes imponunt longissimas eis, qui nec vnum *Auemaria* dicere sciunt, hæc maxime sunt indiscretionis, aliæ autè adhuc sunt damnosæ magis, utpote contra secretum arctissimum confessionis, magna ex parte, ut qui vxori imponit aliquid contra cõiugale debitû, vel quod ieiunet diebus quibus maritus carnes comedit, idè de comedentibus in cõmuni refectorio, & quibus fas non est aliud quàm quod datur cõmuniter aut quærere, aut petere, ut in collegijs & in religionibus, maxima igitur adhibenda est cautela, ne pœnales actus pœnitentiæ impositi, propter confessorem publicètur, quia ex se peccata præsupponunt grauiam confessam, si ieiunia sint vel flagella, imò indicant peccata fuisse incontinentiæ. Sed cum tali moderamine pœnitentiæ imponatur quod neque clarè saluti obient corporis, sed immoderantiæ carnis contradicât, neq; publicû reddant peccatû, sed omnibus secundû statû suû cõgrua imponatur satisfactio: neq; enim iuueniculis mulieribus peregrinationes, neq; cõiugatis abstinentia ab actu maritali, neq; omnino infirmis ieiunia, neq; regularibus eleemosynæ vel peregrinationes imponi debêt. Bene autè potest imponere loco satisfactio- nis, labores, & ærumnas huius vitæ, dolores infirmitatis patienter toleratos, & Deo oblatos: quia ex quo sunt patienter tolerati & pro Deo, sunt meritorij, & per cõsequens pœnales & satisfactorij: quia ex radice sua sunt inuoluntarij, quod satis est ad ratione pœnæ, & in quantû Deo offeruntur patienter tolerati sunt satisfactorij. Imponatq; alios actus qui cõ-

patiun-

patiuntur cû statu suo, ut quod qui segnis est & officiu prædicationis peritè scit exequi, imponere ut communiter exequatur: infirmos visitet, mœstos cõsoletur, paces componat, & his similia.

Cap. secundum, de forma absolutionis. §. I.



NON Mirabitur qui finè nostrû ex initio promisi meminerit, fuisse in hac *Sûma*, nõ solum doctis Theologis, epitome scribere, & iurisperitis summulâ, sed etiã indoctis & humilibus clericis (quibus debitores sumus) etiã seruire, quod de forma absolutionis tractemus. Forma igitur sacramenti Pœnitentiæ cõsistit in verbis prolatis á sacerdote, iurisdictione ordinariã vel delegatã habènte super pœnitente in foro animæ, ita ut sine absolutione tali, sacramentû nõ sit neq; formata sit pœnitentiã sacramentû, sicuti autè Dñs Iesus Dei & hominis filius solus, secûdû potestatè specialè (quã nostri Theologi vocant excelentiæ) potuit instituere sacramenta solus, quia Deus & homo, quæ ex opere ipso gratia cõferrèt, quã significarèt & cõtinerèt: sic solus ipse & materias sacramentorû designare, & formas instituere voluit & potuit, has recepit ecclesia eius spõsa & cognouit scripto, ut illam Baptismi Matth. ultimo. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: & illam Eucharistiæ, referentibus omnibus Euangelistis, & Paul. 1. Corint. 13. Quod acceperit Iesus panem, & vinum, & dixerit: Hoc est Corpus meum, & super Calicem: Hic est Calix Sanguinis

Q992 mei,

mei, &c. aliás recepit Ecclesia traditione dicente Apostolo: Accepi à Domino quod & tradidi vobis: & alibi: Tenete traditiones quas accepistis à nobis, siue per Epistolam, siue per sermonem: & sic recepit ab Apostolis, sicut ipsi à Christo, formam confirmationis, Pœnitentiæ, Extremæ vnctionis, Ordinis, &c. Nam & si Dominus Iesus dans eis Spiritum sanctum, dixerit infuflans: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, &c. quid autem dicerent remittentes peccata, nõ est ibi scriptum: & sic formam absolutionis habemus ex traditione, & sunt isthæc formaliter: *Ego te absoluo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen*: quãuis, Amen, non sit de essentia vel forma, sic habetur forma ex Conc. Floren. & Triden. ses. 14. cap. 3. illã ponit S. Tho. 3. p. q. 84. art. 3. & habetur ex communi ecclesię receptione: verum est, quod adduntur quędam deprecationes, vt Misereatur tui Omnipotens Deus, &c. quę de congruitate sunt, sed non ex necessitate: facere autem signum crucis præceptum est ab ecclesia, in cap. nunquid. de consec. dist. 5. vbi sacramenta cruce perfici omnia docet: tamen si omitatur sine contemptu ecclesię, erit solum veniale, & nihilominus absolutio valet, & congruentissimè omnia sacramenta perficiuntur cruce, quia omnia dimanarunt à Christo in cruce pendente, & virtutem acceperunt.

de illis autem duabus partibus, Ego te, & de verbo, Absoluo, non est dubium cum sint totaliter significantes substantialia, scilicet agentem autoritate Christi: neque enim præsumptuose dicitur: Ego, vt ficti humiles Vviclephistæ dicunt insultantes formæ absolutionis: personam enim Christi sacerdos & representat & gerit, iuxta illud allatum supra ex Paul. Si quid ego donavi vobis, in persona Christi donavi, & Christi reparator noster, Mat. 18. nõ dicit Petro: Quodcumq; à me solutum ostenderit super terram (vt volunt impudentes Lutherani) sed, Quodcumq; tu solueris super terram, erit solutum in cœlis: & particula, te, ostendit debitorem & ligatum qui soluitur, & verbum Absoluo, actum & remissionem siue efficaciam significat: sunt ergo omnia supra dicta de substantia formæ absolutionis, & illorum quolibet deficiente (vel alio idem significante) nihil fieret: nõ si quis diceret: Ego remitto tibi peccata, &c. factum teneret, sed esset mort. peccatum, & inusitatus loquendi modus ab ecclesia, & præsumptuosus. Legatur Victoria in Summa de sacramentis. quæstione. 106.

Absolutio à censuris præmittenda.

§. II.

Obser. maximè est, quod optima cautela est præmittere absolutionem à censuris: nam si quis vel per

Qq3

igno-

ignorantiam crassam vel supinam (quam nostri Theologi affectatam etiam siue procuratam dicunt) excommunicatus esset, incapax receptionis talis beneficii & participationis Sacramentorum, & tunc absolueretur minimè sacramentaliter: & ideo primo debet absolui generaliter à censuris, & sic optima formæ inuictio fiet, hoc modo: *Ego te absoluo ab omni sententiâ excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quâ fortè incurristi. Itē, te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, &c. & nō est inutilis, imo sancta & utilis illa deprecatoria applicatio, quæ à pijs & doctis fieri cōsuevit: Passio Dñi nostri Iesu Christi, & merita Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium sanctorū, quicquid boni feceris, & mali propter Deum sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & premium vitæ æternæ, Amen.* Scimus aliquos doctos, inter quos est F. Barth. Medina, & Emanuel Franciscanus, consulere, vt hæc deprecatio siue applicatio meritorum fieret ante absolutionē, & non peractam iudicio, sed hoc non interesse arbitramur, quia cum sacerdos imponit satisfactionem poenalem, fundare debet intentionem applicandi quicquid sibi possibile fuerit, & sic verba ad hoc parum faciunt, nisi deprecari, neq; fit applicatio meritorum Christi & sanctorū, quasi per modum applicationis indulgentiæ, quia talis thesauri indulgentiarū, solo Sūmo Pōt. cōmissa est à Christo distributio: sed per modū sacramentalis applicationis excōgruitate, ad satisfactionē. Impositio etiā manuum nō debet fieri in absolutione, vt quidā stulti senes facere cōsueuerunt, nobis videntibus, quibus ad eō essentialis impositio manus dextrę videbatur idiotis, vt vnus percussam

manum

manū panno alligatam tenēs, nollet audire confessionē, existimās se ad absoluendū irregularē ob brachij vulnus & ligaturam. Sed impositio manuum ex Apostolica traditione solis sacramentis Confirmationis, & ordinis ob significationē abundantis gratiæ, referuata fuit: vt constat ex Actis Apostolicis, & Paulo. Aliqui præmittere solent hæc verba: Dñs Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate ipsius te absoluo, &c. Sed hoc nō est necessarium, cum cognoscāt omnes fideles, præcipuū agentē & operantem, & Sūmum Sacerdotē Christū Iesum esse, & nos ipsius ministros, auctoritate ipsius ministrātes, imo consului semper, propter V vicephistas stultos, qui horum verborū defectu formā absolutionis irridēt vt nō dicantur, quāuis quoad Catholicos sanus sensus suscipiatur. Sed non inutiliter, imo bene, & sic incipiet, auctoritate Dñi. N. Iesu Christi, & Apostolorum eius Petri & Pauli: Ego te absoluo, &c. Solū in calce aduertimus huius tractatus, quod sacerdos curet cū absoluit, vel ante quā incipiat absoluere, & verba proferre, quod actualē intentionē habeat illud ministerium peragendi: est enim actus iudicialis, & sententię prolatio, iudicium enim necessario prærequirit intentionē, quā Theologi vocant actū cognitionis, determinatum à volūtate. Neq; enim in hoc scrupulos excitent, qui actus internos ignorant. Sat enim est, quod id vellint facere absoluētes, quod Christus voluit & instituit fieri, & quod ecclesia docuit fieri, vel intendere, vel attendere facere, in actu illo ministerium suum.

Cap. tertium quarta partis, quid Episcopi, & quid priuilegiati possint, secundum ius commune, & secundum sua priuilegia.

§. I.



IBVIT In gratiam tam confessariorum, quam pœnitentium, breuem quasi Cathalogum & summam, eorum quę hodie secundum ius canonicum, quod assequimur: & quid secundum priuilegia confessarij possint quoad absolutionem. Episcopi igitur possunt absoluere sibi subditos, & omnes quos iure aut consuetudine audire possunt ab omnibus casibus reseruatis Sedi Apostolicę, dummodo sint occulti, etiã & ab omnibus censuris & pœnis, nascentibus & annexis peccato occulto, etiam si crimen sit hæresis, quia piensissimis capitibus ecclesię, Sum. Pontif. & toti pię matri ecclesię sic visum est pię cõuenire, vt nouiter decretũ est in Cõc. Triden. ses. 24. cap. 6. neq; obstat, quod in die Cœnæ reuocentur in publicatione illius processus, quę bullam Cœnæ vocamus, omnia iura, & quęcumq; priuilegia, quia derogatio generalis est, & non veniunt intelligenda derogari, quę Pont. in speciali non derogaret, & sic sunt Canones Conc. Triden. vt constat ex veneratione qua habentur, & illibata seruantur ab omnibus Pont. & quod specialiter nominantur. Et idem dicimus de priuilegijs concessis aliquibus religionibus, supra casus Bullę, quia concessi sunt ab eisdem Pontific. qui tales generales clau-

clausulas reuocatorias posuerunt, quia secus nos deciperent, si quod concesserunt in speciali, vellent includi in generali derogatione: imo idem esset de Cruciatę Bulla, qua semel in vita & iterum mortis articulo absolui possunt à casibus Bullę Cœnæ, ergo post diem Cœnæ hoc non haberent, quod est ridiculum: & sic Sixtus Quintus declarauit hoc, dicens in clausula Bullę Cœnæ: Derogamus omnia decreta & iura, etiam Conciliorum generalium, & quęcumque priuilegia, in quibus non fit specialis mētio prædictorum casuum: & hic stylus hodie feruatur à Clemente Octauo, qui fœliciter moderatur ecclesiam, & licet iam non dicatur, hoc sufficit q̄ innotuerit nobis voluntas derogantis: igitur nullus est casus hodie in foro conscientię, nascens ex peccato occulto propter quod addere debeat Sum. Pontif. similiter quoad dispensationes irregularitatum ex peccato occulto nascentium, excepta illa quę ortum habuerit ex voluntario homicidio: & certè laudandus Deus & pietas eius Sponsę Ecclesię, quibus placuit, vt quoad forum animę, omnes Episcopi essent Summi Pontifices.

Abbatess quid possint? §. II.

Dignitas Abbatialis semper in ecclesia Dei fuit in magno habita pretio, semperque nimis proxima dignitati Episcopali quoad suos, sic ab initio nascētis ecclesię, honore post Episcopalem habita est, ingenti. Abbates ad Concilia generalia, & Nationalia vt votum, vocem, & suffragium in omnibus habentes vocati sunt, vsque ad vltimum Trid. ncin.

vt patet in eius literis conuocationis, Pauli Tertij, vbi eodem tenore verborum quo Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, fratres venerabiles, & dilectos filios Abbates conuocat, & postea addit: Et alios quoscumq, quibus iure, & consuetudine, & c. quod dicit ob generales ordinum Mendicantium, quibus ex consuetudine id ipsum conuenit. Abbates enim sunt apud Græcos Archimandritæ, cum quibus tanta contentio habita fuit in Concil. Constantin. 3. & Calced. vbi pacificè admittebantur vt Conciliares. Insuper specialibus insignijs Episcopalis etiam antiquitus, ex priuilegio fuerunt Apostolico, præcipuè pastorali baculo, de quo iam temporibus sanctissimi patris nostri Bernardi erat immemorialis inuestitura vsus, cuius ille mentionem facit sermone in Cœna Domini: vsus Mitræ eisdem diebus iam in vsu fuerat, & sic multa de Abbaciali dignitate sunt antiquis Canonibus instituta, & aliquorum insolentium est moderata temeritas, & qui maximis priuilegijs decorati fuerunt, sunt inter omnes, nostri Cysterciensis: tum ob vberimos fructus quos ordo iste in ecclesia Dei attulit, tum etiam ob reuerentiam sanctissimi Abbatis Bernardi, qui tam proficuus filius ecclesiæ sanctæ fuit, & sic vocatus rite fuit, Cystercienſe institutum, priuilegiatus ordo, & sic fuit primus qui in ecclesia Dei plenam & perfectam habuit exemptionem, à iurisdictione Episcoporum, & immediationem ad Apostolicam Sedem, vt patet priuilegio Paschalis secundi, quod præsupponit alterum Urbani Secundi, quibus diebus cœpit hæc reformatio ordinis monachorum sancti Benedicti, datum est hoc priuilegium Paschalis

lis Secundi Troyæ anno. 1100. 17. April. Pontif. sui anno. 2. & aliud Calixti Secundi anno. 1119. datum Sedeloci, Pontif. sui anno. 123. Decemb. & insignijs & ornamentis Episcopalibus vti cœperunt Abbates Cysterciensis, statim ab initio, & hoc magis confirmat & roborat Innoc. Papa. VIII. priuileg. 118. Cysterciens. numer. 1. & 2. & quod Mitra & anulo vtantur & alijs Pontificalibus insignijs, scilicet pettorali, tunicella, dalmatica, caligis, & sandalijs, & chirotecis, & quod non solum quatuor minores ordines conferre possint suis subditis, quod iam insertum fuerat iuri communi, vt habetur cap. cum contingat. de ætat. & qualit. & habet glo. super cap. peruenit. 95. dist. imo esse, id antiquissimum probatur ex tota distinct. 69. imo, id vt ex iure in nostris Abbatibus sancti Bernardi vsitatissimum, supponit vt certum Concilium Tridentinum sess. 13. capit. 10. de reformatio. cum illam facultatem limitet, vt tantum extendatur ad monachos sibi subditos, & Sotus affirmat in. 4. dist. 25. q. 1. artic. 2.

Cardinales ordines minores conferunt ex consuetudine. §. III.

Eandem facultatem habent Cardinales presbyteri ex consuetudine; vt notat Abbas super cap. 1. de supplend. neglig. prælat. propter eorum excellentiam, & satis honorauit Abbates ecclesia, cum quoad hoc nihil magis tribuerit Cardinalibus. Sed insuper cœcessit idem Inno. VIII. Abbati Cysterc. vt pote Generali, vt oibus ð religione sua monachos & qua-

quatuor Abbatibus, scilicet Abbati de Firmitate, de Põtigniacõ, de Clarauale, de Morimũdo, vt vnusquisque sibi subditis monachis, possint conferre sacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines quod si S. Tho. videret concessum, de facto, vt nostris Abbatibus concessit doctissimus Summ. Pontific. Innoc. Octauus, non negaret posse fieri, in. 4. d. 24. & 25. & aliqui cum illo, & sic posse concedi docet Victoria, in summa de sacramento ordinis dub. 235. vbi absque scrupulo dicit posse fieri, quamuis ille de solo Subdiaconatu dicat, vidisse Bullam, sed fuit memorię lapsus: idem priuilegium de subdiaconatu & Diaconatu loquitur, & eadem est omnino Bulla Innoc. Octauus, anno. 1489. Romę apud sanctum Petrum. 5. idus April. Pontifica. sui anno. 5. & quamuis hoc priuilegium soli generali, & quatuor dictis Abbatibus concedatur: tamen Gregor. XIII. Papa, & Sixtus. V. confirmarunt, extenderuntque priuilegia, & gratias, & fauores cõcessos Generali Cystercienf. & Abbatibus quibuscumque; ordinis, monasterijs, siue locis, eiusdem ordinis Abbati Generali, huius congregationis sacre reformatę sancti Bernardi Hispanię, & Abbatibus & locis, &c. Ergo distribuit distributione accõmoda, quod priuilegia personalia Abbatis Cystercij conceduntur Generali Hispanię, & aliorũ quatuor Abbatũ, singulis huius congregationis Abbatibus.

Concessa Abbatibus. §. IIII.

Et hoc specialius declarat Grego. XIII. in priuilegio reformationis cõgregationis Portugalię: quod
vidi-

vidimus datis Romę sub anulo Piscator. an. 1580. 23. Iulij Pontific. sui anno. 9. expressẽ hanc distributionem faciens; & hoc priuilegium & cetera concessa reformationi Portugalię de Alcobacia, concessit & extendit ad congregationem Castellę, & Legionis, & Galecię, Sixtus Papa. V. cum omni exemptione & ampliacione sub anulo Piscatoris. 25. Iulij anno. 1586. Pontificatus sui anno. 2. vt habetur in comp. priuil. S. Bernar. verb. commu. priuil. §. 2. 3. & 4. & insuper dictis Abbatibus ordinis Cystercienf. siue sancti Bernardi concessum est, vt possint calices & patenas consecrare, & altaria, oleo, & chrysmate à Catholico Episcopo, sacris recepto ecclesias consecratas pollutas, quacumque causa reconciliare: excepta pollutione homicidij peccaminosi, vestes sacerdotales & ecclesię ornamenta benedicere, & imagines: & hæc omnia tam pro suis monasterijs, quã pro quibuscumque; locis, ex quibus ad sua monasteria consecranda vel benedicenda afferantur. Idem de benedictione corporalium, quę omnia Gregorius. XIII. concessit Abbatibus sancti Bernardi Portugalię, & Sixtus. V. congregationi obseruantię Hispanię, per communicationẽ cõcesserat, & Innocenc. VIII. Cystercienf. & alijs Abbatibus vbi supra priuileg. Cyster. 118. nu. 3. & 4. & 5. scio omnibus supra dictis (excepto vsu Pontificalium ornamentorum, & hoc ex parte tantum & collatione primę tonsurę) non vfos per multos annos Abbates nostrę obseruantię his facultatibus, & priuilegijs, & hoc motis ipsis magis timorato quã rationabili scrupulo, quia ille preheminentię, honores & gratiæ, concessę fuerant tẽpore quo Abbatie
erant

erāt perpetuæ, & Abbates Benedicti per Episcopos: nunc autem à nobis facti sunt triennales tantū, auctoritate Apostolica, neque mirum quod apud nostros timoratissimos fuerit hic scrupulus, cū Ioannes Andreas & multi Canonistę, & Syluester magnā imposuerint differentiā inter Abbates Benedictos & Mitratos, & non Benedictos. Sed certē Eugenius Quartus Pont. Summus, magnus fautor huius nostræ obseruantię, cui post Deū debetur: tales timores priuilegio obseruatię sancti Bernardi, Hispaniæ, & hæc dubia abstulit, priuilegio. 6. nu. 14. dictæ obseruantię, vbi concedit, quod licet reformator Abbas generalis, & cæteri Abbates obseruantię, sint triennales, neque benedicantur: omnibus tamen & singulis honoribus, præhementijs, priuilegijs, prærogatiuis, iuribus, & insignijs Abbacialibus, fungi possint, quibus perpetui & benedicti per Episcopos poterant: & idē Iulius. II. priuil. 19. nu. 7. 8. & 9. & sic vltra hoc consultatum fuit Romæ cū doctissimo Nauarro, & cum Curialibus Domini Papæ, & officialibus, & omnes vnanimiter responderunt, & dixerunt, posse supra dicta omnia, & sic omnibus vtuntur, & solēniter benedicunt populo, & hoc semper fecerunt cum Adiutoriū nostrū in nomine Domini, & c. quamuis ferè solum in Missis solēnibus, cū possint, & ad Vesperas & Laudes. Sed quod maiore ingessit omnib⁹ difficultatē fuit priuilegiū illud Innoc. Octauī, de cōferēdis Diaconatus & Subdiaconatus ordinibus, reclamāte axioma illo, & maxima Canonistarū, & pluriū Theologorū quod ea, quæ sunt ordinis Episcopalis nequeunt subdelegari, vel committi non Episcopis, licet secus sit de his quæ

quæ sunt iurisdictionis: at conferre ordines sacros, ordinis est Episcopalis, imo secūdum multos Theologos & iuris Canonici peritos, etiam consecratio altarium, & calicum, ergo, & c. Insuper, quia multis annis non fuerunt in vŭu Abbatibus obseruantię, saltim, multæ ex dictis præhementijs: & per consequens, abrogate ex non vŭu.

*Summus Pontif. potuit Abbatibus concedere quæ
S. ordinis Episcopalis. §. V.*

Ad horū primū respōdemus, verū tenet illa Canonistarū maxima, quod ea quæ sunt Episcopalis ordinis nō sunt delegabilia, ab ipsis intellige Episcopis, bene tamē à summo omniū Episcopo, & Iesu Christi vicario in terris, in quo solo residet potestatis plenitudo: semper tamē excipies cōferre ordinē presbyterat⁹, siue sacerdotij, quia facere sacerdotē, præsupponit cōsecrationē Episcopalē, id est, præsupponit perfectissimū sacerdotiū, quale quoad hoc est solū Episcopale, sicut generare hominē sibi similit, nō solū præsupponit hominē, qualis est infans vel puer, sed perfectū quoad hoc hominē, id est. 17. annorū ad minus: at reliqua quæ sunt ordinis Episcopalis, vt cōferre minores quatuor ordines, & Subdiaconatū & Diaconatū, vt in hoc speciali casu, cōsecrare aras & calices, & c. & cōfirmationis sacramētū cōferre, Sum. Pont. cōcedere potest, & cōcessit non Episcopis, quāuis dignitati post Episcopalē Abbaciali, maximè sepe quæ (vti diximus) in ecclesia Dei magnis fuit decorata honoribus & gratijs, vt respectu inferiorū nequeat absolutē dici simplex sacerdos, licet bene respectu Episcoporū & oēs Canonif. & aliqui Theolo-

Theologi affirmant, quod ministrare sacramentū Confirmationis sit ordinis Episcopalis : & negare ipsi non possunt, quod Summus Pontif. potest illud cōferre priuilegium, vt det simplex sacerdos dictū sacramentum, vt de facto commississe legamus aliquos Summ. Pontif. imo dicitur Gregorium Magnum nostrum huius nominis iubar, primum cōcessisse monachis nostris qui cū Augustino monacho fuerunt in conuersione Anglorum, qui postea factus est illorum Episcopus: & vt constitit supra sic respondet Victoria, & dicit in illo nullum esse scrupulum: secus esset intolerabilis error, causatus à Summo Pontif. imo respondit Innoc. Octauus, & Eugenius Quartus suis factis, & de fratrum suorum Cardinalium cōsilio. Vnde Henriquez qui postquā suscipit dicta Abbates nros negauerat temerè, tractatu de ordinis sacramento, postea quasi pœnitentia motus, & ratione, & visis priuilegijs nostris: vltimo Summæ totius folio & ferè linea, fatetur se deceptum, & posse affirmat.

Non vsus quis damnosus? §. VI.

AD Secundum respondeo, quod defectus vsus alicuius priuilegij, in aliquibus particularibus non est defectus vsus respectu totius communitatis, cui concessum est priuilegium, & sic Abbates Galie, dictis omnibus supra dictis vsi fuerunt, & Abbates Neapolis, Fládrię, & non solū vnū, sed plures vidi in Hispania monachos peregrinos qui ab Abbate Cysterc. receperant Diaconatū, & aliū vidi qui ab Abbate mori mūdi receperat, qui erat tunc monachus

chus sanctæ Mariæ in rupibus, & cæteris omnibus visis fuerat Aragoniæ & Nauarræ Abbates, gratijs. Addimus insuper, quod cum supra dicta priuilegia, tam in iure, quā extra ius, cum sint facultatiua, & ad dignitatem Abbacialem in communi pertinentia, & sic per non vsus, per longissimum etiam tempus omissa, ad Abbatum nutum, poterunt illis vti, vt notat Felin. super. c. cum accessissent. de constit.

Quid sit Abbatibus iure prohibitum. §. VII.

Prohibetur Abbatibus ne extra sua monasteria, vel extra ecclesias ad se pertinentes iure pleno, benedicant per vias obuiantibus sibi, quia hoc solius Episcopalis vult ius esse dignitatis & decentiæ, & sic Episcopus quisq; in aliena diœcesi benedicit signum faciens Crucis super omnes obuiantes, & habitum personæ Episcopalis commune portat, & galerum supra pileum, & Crucem in pectore: & possunt ei defluentia vestium (quæ caudā dicunt) deferri à famulo, quia isthęc nō tollunt iurisdictionem, sed sunt personæ decentiam tangentiæ, neq; alia præter benedicere per vias moderatur Pont. quoad Abbates, sed reliqua decentiæ, illis relinquit, cap. Abbates. de priuileg. in. 6. Obseruandum tamen, quod iam ferè omnes religiones, vt par est, communicamus in bonis spiritualibus, & gratijs: liberalitate Summorum Patrū Pontific. sed non intelligas communicari priuilegia facultatiua dignitatum, vt sunt supra posita, quæ primo & per se respiciunt personas & dignitatem Abbatum sancti Bernardi, quia isthęc alijs religionibus nō cōmunicantur, neq; per cōmunicatiōnem,

tionem, Guardianus sancti Francisci, aut Prior Carmelita uti posset Baculo & Mitra, & consecrare altaria, &c. & decimas non soluere. Priuilegia igitur quæ communicantur sunt, quæ communicabilia sunt, ea scilicet, quæ ad animam attinent: ut sunt indulgentiæ, gratiæ potestas dispensandi in votis, vel absoluendi, de qua nobis inceptus fuerat sermo, ob quod argumētum cōmune in aliquas prerogatiuas Abbatū nostri ordinis incidimus, digressionem aliquā facientes, neq; mirum, neque vituperabile, si in calce huius laboriosissimi operis, in bonū omnium & præcipuè nostrorum ecclesiasticorum desumpti, nostræ religioni aliquantisper quasi solē deseruierimus.

Quoad forum animæ quid possint regulares. §. VIII.

Ad institutum igitur nostrum redeuntes: dicimus primo, quod possunt omnes generales ordinū, siue congregationum, & prouintiales, absoluere ab omnibus casibus Papæ referuatis, quomodocumq; à censuris eis annexis, etiam in casibus Bullæ Cœnæ Domini, quoscumque religiosos sibi subditos, semel tantum: hac facultate Apostolica cum vno religioso vtētes, nullo casu exceptato, propter quem Sedes Apostolica consulenda foret, quomodo crimen quodcumque siue excessus commiserit, ante ingressum religionis, siue post, & ab omnibus pœnis & censuris, etiam Papæ quomodocumque referuatis: & dispēsare eū vnoquoq; super quacūque irregularitate, exceptis ortis ex homicidio volūtario quod

quod iā. i. p. tractātes de irregularitate dixim⁹, & probauimus, intelligi solū de homicidio factō cū mor. peccato, & iniusto: nam irregularitas quæ oritur ex homicidio factō in bello, vel in iudicio iusto à talibus dispensari potest religiosus à dictis. Insuper exceptatur irregularitas ex bigamia, & ex mutilatione mēbri alieni volūtaria, ab hac facultate: & insuper possunt tollere omnē inhabilitatē, & quacūq; notā, siue infamiā, vel quoduis impedimentū, prohibēs ordinū vel honorū ecclesiasticorū susceptionē, & ascēsum: hoc magnū priuilegiū susceperunt omnes superiores ordinū, qui cōmunicāt in nostris gratijs, quales hodie sunt omnes approbati & obseruātes, quos viderim & patres Societatis Iesu: beneficio nostræ S. Bernardi obseruatiōis Hispaniæ, quibus primo cōcessū fuit ab Eugen. III. priuil. 5. & 9. primo dato Florētiæ. an. 1434. 7. chalēdas Decēb. an. 4. Pōt. alt. Bononiæ an. 1437. chalē. Nouēb. Pōtif. sui an. 7. quia & si Cœles. V. suæ cōgregatiōni idē cōcesserit, ut cōstat eius priuilegiōrū collectiōne, nu. 58. & idē Euge. III. cōgregat. sanct. Iustini Hispaniæ, quæ dicitur Benedictinorū de *Valladoliā*, ut ex collectiōne eorū constat nu. 7. & 24. & 25. tamē hæc facultas nō se extēdit ad nouitios & donatos, & quomodocūq; oblatos, sicut nostra Cystercif. & nullus casus est exceptatus in his priuilegijs, sed de omnibus intelligitur etiā de casibus Cœnæ, ideo enim cōcessio fuit facta generali Abbati, & semel tantum quoad vnūquēque religiosū subditū, & postea Sixtus. III. concessit Generalibus sancti Francisci similem gratiam ann. 1475. Pontif. sui anno. 6. & limitabit illam ne intelligeretur quoad casus hæreseos,

& schismatis & falsariorum literarum Apostolicarum & deferentium vetita infidelibus: ecce quomodo nostrum priuilegium Eugenij. III. limitatū fuit quoad Franciscanos, vt liquet monumento minorū concessione. 345. verb. absolutio ordinar. §. 6. ergo cōcessio nostri priuilegij intellexit omnes casus etiam Cœnæ, quia vt habetur in glo. super. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. omnis exceptio debet esse de contētis in regula, rescripto, vel priuilegio: vt optimè Deci. ergo cū excipiat aliquos casus Cœnæ reliquos cōcedit, iuxta argumentū. c. quoniā. de cōiugio leproforū. & l. qualitū. §. deniq;. ff. de fund. instr. & sic in primo priuilegio omnes casus absolute cōcedit cū in secūdo aliquos ex eis neget, in quo bene notauit Cōpilator priuilegij Societatis Iesu, quoad illud priuilegij. sed adhuc amplius priuilegiū quoad personas obtinuit his diebus nostra religio, cōcessit enim Greg. XIII. ann. 1564. Romæ. 13. idus Ianuarij Pontificatus sui anno. 3. omnibus Abbatibus huius cōgregationis Sancti Bernardi Hispaniæ obseruantia, vt possint quoad suos quicquid concessit circa casus Papales & censuras, Concilium Tridentinum sel. 24. de reformatio. cap. 6. Episcopis, à quo solum excepit crimen hæresis, exterius prolata, vel scripta, & in disperfando irregularitates occultas, solam excipit ortam à voluntario homicidio, qua gratia toties quoties acciderit, gaudēt omnes prælati religionum qui communicant nostris gratijs, quicumq; inquam Priores, ministri, vel Rectores, vel quocumque vocētur nomine, similē gratiam cōcesserat Pius. V. Societati Iesu, vt cōstat verb. prælati. 1. §. 3. quā extēdit ad quoscūq; casus, quomo-

quomodocumque referuatos Episcopis, possunt & hanc facultatem committere alijs, quos elegerint quoad se, & quoad sibi subditos, sed obserua, quod id quod conceditur prælati ordinum monachaliū Abbatibus inquam, cuiuscumque monasterij, quā verè prælati sunt, & suorum ordinarij in toto rigore & quoad regimen temporale & spirituale suorum monasteriorum, & monachorum nulli subsunt, nisi tantum Summo Pontifici, & si suis Generalibus subsunt, non est quoad regimen & iurisdictionem spiritualement, sed per modum visitationis, sicuti Episcopus aliquo modo Archiepiscopo, quando visitabat Prouinciā: & sic sunt nostri Abbates sancti Bernardi, ita vt in foro conscientia plenum ius habeant, & lex siue constitutio nostra, habet Abbatē Generalē nō se posse intromittere in spirituale, siue tēporale monasteriorū gubernationē. Sed solū visitare, & mala acta corrigere, & sic neq; respectu Abbatū generalis referuat casus, bene autē Abbates respectu suorum monachorū: hæc dixerim, quia gratia talibus Abbatibus cōcessa, per viā extētionis, & cōmunicationis cōmunia erūt prælati aliarū religionū, qui verè sint prælati: nā in ordine sancti Fracisci Prouinciales sunt prælati, & nō Guardiani, & sic illis & nō istis cōmunicabitur, nisi ipsi Prouinciales ipsis cōmiserint, & hoc & Corduba, & Angles & in tepres Cruciate, & omnes docti ex illis cōcedūt: & in alijs religionibus medicantiū, vbi prælati habēt respectu suorum subditorū vicē curati, & nō vicem Episcopi per se ipsos, idē iudiciū erit, quia tūc Prouinciales prælati sunt, & nō illi immediati quocūq; vocētur nomine. Addimus insuper p̄possūt omnes

Prælati religionum qui verè tales sunt, dispensare cum subditis super irregularitate procedente ex homicidio etiam voluntario & peccaminoso, occulto tamen, & mutilatione membri: illi inquam possunt, qui communicant privilegij congregationis sancti Benedicti, Valisolleti, quia hoc illis concessum fuit Abbati sancti Benedicti a Mart. V. ego bullam non vidi, ut desideravi, quia occasio defuit, & miror, quod illius in suis compilationibus privilegiorum doctissimi, & diligentes mentionem non fecerint authenticam, sed compilator privilegiorum minoritarum satis doctus & fidedignus, testatur se illam vidisse, & legisse authenticam, in illo sancti Benedicti Patris nostri Cœnobio celebri, ut habetur titu. absolutio. ordina. quoad fratres. §. 40. & communicatio privileg. §. 34. in secunda & nouiori impressione. Nos & ferè omnes religiones hodie illis fruimur, per communicationem.

Quid regulares quoad seculares possunt. §. VIII.

Quoad seculares autè videndum nunc, quid possunt privilegiati regulares: primo religiosi omnes Mendicantes, possunt qui expositi sunt à suis superioribus & ab Episcopo approbati ut idonei absolueri quoscumque seculares, ab omnibus casibus ab Episcopo reseruatis quomodocumque, extra illos quos ius Canonicum decreuit Episcopis reseruandos, & hoc habent iure communi per illam Clementin. dudum. de sepult. & insuper à censuris, à iure vel per quascumque constitutiones Episcopis reseruatas, & privilegij mendicantium, in iure concessis, communi

unicamus monachi ferè omnes, non mendicantes de nobis instituti sancti Bernardi, constat nobis ex Bulla Pij Quinti experientia, & postea Bulla extensionis Sixti Quinti, de qua supra. Insuper quoad omnes casus Episcopales concessum fuit congreg. sancti Bernardi Hispaniæ, & quoad omnes censuras, & dispensationes Episcopales, pro certis diebus, scilicet sanctæ Hebdomadæ, & octauis sancti Paschatis, & festiuitatum sanctis. Ducum nostrorum Benedicti & Bernardi. Demum hoc certum multis privilegij, ultra illud cap. siue Clement. dudum. de sepultur. omnes religiosos posse (dum confessores sunt expositi) absolueri ab omnibus casibus Episcopis quomodocumque reseruatis, & à censuris similiter, & in omnibus illis dispensare, in quibus Episcopi, scilicet, quod petere possit debitum, qui post votum Castitatis siue religionis contraxit, & similiter, ut possit petere qui cognouit inhonestè & incestuosè, in primo vel secundo gradu consanguineam, vel quæ cognouit consanguineum coniugis, vel viri sui, ut concessit Iulius Secundus congregationi sancti Benedicti Hispaniæ. & Pius Quintus Franciscanis viuæ vocis oraculo, & hoc intelligitur cum commissione suorum superiorum Prælatorum, Frater Alfonso à Vera Cruce, grauis & pius adducit hoc privileg. in suo speculo coniugatorum, artic. 23. de impedimèto incestus. Insuper quoad seculares, possunt regulares ferè omnes, qui expositi sunt modo dicto: nam de his est sermo, absolueri quemcumque secularem de peccato & censure de simonia cū non fuerit commissa in acquisitione beneficij, vel recedente ordine, ut concessit Eugenius Quartus mi-

noribus, vt eorum collectione verbo absolut. ordi. quoad seculares secundo. §. & Pius Quintus concessit Societati Iesu, vt habetur eorum compendio, verbo prælati. §. 3. Imo quod magis est, possunt omnes confessarij secularium regulares, qui cõmunicant gratijs & priuilegijs Societatis Iesu, absolue re ab omnibus casibus Papæ referuatis, extra bullã Cœnæ Domini, & ab omnibus censuris Papæ referuatis, vt concedit dictis confessoribus Societatis Iesu, Paulus. III. vt liquet ex eius bulla ann. 1545. quæ incipit Paul. III. cum inter cunctas die. 3. Iulij, Pontific. sui. 3. vidimus illam & legimus: Romæ, quod est magnum priuilegium, & cum dico illo gaudere omnes ferè religiones, addens aduerbium moderatum, quia multæ habent extensionem priuilegiõrum aliarum religionum, & communicant autoritate Apostolica priuilegijs aliarum, vt habent Franciscani, Dominicani, & Eremitæ Augustiniani, & Monasticæ Benedictinorũ sanctæ Iustinae, & Cisterciens. siue sancti Bernardi, & multæ aliæ communicationem habent priuilegiõrum aliarum & aliqua (vt nostra & Societatis Iesu) omnium etiam maris magni, & cum dicimus posse regulares supradictos, absolue re à censuris, & casibus supra dictis, non solum intelligitur de censuris à iure, sed & ab homine, vt concessit Eugenius Quartus dicto supra priuilegio nostræ religionis, & fratrum nostrorum sancti Benedicti nigrorum, & ne contra hoc obstaret decretum quoddam Concilium Lateranens. sub Leone Decimo, quo cauetur ne religiosi absoluant ab excommunicationibus ab homine, quia ipse Leo Decimus qui præsidebat dicto Concil. concessit

fit, vt possent Franciscani confessores absolue re à censuris ab homine, vt habetur eorum collectione concessione. 27. ad petitionem P. Francisci Lique-ti Generalis, qui scripsit super quatuor libros sentent. Scoti. Sed nullatenus nominatim excommunicatos absolue re religiosi possint.

Commutare vota possunt regulares confessarij. §. IX.

POSSUNT Insuper regulares, qui communicant priuilegijs aliorum omnium regularium, quæcumque vota tam realia, quàm personalia, commutate in alia pia & sancta opera, ad arbitrium suum, exceptis votis Papæ solo referuatis, qualia sunt Religionis, Castitatis perpetuæ, & peregrinationis ultra marinæ, quæ sola est Hierosolymitana, & peregrinationis Romanæ, & sancti Iacobi, Compostellæ in Hispania. Solum hic quasi pro corone addam, quod omnia quæ concessa sunt mendicantibus in Clementin. dudum. d. sepult. & à Benedicto Vndecimo Extrauag. cum inter cunctas, & insuper quæ ipsis mendicantibus concessa sunt à Pio Quinto motu proprio, anno. 1567. eiusdem literis anni. 1578. concessæ sunt monachis nigris, & Cisterciens. nostris Hispaniæ, & Patribus Societatis Iesu, & licet postea Gregorius Decimustertius motu suo proprio reuocauerit constitutiones Pij Quinti pro regularibus, quæ aduersentur Concilio Tridentino ann. 1573. cuius meminit Nauarro cap. vigesimoprimum, numero. 5. & cap. 25. numero. 68. & capit. 27. numero. 179. & alij, tamen dictæ literæ Pij. V.

Pij Quinti suum vigorem & robur habet, tum quia aliàs Pius Quintus ipse, viuæ vocis oraculo eadem concessit regularibus pro foro cōscientiæ, & viuæ vocis oracula nō reuocantur nomine cōstitutionū, vt communis practica Canonistarum habet: tum etiam quod pro foro conscientiæ idem Gregor. cōcessit ad petitionem protectoris minorum, aliō oraculo viuæ vocis: tum vel maximè quod derogatio illa Gregor. XIII. & reuocatio nunquam fuit promulgata neque vsu recepta, saltem pro foro conscientiæ, vt docet expressè Nauarr. cap. 27. manual. nu. vltim. & Pater Henricus Henriquez lib. 6. Summæ de pœnit. 3. cap. 6. lit. R. in margine. Non fuit mihi animus hic referre innumeras gratias, quas ecclesia sancta concessit confessarijs regularium, & insuper indulgentias, quia hoc esset speciali & non breui labore dignum opus. Sed quæ absolutionis circa materiam, se vltro obtulerunt, qui largius id videre voluerit legat compendia & Cathalogos priuilegiorum religionum, & abyssum & verè mare magnum (vt appellatur quædam concessionum bulla) intrabit. Restat breuissimè confessarium monere: vt audiuit cōfessione non sit mutus: est enim secretus cōfessionator, & sicuti peritus medicus, ostendat pœnitenti causas & occasiones suæ infirmitatis vnde procedunt: pusillanimes consoletur, mœstos & imbeciles erigat, proposita Dei misericordia inexhausta duros terreat, nimis fragilibus & desidiosis, pericula ostendat & diuinum extare iudiciū, ita quod omnibus omnia fiat, & nemo ab ipsius pedibus nō plenus consolationis assurgat, quia omnium debitor est: & si hoc ei videtur difficile, nō mirum est enim:

& sic

& sic cum eiusdem prothothematis repetitione finem desideratum imponimus huic laboriosissimo operi, quod magnum est ministerium, graue munus, medicina animarum, & quod nos post tot canis reppersum caput, in Theologiæ moralis studio, & in practico exercitio, illud pertimescimus. Faxit Deus Opt. Max. vt hic noster labor in eius gloriam & laudem, & Ecclesiæ suæ sanctæ obsequium, & proximorum vtilitatem cedat.

Amen.

APEN-

A P E N D I X

VERA QVAVNDAM
 Extrauagantium post Concilium
 Trid. Decretarum, præcipuè in
 clausuris regularium intelligen-
 tia, & interpretatio casuum-
 que quotidianorum
 decisio.

*Extravag. Pij. P. V. quæ incipit, Pastora-
 lis: & Extravag. quæ incipit, De-
 cori & honestati.
 §. I.*



MICORVM & communis
 utilitatis auidorum, inclinati iu-
 stis petitionibus, post methodi vl-
 timam manus impositionem, pla-
 cuit quædam iura & Extravagan-
 tes Summorum Pontif. (quas vul-
 go motus proprios vocant) secū-

dum verum earum sensum, & communiorem pra-
 xim interpretari: quæ post Concil. Trident. nostris
 diebus prodire. Nam alia iura credimus (quod fat
 est) in corpore summæ liquido constarunt, quoad
 mate-

*Cap. peri-
 culoso, de
 sta. regul.
 in. 6.
 Et Conc.
 Trid. ses.
 25. c. 5. re-
 gul. Extra-
 vag. Pij. V.
 circa Pasto-
 ralis: & Ex-
 travag. Deco-
 ri eiusdem
 Pij. V.*

matarum conscientię enodationem. Prima igitur
 constitutionum, quam explicare nitimur com-
 munitissimos habet casus & dubitationis ansas. Ea
 est circa Sanctimonialium clausuram, de qua pri-
 mo licuti apud omnes certum est Theologos, & iu-
 risperit. nõ esse iuris naturalis vel diuini, directè,
 & secundum se, sed humani Canonici (quod positi-
 uum vocant) sic tamen quod ortum habeat á iure
 diuino & naturali: Nam promissa reddere iuris est
 merè naturalis iuxta: at promissa Deoque vota exol-
 uere, naturalis & diuini: cum ergo regulares omnes
 viri & fœminæ vouerint Deo solenniter in mani-
 bus acceptantis, nomine Dei & Ecclesiæ, Prælati,
 Pauptatem, Castitatem, & Obedientiam: igitur
 quicquid maximè conducens (imo secundum cir-
 cunstancias temporis & occasionum necessarium,
 vt modo clausura sine vlllo dubio est, ad seruandam
 castitatem) erit necessario statuendum, & per obe-
 dientiam imponendum illis ad adimpletionem ta-
 lis voti, quæ est iuris sine dubio naturalis & diuini:
 & tales constitutiones ordinum suorum, quanto
 magis Ecclesiæ, & Summorum Pontific? vouerunt
 obedire virtualiter, in obedientiæ voto quem solè-
 niter vouerunt. Igitur Ecclesiæ Christi Sponsæ, cõ-
 missa est ab eo, vt Deo & homine, facultas conden-
 di leges, ad obseruantiam eorum quæ iuris sunt na-
 turalis & diuini conducentes.

Nemini autem dubium esse potest, mulierũ qua-
 rumcumque liberam & vagam licentiam (nè dicã
 Deo dicatarum) esse nociuam honori, & securitati
 honestatis. Secus ab initio mundi recollat, quæ dã-
 na Adamo imo & ipsi Heuæ omniũ matris, imo th-

ti hominum generi, peperit, illa licentiosa deambulatione eius absque marito, etiam per Paradisum: Genes. cap. 3. narrat: & quid illa curiosa Dinæ filię Iacob enagatio, in ciuitate Sichymorum, quæ mala attulit sancto Patriarchæ, filijsque eius, & misero Principi, & ciuibus Sichymitis, discat ex Histor. Gene. cap. 34. legat quomodo Abrahamo hospicio Angelos recipiente Sarra domi reclusa manebat, in cap. Gen. 18. Et recogitent qui dubitare volent, Apothegma illud siue adagium, tam verum quam antiquum, quo Hispanè dicitur, *La mugery y la gallina por andar se pierde ayna.* Nec dubium etiam in Dei Ecclesia ab initio eiusdem nascentis, fuisse sicuti virorum, sic & foeminarum Deo dicatarum: secundum veram religionem conuentus & congregationes Cœnobiticas, quarum Prothotypus fuit illa sodalitas sanctarum mulierum, quæ Dominum Iesum secutæ fuerant, sub excellentissima Abbatissa Maria matre Iesu, quæ prima integritatem, sub voto virginittatis Deo consecrauit. Et hoc institutum narratur secutum Dei Apostolum & Euangelistam Mattheum, cum moniali Efigenia sancta, & sociabus, & quâuis hæc historia apocripha videatur Caieta. super quæstione. 88. 2. 2. artic. 11. 5. tom. ob defensionem cuiusdam sui delirij contra eundem sanctum. D. tamen iustam alijs non paruam addit comprobationem: præcipue cum nobis constet quod ante mille ducentos & eo amplius annos, iam ecclesia domos & Cœnobia sanctimonialium, & admiserit & fouerit, & instituerit cum aliqua clausura, & si non adeo stricta ut modo, ut liquet, ex statutis S. Augus. quæ referuntur epist. 109. eiusdem, sed illa saltim confortio virorum quæ pro

tem-

tempore videbatur sufficiens ad obseruationem thesauri Castitatis, quæ qui inuenit abscondat est necessè iuxta parabolam Euangelicam, & sic crescente hominum malitia, & indies magis tepente charitate multorum Bonif. VIII. Summ. Pon. de arctiori custodia prouidit, monialibus formam clausuræ inducens. cap. periculoso. quod est primū de stat. regul. in lib. 6. de cretal. & sic tam arceat ingressum inhonestarum personarum vtriusque sexus in monialium monasteria, quam egressum earundem sanctimonialium: in quo aduertendum est statuto, quod quoad ingressum ad monasteria sanctimonialium duo ponit moderamina, etiam respectu honestissimarum personarum. Prima est rationabilis & manifesta causa. Secunda est licentia eius ad cuius iurisdictionem dictæ sanctimoniales iure ordinario pertinent prælati. Ad egressum vero monialium, vnicum apponit moderamen, scilicet tantalisque & euidentis morbi occasionem, ut in communi monasterio nequeat curari patiens, absque graui periculo (contagionis scilicet) aut scandalo incommorando. Hanc iuris communis constitutionem, Concilium Tridentinum renouauit his diebus ante actis nostris, sessio. 25. capit. 5. de reformatio. regular. capite sic incipiente, Bonifacij Octaui constitutionem, &c. vbi Concilium Episcopis sub comminatione maledictionis æternæ præcipit, ut clausuram sanctimonialium, vbi lapsa est, restaurent, & vbi nulla statuatur, & vbi relaxata est erigatur, & hoc etiã inuocatione auxiliij brachij secularis, si opus fuerit ad resistentes. Et adiicit Cœcil. *Nemini autem sanctimonialium liceat, ostensione*

exire

exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocumq; pre-
 textu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approban-
 da. Indultis quibuscumque & privilegijs non obstantibus.
 Ingredi autem intra septa monasterij, nemini liceat cuius-
 cumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, si-
 ne Episcopi vel superioris, in scriptis licentia obrenta, sub
 excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, quam da-
 re debeat Episcopus vel superior, in causis tantum necessa-
 rijs. Hæc verba decreti Concil. Pius autem. V. re &
 nomine, proximioribus annis, scilicet ann. 1566. 4.
 Kal. Iunij Extrauaganti, siue vulgo motu proprio,
 suo statuit sic incipiente, *Circa Pastoralis officij, &c.* in
 nouando tum prædicti cap. periculoso, decretum Bo-
 nifac. VIII. & quod modo expressimus Conc. Tri-
 dent. proximè statutum de monialium clausura: ex-
 tendendo illud ad quascumque moniales, quarum-
 cumque religionum, siue nominum, siue miliciarum,
 & quamuis solas nomet militares Hierosolymi-
 tanas, quas nos sancti Ioannis nunc de Malta voca-
 mus: sub illis omnium aliarum militiarum à fortio-
 ri comprehendit, Calatrauz, scilicet, Alcãtaræ, Mõ-
 tesi, sancti Iacobi, & omnes etiam Terciarias, siue
 Beatas, quæ nos Beateria vulgo vocamus: sub iussa,
 & in dicta stricta, clausura coniungit. Cognouimus
 enim nos in pueritia & iuuentute nostra, monaste-
 ria in nostra Hispania, non infima, absque hac arcta
 clausura, quorum vnum fuit illud celeberrimum oppidi
 Sancti Clementis in Marcha Carpentaniæ (quod
 nos ad hanc lucem venientes gremio suscepit) insti-
 tuti minorum: & adeo Pontific. hic. V. huius, vt ne-
 cessarissimæ clausuræ extitit zelosus, vt adhuc aliud
 motum proprium (vt dicunt) siue Extrauagantem,
 ediderit

ediderit Romæ apud sanctum Petrum an. 1569. Ka-
 lend. Febru. Pontifica. sui anno. 3. quæ incipit *Deco-
 ri, & honestati, &c.* vbi nulla egressionis sanctimo-
 nialium à monasterijs suis, exceptatur occasio, nisi
 tres, scilicet incendium ignis, in monasterio, & in-
 firmitates duæ, lepra videlicet, in qua multæ inclu-
 duntur species, & epydimia siue pestis, sub qua om-
 nes species pestis, aeris corrupti, Inguinariæque, &
 aliæ sub nomine speciei pro genere sumpto, com-
 prehensæ includuntur cætera sigilla. im explicabi-
 mus: sunt enim casuum ordinariorum.

§. II.

Quod primo circa supra dicta decreta, nõ quos-
 cumque, sed & doctos mouit & torfit, illud fuit, quod
 cum sanctimoniales aliquæ, clausuram non voue-
 rint, imo neque secundum statuta suæ religionis (ex-
 pressè vel saltim virtualiter, ab Apostolica Sede ap-
 probata) talis clausura non erat indicta, imo eius
 oppositum, quomodo ergo Pius. V. & Greg. XIII.
 post citatum cap. periculoso, contra naturam legem,
 cogere nituntur sub voti adimplerione solennis:
 quod non fuit promissum, & per consequens, neq;
 debitum, neque reddendum? Ergo minus sub censu-
 ris maximis iubendum iniuste. Hæc vis non parum
 torfit Ioann. Monach. super dictum cap. periculo-
 so. & Dominic. in glos. & Perus. imo, & hoc argu-
 mento quasi palmario triumphat pius Nauar. in fa-
 uorem conuentualium Frãciscanorum (quos iustif-
 simè quicquid ipse rennitatur) sanctissimus Pius. V.
 reduxit in Hispania ad obseruantes, super cap. nul-
 lam, & super caput statuimus. 19. q. 3. num. 40. sed
 certè vt in simili casu millies cõcedit nostri Theo-
 logi:

logi: hoc dubium nullam habet vim. Nam quæ monialis vouit Castitatem solenniter, vel tacitè, vel expressè, & vouit Obedientiam, quæ est primum & præcipuum omnium votorum: & sic vouit virtualiter quicquid nimium conducens est, imo moraliter loquendo necessarium ad Castitatem seruandam, solenniter Deo votam, & virtualiter, absque dubio, secundum omnes iurisperitos, & Theologos, vouet emittens professionem, obedire omnibus quæ statuenda sunt imposterum, à sua Religione (nec dum à Summo Pontifice & Ecclesia) cōducentia, ad obseruantiam trium votorum, quæ essentialia vocantur, vt in simili innuit Decius super cap. ad nostrā. de appel. quamuis nodū non omnino dissoluerit, quē accuratissimè sanctissimus Pater noster Bernardus, libro illo aureo, de Præcept. & dispensatione dissoluit. Et sic nunc visis occasionibus & seculorum malitia, & periculis statuit actualiter Ecclesia, vt necessarium statuendum, illud quod à monialibus talibus Terciarijs, fuerat virtualiter votum & promissum, sicuti si stipula vouere posset se non comburendam ab igne, quando ignis iuxta illam esset accensus, non fieret illi iniuria, si omnino recluderetur, vt seruaretur ab imminente combustione, promissa caueri, & Nauarro & Henriquez & omnes quod quot sciuere statutum quodam nostrum Cystericiense, siue Diui Bernardi, regidius factis, Apostolica auctoritate confirmatum, de iterandis omnibus confessionibus rite factis, per annum, cum Abbatibus nostris ab vltimæ confessione cū illis facta, vt cognoscant ipsi Pastores vultum ouium suarum & statum, hoc quid asperius (quid magis cōtra

tra

tra Euangelicam suauitatem? vt secundo peccata confessa & fortè remissa, imo remissa confitear Ab bati? & tamen dicunt omnes, quod nos virtualiter sub obedientiæ voto subiecimus nos ipsos, huic ordinationi: verius igitur in argumēto, in quo versamur: virtualiter hanc clausuram strictam vouerūt omnes moniales, quæ Obedientiam & Castitatem vouerunt. Et contra hoc vel supra, vel infra, nihil potuere eorum statuta vel foundationes, neque immemorales consuetudines propter fundamentum dictum.

Gregor. XIII. motus proprius Deo sacris virginibus ad verā claustrum monialium. §. III.

ET Greg. XIII. prædecessoris sui vestigijs inherens, innouauit prædictū cap. periculoso. & Concil. prædicti Trid. decretū, & Pij. V. Extrauagātes, imo piè prouidit pro Terciarijs & alijs Beatis, & pro pauperum monialium prouisione elemosynaria ne penuria occasione contra clausurā daret, & quasdam conuersas professas, quas Pius. P. V. concedebat, vt possent habitare foris, in domo contigua monasterijs, pro prouisione earum, Gregor. abstulit, & Episcopis, & superioribus iubet, vt vbi alia via (quas prudentes ipse prouidet) illis prospici potest, prædictæ laicales moniales conuersæ recludantur, vt cætera. Et addit, quod clausura sic obseruetur, quod sanctimoniales non exeant etiam, ianuis clausis: ad loca ea, quæ illis apertis communia sunt pedibus secularium, etiam ad Ecclesiam, etiam inter duas portas ad claudendam

Sff 2

prima:

prima: quod medium Hispani *Azaguan* vocamus, mutato vocabulo, hæc Extrauagans data fuit Romæ apud S. Pet. ann. 1572. 3. chalen. Ianua. Ponti. dicti Domini. 1. anno, & eius initium est, Deo sacris virginibus, &c. ex quibus liquet quo animo & zelo sancto clausura sanctimonialium ab ecclesiæ Capitibus sit procurata.

§. IIII.

Et non solum earum egressio, & seculariū ad illarum septa introitus est sic prohibitus, sed & freques cum monialibus clausis collocutio, & visitatio, etiā medijs cancellis & repagulis, siue retibus ferreis: clericis & laicis prohibetur sub pœnis grauibus. Nam de regularibus non est sermo, vt liquet cap. monasteria, de vit. & honest. cleric. lubenturque clerici grauiter puniri, & laici excommunicari, quæ voce tur frequentia in dict. cap. vt & nomen sonat, & nõ vt vult gloss. eius (quæ duas collocutiones pro frequentia damnat) arbitrio prudentis iudicis est librãdum: nam si vno die vel duobus immediatis duę fiãt collocutiones, & visitationes, frequentia apparet, non autem si fiant in mensis distantia, & minus si in anno: & causa rationabili & honesta. & hic est cõmunis iuris perit. modus iudicandi, iuxta leg. Labeo. ff. de suppel. leg. & cap. ex liter. de sponsalibus, eandem frequentiam prohibet dictum cap. periculoso. de stat. regul. lib. 6. & Concilium Trident. & dictæ Extrauag. in quibus modoveriamur. Vnde cum materia sit scandali dati, postquẽ tot prohibitiones, frequentantes clerici vel laici, colloquia sanctimonialium, peccabant mortalit. & contra charitatem scandalum præbendo, & contra obedientiam ecclesiæ,

siæ, in re tam graui & iusta videant quid faciunt: at si causa iusta sit & honesta, & cognita, non vetatur frequentia.

Quis index honestatis ingressus, & egressus sanctimonialium monasteriorum? §. V.

Duo ergo videnda restant circa hæc iura: primū circa ingressum ad monasteria monialium: secundum de examinandis causis egressionis, & exitus sanctimonialium a suis monasterijs, & ante omnia, vt hæc duo ordinatè resoluamus, videre licet, & examinare, quis sit qui causas ingressus & egressus in monasteria regularium fœminarum, examinare & iudicare, vt necessarias debeat, & insuper licentiam dare ad ingressum ad dicta monasteria, & ad exitū monialium ab illis. Nemini dubium esse potest, legenti supra posita decreta: quod Episcopus a Concilio sancto, & a Summis Pont. in suis decretis, ad sepra dictas causas examinandas, & licentiam dandam egressionis, sit Episcopus diœcesis, aut eius locum tenens Vicarius Generelis, sed hoc intelligitur quoad sanctimonialium monasteria sibi subditarum ordinaria iurisdictione, & quoad immediate subiectas Sedi Apostolicæ, existentes in sua diœcesi, authoritate delegata, qua illi vt legato Papæ cõmittitur clausura monialium, & executio prædictorum decretorum: at respectu monialium subditarum immediate prælatis regularibus, hæc inclusio & restauratio ad prædictos regulares superiores pertinet: quod patet, quia & si decretum Concilij Tridentini, dicta sessio. vigesima quinta, cap.

3. de regularib. clausuræ restorationem solis videatur committere Episcopis in prima clausula: tamen hoc intelligitur respectu sibi ordinarię subiectarum, & etiam respectu illarum, quæ immèdiatè solo Summo Pontifice (vt erant aliquę sancti Petri, & sancti Ioannis Lateranens.) erant subiectę, quas quoad hoc Sedes Apostolica delegauit Episcopis, in quorum diocesisibus consistebant: & esto quoad hoc de solis Episcopis loquatur infra, in reliquis disiunctiua, siue alternatiua vitur, vt liquet, verbis illis: *Sine Episcopi vel superioris licentia, inscriptis optenta.* Et infra: *Dare autem licentiam Episcopus vel superior debet, &c.* & infra: *Curent Episcopi, & alij superiores, &c.* Ecce quomodo sicuti in cap. Periculoso. de statu mon. in sexto. & cap. primo, de statu regular. cum disiunctiua Episcoporum, vel illius ad quem pertinuerit iurisdicctio ordinaria monialium, sic in Concilio, & extrauagantibus, sub eadem disiunctiua Episcopis, siue alijs superioribus committitur, & obseruatio clausuræ, & examinatio causarum iustarum, ad ingressum honestarum, & necessariorum personarum: sicuti egressionis sanimonialium: & hæc est verissima doctrina, quia executio horum decretorum, suis immediatis iudicibus & ordinarijs committenda est, & hic est iuxta vtriusque iuris peritos verus, & genuinus sensus illius regulæ iuris, in alternatiuis, libro. 6. & iuxta argumentum intellectus. l. plerumque. ff. de iure dot. quicquid perperam Ioann. Monach. contra nitatur, suo futili argumento, scilicet, quod ad illos tantum pertinent licentię, & examinationes causarum, introitus ad monasteria extraneorum, & egressus monia-

monialium à monasterijs suis, ad quos dirigitur, & quibus committitur earundem clausura; at hoc fit solis Episcopis, igitur, &c. Hæc inquam vis argumenti: tum in Dialectica est illatio ridicula: & sicuti consequens est falsum, sic & illud ex quo sequitur: neque locum habet hæc forma argumenti in topicis: nam dato (quod nec concedimus) quod solis Episcopis vt potentioribus, committeretur restitutio clausuræ, vbi esset labefactata: vnde locus ex hoc, dare licentias postea honestarum personarum ingressuum necessariorum, vel examinandi causas, & dandi licentiam ad exitum monialium iustum, illis remanserit imposterum, in non suas? Ridiculum est, & illius decreti, & talium tactorum decretorum (cum distributiua sint) intellectus, vult accõmodam distributionem, iuxta bonam Logicam, vt quod iubetur Episcopis quoad suas, & Sedi Apostolicæ immediatas, iubetur alijs religiosijs prælatis, quoad suas, in dictis disiunctiuis: & hunc sensum esse genuinum tenent Domi. Archidiac. & Ioannes Andreas super citatum cap. periculoso. de stat. monachor. in. 6. & gloss. §. & quoniam. quę verba. §. & quoniam sunt, quasi tenor huius musicæ decretorũ, de clausura monialium: secundum enim intellectum huius clausulæ interpretatæ debent regulari interpretantes in dubio saltim, iuxta Authentic. hæc cõstitutio. §. hoc igitur. colum. 6.

§. VI.

VNDE INTREPIDE nos dicimus, quod regulares; vel Generales, vel Prouinciales, vel Abbates, vel alij monialium superiores,

ordinarij, non Episcopi, possunt & debent examinare causas honestas & iustas, ingressus aliarum personarum extranearum, ad monasteria sanctimonialium, & licentiam dare debent in scriptis, sub poena peccati mortalis. Et quia causæ aliæ sunt iustæ, & claræ necessariae, vt sunt ingressus confessorum, siue capellanorū, siue vicariorum, ad administranda sacramenta infirmis: ingressus medici, chirurgi, & barbitonforis, pro curatione & Flebotomia, & cementariorum carpentariorum, & latomorum, aliorumque officialium pro ædificijs, quæ fiunt intra monasteria, & magistrorum operum, siue Architecturæ magistri, secundum Nauarrum, & ferè omnes: à fortiori, cum sine his erraretur in ædificijs, hi omnes tales non egent licentia speciali, neque in scriptis, cum causa sit iusta & manifestè honesta, & à iure ferè exceptata, iuxta glossam dicti cap. periculoso, verbo, causa, & horum ingressus licentia, vel est data in scriptis Generalibus confessorū, vel in licentijs Abbatissarum, vel Priorissarum, vel inclusæ sunt in licentia ædificiorum, cum iuxta regulam iuris accessorium sequatur suum principale, doctrina supra posita est communis, & in praxi confirmata in omnibus à Theologis & iuris peritis, illam tenet in omnibus Nauarro super cap. statuimus. 19. quæstione. 3. de voto pauper. numero. 59. & 60. & multi alij quos non citamus breuitati studentes.

Addimus insuper posse ingredi dictos confessarios, siue vicarios ad videndas infirmas si sunt proximè morti & ad adiuuandū illas in agone mortis, quia causa iusta & honesta factis est, ad quam ostiū aper-

apertum reliquit Concilium Tridentinum dista. s. sio. 25. cap. 5. reformatio. cum iuxta decreta Concil. Matifcon. 1. cap. 2. & Arelat. cap. 7. vetuerit Tridenti. ingressum intra septa monasterij, quæ in margine citat. Et Insuper dictus confessor siue vicarius ingredi poterit, si officium œconomi, siue maiordomus exercet, ad querendas scripturas pro iustitia tuenda bonorum monasterij, si archiuum scripturarum, ob securitatem est intra monasterij septa, quāuis vbi fieri posset scripturæ esse deberent, in contigua domo dicti confessoris, vel vicarij, & moniales in nostra Hispania, vbi reformatissimæ sunt, & credimus in toto orbe pro sua causa prospicientes, fructus intra monasteriorum septa colligunt annuos, triticum, & hordeum, & millium, & tipham, siue vulgo centenum, in horrea sua introducunt: imo vinum in apotecis, siue cælis vinarijs intra septa, & oleum, in almacenis suis intra claustra condentes, & seruantes, & certè neque ius, neque Concilium Tridentinum, neque in suis Extrauagant. Pontific. Summi, mentionem de his fecerunt, quæ tamen neque intromitti ad asseruationem possunt, sine viro- rum ingressu: sunt enim onera importabilia à mulieribus, neque cum ad venditionem mecièda sunt isthæc & extrahenda, vel pro molendino, vt fiat farina absque hominum adiutorio educere possunt: sunt enim mulieres maiori ex parte delicatæ, & nobiles, neque his assuete, & potentes ponderibus, & sic ad hæc vsus & practica, omnibus consentientibus tacitè licentiam dedit, & inclusit sub illo verbo Concilij, in casibus necessarijs: sunt enim isthæc necessaria saltim secundo modo, siue necessarij ca-

fus, necessitate morali, de qua intelligendum Con-
 cilium non est dubium, & non de necessitate Meta-
 phisica, siue simpliciter. Vnde & eadem ducti supe-
 riores interpretatione, concedunt hortulanos vi-
 ros pro hortis monasteriorum, quorum ingressus
 est per claustra monasteriorum, & certè hoc non
 iudicaremus necessarium, etiam moraliter præci-
 pue, cum viderimus monasteria nostrarum monia-
 lium sancti Bernardi, præcipue quæ a nostræ ob-
 seruantiæ superioribus gubernantur, habere horti-
 cos cum ostijs externis pro ingressu hortulani, &
 quod dum ipse rigat, aut plantat, aut laborat, nul-
 la monialium hortum ingreditur per illam portam
 quæ respondet clausuræ monasterij, sed postquam
 in hanc Curiam deueni, vidi quod in Matritio Re-
 gia Hispaniarum Regis potentissimi Curia Catho-
 licissima, & vbi residet Archiepiscopus To-
 letan. Primas Hispaniæ, & Legatus Apostolicus
 de latere, vel Nuncius: & insuper prælatorum
 Regularium flores, permitti in regularissimis mo-
 nasterijs, hortulanos liberè per septa intrantes
 monasteriorum, & sic dicimus etiam iuxta Con-
 cilium posse sine scrupulo. Farmacopola ad dan-
 dam potionem medicam infirmis nequit admit-
 ti: cum non sit casus necessarius. Nequeunt intra-
 re sacerdotes seculares, vel regulares ad claustra mo-
 nialium pro processionibus, etiam Eucharistiæ,
 quia tales adiuuentiones sunt, non casus neces-
 sarij, neque colorem necessitatis habentes, imo ad
 hoc euitandum iussit sacrum Concilium Triden-
 tinum eadem session. vigesima quinta, cap. decimo,
 ne sacrum Eucharistiæ Sacramentum intra cho-
 rum

rum sanctimonialium, sed in publica Ecclesia ser-
 uetur. Possunt & confessarij, siue Vicarij absque
 scrupulo ingredi ad tumulanda corpora defun-
 ctarum, vbi statutum est vt corpora earum in clau-
 stris sepeliantur, vt est in nostro ordine, ab hinc
 plus quingentis annis, sancti Bernardi, & in Or-
 dine Cartusiæ, & in omnibus ferè monialium
 Ordinibus, corpora earum intra chorum, vel se-
 pta monasterij sepeliuntur. Possuntque cum tali
 intrare qui sepulturam aperiat, & qui tumulatio-
 ni ministret. Possunt & Vicarij, & ministri in-
 trare, si cognouerint ignem accendi, quia ex quo
 declarat Pius Quintus, quod in casu incendij mo-
 niales exire possunt (quod maius est) ergo à for-
 tiori intrare ad extinguendum. ~~via~~ super si fur, vel
 alius grassator intrauerit clam per muros, vel vi-
 poterit intrare domestici vt defendant, quia mulie-
 res sunt, & timidæ, quamuis non in his quæ ipsæ vo-
 lunt intèdere. In quibus omnibus omnis absit fraus:
 secus censuras incurrent. Possunt intrare & alij
 officiales fabri, vt organorum emendator, siue
 corrector, Hispanè, *Afinador*, horologiarius, &
 alij qui opera extra septa nequeunt omnino face-
 re necessaria: nam factores, & futores (quos
 etiam necessarios Nauarrus, & alij admittunt.)
 Nos imo, neque aliqui qui eorum ministerium
 perpenderunt, admitti posse dicimus, cum non
 sit necessitatis etiam moralis casus, consuant extra
 portam in locutorijs, vel in alijs locis, vbi vide-
 ri possint: & mensuras vestium ipse inter se sumant
 & cum vestes non debeant esse curiosæ, pa-
 rant refert, aliqualis longitudo, vel defectus,
 depon-

de ponderibus rerum comestibilium vel lignorum, quæ facillè diuidi possunt, ad portam exonerentur, & sic diuidantur, vt manibus vnus vel duarum, vel etiam trium monialium intromitti possint, neque est casus necessitatis, vt intra septa intrent homines ad ponderandum panem, vel farinam, vel alia hæc enim extra portam clausuræ effici possunt, vel fiant ab œconomo vel confessore, vel tæmina donata: demum sciant prælati, solos casus necessitatis moralis, & eorum quæ moraliter euitari non possunt, sibi ab ecclesiâ esse præscriptos ad licentiam dandam, sub diuini iudicij attestatione, videant quo modo lance equa isthæc librant. Et vt huic articulo vltimam imponamus quoad hoc manum, libet pro calce quodammodo nostrorum statutorum (quæ vulgo diffinitiones nos vocamus) ordinis Cisterciensis, siue sancti Bernardi Hispaniæ obseruantie, omnium in regimine sancto, & Canonico, circumpræfissimi, & referam Vernacula lingua Hispana, in qua & statuta fuit, capit. quadragesimo quarto, numero 197. ne suam amittat energiam.

El dicho capitulo interpreta ser causas necessarias para entrar en los dichos monesterios de monjas, los confessores para administrar los Sacramentos, y ayudar a bien morir a alguna Religiosa, los medicos, los barberos, y los officiales mechanicos que huieren de hazer alguna obra dentro del monesterio, que no se pueda hazer fuera: y los q̄ huierẽ de meter cargas, o otras cosas q̄ no las puedã meter las monjas, por la puerta, o por el torno: y si algũ cõfessor entrare en los dichos monesterios sino es a lo q̄ està dicho, sea priuado de su officio. Etcitat ad marg. cap.

cap. periculoso. de stat. regul. libr. 6. Ecce quam sint iuridicè nostræ diffinitiones & statuta, ex quo alios deducere casus erit facile.

De ingressu superiorum, quid? §. VII.

Scimus desiderare multos vt dicamus, quando ipsi ordinarij superiores, & prælati, iustè & quasi necessario intrare poterunt monasteria sibi subditarum monialium: cum nemini dubium sit, ipsosmet, sub prohibitione ingressus esse inclusos, cum dicatur citato cap. 5. sel. 25. Concil. Trident. *§. Ingressi autem intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, vel ætatis fuerint.* Vnum certum etiam est illos nulla hominis licentia egere, sed tantum licentia iuris (quasi dicamus) hoc est, quod intrent cum causa legitima, & in casu moralis necessitatis, verum est, quod quoad forû exterius ipsimet causas necessitatis sui ingressus debent iudicare, videant, ne sint in hoc nimium præcipientes, habent enim Deum iudicem & vltorem, qui nimio zelo domos sanctimonialium & earum clausuram custodit: imo hoc iam sub pœna illis prohibitum est, ne exceptis casibus necessitatis moralis (quos nos explicamus) intræt monasteria sanctimonialium sibi subditarum à Greg. XIII. sua Extrauag. quæ incipit: Dubijs, quæ emergunt, Data Romæ apud S. Pet. an. 1581. sui Pont. 10. 23. Decemb. Episcopi pro primo ingressu absq; necessitatibus dictis ipso facto suspenduntur ab ingressu ecclesiæ: pro secundo, ab vsu Pontificaliũ: pro tertio demum & cæteris ipso facto incurrunt Papalè excommunicationem, quauis absolutione non reseruat, & sic à quocumq; poterunt absolui cõfessario: superiores vero regulares, sententiam

tiam excommunicationis incurrunt ipso facto, & priuationem suarum dignitatum, & administrationum, sed intelligitur pro tertia vice, quamuis non declaret Pontifex, sed post pœnam Episcoporum eodem contextu procedit ad pœnam regularium: & hæc dicit absque alia declaratione iudicis, sed hæc debent intelligi de ingressibus publicis, non auté de secretis, quæ in foro exteriori non probantur, quod attinet ad externas pœnas: nam excommunicationem in tertio ingressu incurrunt etiam secretissimo, & in duobus mortalit. peccant. Primo igitur possunt intrare Episcopi, & Generales, siue alij superiores immediati monialium, in monasteria sibi subiecta, quando se visitatores repræsentant: quia quando denunciant se procedere velle ad visitationem, & monere sanctimoniales debent, & edicta proponere in capitulo earundem, quia res sunt quæ omnes petunt sanctimoniales congregatas, & in loco secreto & separato à secularium auditu, imo & etiam nouitiarum, & conuersarum, & famularum monasterij, & ad hoc nullus locus aptior capitulo conuentuali, vbi ipse conueniunt ad tractandas res Religionis & conuentus, & hoc non habet dubium, & de se liquet, & praxi comprobatum est, & non debet intrare Episcopus solus, vel Generalis, vel Visitator, seu Prouincialis solus: quia cum processus sit iudicij per modum visitationis, & forté etiam per modum Inquisitionis (de quibus supra satis) debet ducere secum secretarium, qui nullatenus debet esse secularis, hoc dicimus, ob Dominos Episcopos, & eorum Visitatores, quod nimis indecens, & indecorum est,

ne

ne dicam perfidum, & inhonestum contra ecclesiasticam libertatem, & decorem, vt secularis notarius sit secretarius vitæ, non solum curatorum sacerdotum, sed & regularium sanctimonialium, qui hostes sunt regularium, præcipuè & etiam omnium ecclesiasticorum, & postea eorum, & earum defectus, & miseras (si quæ sunt) & infantiles rixas, in foris, iocis celebrant, & risu illudant inter se, in damnum ecclesiasticorum. Debent & similes Prælati Ecclesiasticorum secum intromittere comitatum condecens senum, & grauium, quia supposito quod tales Prælati intrant iustè, quanto magis congruenter, & decenter, & honestè intrauerint: hoc melius & conducens, ad ipsam honestatem & clausuram: & regulares Prælati, possunt secum ad decorem, & honestatem intromittere regulares modestos, & graues eiusdem Religionis, ad actus publicos, vt statuit & declarat Gregorius Decimustertius, citata Extrauagante, Dubijs, quæ emergunt. Possunt & introire tales superiores, & visitatores, ad videndas, & visitandas officinas monasterij sanctimonialium, dormitorij decentiam, cellarum suppellectilem, fenestrarum securitatem, solariorum occasiones, & officinarum temporalium provisionem, & quomodo domus Dei disposita est, & gubernata, hæc enim ocularem petunt certitudinè; hoc autem faciet Prælati vna vice, in visitatione vna, & si inter annum aliquid minatur ruinam, vel decidit vel voluit incipere edificare, potest introire ad videndum, an sit necessarium vel conueniens,

&

& si alia occurrant necessitates similes, his regulari debent. Possunt & debent intrare supra dicti, finita visitatione, ad capitulum conuentuale cum solo secretario, ad publicationem suæ visitationis, & ad correctionem culparum resultantem, ex visitationis depositionibus: isthæc enim à fortiori tribunal secretissimum & paternale quærunt, & prærequirunt. Possunt & supradicti intrare monasteria sanctimonialium, quando fienda est electio Abbatissæ, Priorissæ siue matris, & prælatæ: tum admonendû electrices, tum ad dirigendas eas in timore Domini: tum ad præsidendum in dicta electione, verum est, quod Concilium sanctum Trident. vt monstraret desiderium ecclesiæ sanctæ in excusandis ingressibus virorum, ad septa monasteriorum monialiû de creuit, etiam in re adeò honesta & necessaria, vt superior Episcopus, vel regularis, siue ordinarius superior, ad suscipienda suffragia, non intrent septa monasterij, sed accipiat vel audiat per fenestrellam cancelli, siue ecclesiæ, siue locutorij: in reliquis vult feruari ordinum vel monasteriorum constitutiones, quo bene perpenso videtur Concil. Trident. sessio. prædicta. 25. cap. 8. propter tactam causam, & vt inueneret desiderium fræni ingressuum, hæc quasi consulendo præcepit, non coercendo, cum enim ante electionem, & post, & in ipsa electione (vti diximus & probabimus) sint quædam quæ requirant necessario ingressum prælati, siue præsentis, parui momenti igitur erit suffragiorum auditio, siue acceptio per fenestrellam: imo est res plena suspicionibus, quoad suffragium ferentes. Vnde modus & cautela nostri modi eligendi, quæ inter omnes quæ modo

reman-

*Cõcil. Tri
d. s. 25
cap. 8.*

remanferût magis ad Canonicas in circûspectione accedit, & in fraudû vitatione: nequiret cum hoc Concil. moderamine seruari: nam ante omnia eliguntur duæ moniales boni testimonij à conuentu, per suffragia secreta, quæ assideant & assistant scrutinio, & omnibus actibus cum prælato, & eius secretario, qui præest electioni, & istæ prius vident, quæ sunt sanctimonialia, quæ à prælato proponuntur, vt dignè ad prælaturam, vt ex illis quatuor aut sex conuentus eligat digniorem, iuxta qualitates petitas ab eodem Concil. sess. 25. cap. 7. nam nomine Concilij prælato solo (ordo noster sancti Bernardi) concedit propositionem harum trium ad minus, & ad summum sex, quæ habeant dictas qualitates: & postea ex illis solis relinquimus electionem conuentui monialium, & est optimus electionis modus, eorum qui hodie in vsu sunt, & ob dicta magis iuridicus: cum igitur quatuor ad minus assistere debeant prælatus, qui præest: secretarius qui scribit & fidè facere debet, & duæ moniales scrutatrices suffragiorum, & postea numeratrices, ne fiant fraudes ad eandem mensam ratione secreti: quomodo per fenestrellam isthæc sic fieri possent? Et sic dicimus, pro modo nostrarum electionum, non posse seruari, sed esse impertinens consilium dicti Concilij: bene verum est, quod dicta & depositiones in visitationibus, in locutorio vno debent recipi & scribi, & sic habet constitutio nostra siue definitio, quia cum omnisecreto id effici possit, prælato & secretario à parte exteriori retis ferreæ audientibus, moniali vero sola à parte interiori deponente.

Ttt

De

De ingressu ad velandas virgines. §. XIII.

Et insuper velatio sanctimonialium, siue professio, per fenestrellam communionis fieri debet, neque debet velans prælatus intrare, sub obedientia mortali, cum neque necessitas sit, neque magna decencia: & sic statutum est per nostra sancti Bernardi Hispaniæ obseruantiam statuta diffinitionum, cap. 44. nu. 197. & prælatus qui ad hæc vel alia non necessaria intrauerit, vel ad necessaria intrans, si intro comederit, eo ipso iubetur suspendi officio & beneficio, & satis iuste vt inobediens ecclesiæ in re grauissima.

Mulieres seculares, neque pueri vel puellæ vsu iam rationis plenum habentes, quod communiter contingit post octauum annum, non possunt intrare septa monialium; patet, quia dictum. §. Ingredi autem dict. cap. 5. Concil. Trident. ses. 25. quæcunque ætatem & sexum exprimit, in prohibitione: at quod minores his, & qui vsu perfectum rationis non habent, non includat, liquet, quia Ecclesiæ prohibitiones & leges, præsupponunt & locuntur sub ditis & membris capacibus obedientiæ & inobedientiæ peccaminose: quam non habentes vsu rationis perfectum, cum neque vsu rationis & voluntatis (ex quibus libertas arbitrij resultat) habeant, nemo sanæ mentis cõcedet, & sic non sunt capaces pœnæ sicuti, neque culpæ: at secus in amentibus post pubertatem, quia licet in ipsis non cadat culpa inobedientiæ, neque pœnæ: cadit tamen super admittentes moniales, quia prohibitio cadit supra actus inhonestos, & isti ad
actus

actus turpes sufficientes sunt, & inhonestos, & saltem vt dehonefetur monasterium, in iudicijs videtur illos tales intromitti, & in malitiosis suspitionibus. Doctrina est cõmunis, iuxta argumentum. l. i. C. de fals. moneta. & legis illud. ff. de iniur. & cap. illud. 15. q. 1. & ex simili cap. omnis. de pœnit. & remis. tenet Nauar. super cap. statuimus. 19. q. 3. tract. de regul. nu. 59. quamuis nimis amplè procedat ibi tenens posse consultorem siue directorem grauem & doctum intromitti intra septa monasterij, ad cõsiliu capiendum pro bona electione prælatus. Nã extra prælatus qui illi præesse debet: hoc falsum existimamus, quãto magis quod directio & consilium absq; ingressu dari possunt. Hoc idem tenuerat Manual. c. 27. nu. 124. Demum dicimus, quod pœna intrantium monasteria sanctimonialium, absq; dictis casibus necessitatis moralis, arbitraria remaneret ad voluntatem prælatorum vel iudicum, nunc sit ob curiositatẽ, nunc ob malum finem, tantum cõmittitur ex hac parte mortalis inobediencia contra prohibitionem Ecclesiæ.

*Exitus extra monasteria monialium.**§. IX.*

DE Exitu autem monial. erat secudus articulus dubitationis circa prædicta iura, & Extrauagantes: nam cap. periculoso. de stat. reg. in. 6. hoc præcipuè vetare, vt nimis necessariu, studet, & solu ad egressum monialium à monasterio vnam causam exceptat morbũ periculosum alijs sanctimonialibus nociturũ, siue scãdalosum monasterio & eius honestati. Conc. autẽ Trid. dicta ses. 25. c. 5. ad egressu à monasterio quocũq; pretextu, & etiã ad breue tẽp. solu

legitimā causam ab Episcopo approbatā, siue ordinario prælato monasterij, exceptat satis iustē & misericorditer procedens. Pius autē. V. in Extrauag. siue motu proprio Decori, &c. iam citato, quasi explicans cap. periculoso, decretum, & restringens commissionem concilij datam prælatis, ordinarijs, ad legitimas iudicandas causas egressionis sanctimonialium à monasterijs, & expressē nominat, quod nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epydemia, quæ & probari debet, & nota esse per probationem superiori suo ordinario Episcopo, vel regulari prælato: imo videtur dicere & statuere, quod ultra approbationem causæ, factam à superiori regulari, in exemptis ab Episcoporum iurisdictione, debet accedere & probatio causæ legitimæ ab Episcopo, & etiam simul eiusdem con licentia (vt sic loquamur) in scriptis: tamen quod ad hoc attinet iam supra cum Nauarr. diximus, quod hanc approbationem causæ, & licentiam egressus, Conciliū, & Pius Quintus Pontif. max. in monasteria subdita Episcopis ordinariè declarat pertinere ad illos ordinaria via, & respectu exemptorum, & immediatorum Sedi Apostolicæ delegata autoritate, ad illos pertinet, & approbatio causæ, & licentiæ exhibitio: at respectu, subiectarū ordinariè Generalibus, vel Provincialibus, vel Abbatibus regularibus, non credo, quod ultra eorum iustam approbationem causæ, & licentiā in scriptis, quod requiratur Episcopi diocesis licentiā: quia ius commune, & Conciliū (quæ Pius. V. non derogat) vti supra vidimus, talium suorum ordinariorum prælatorum approbationē causæ, & licentiā requirit, quod & praxis comproba-

uit,

uir, & vsus communis, quæ & est tacita approbatio Summorum Pontifi. Hoc autē iubet sanctimonialibus summum Ecclesiæ caput Pont. sub excommunicationis latæ sententię pœna, soli Summo Pont. reseruata absolutione: imo excommunicat earum Prælatas, & alias sanctimoniales quibus interest, & cocomitantes in egressu, & recipientes in domibus, suis & retinētes etiā quocūq; sanguinis affinitatis vè vinculo connexas personas, eadem censura finētes sine prædictis causis & licentia egredi à monasterio sanctimoniales aliquas, vel aliquam hæc iura excommunicant.

De incendio quid? §. X.

Primo quod attinet ad incēdium, dicimus, quod hoc cum repentinum esse solet: expectare licentiā absentis Episcopi, vel superioris ordinarij non possunt neque debent, cum hæc causa iam sit à Summo Pontific. declarata, sed debet esse incēdium alicuius ædificij monasterij habitati à sanctimonialibus vt claustrorum Ecclesiæ, dormitoriorum, infirmitorij, &c. Nam si sit aliquid separatum, vt sunt tuguriola, & ea quæ ab hominibus intrantibus per aliā portam possent tueri, ab igne & extingui, nequirēt sanctimoniales exire, & si in tali casu possent seculares intrare ad extinctionē ignis. De epydemia & lepra est maior difficultas: nam si lepræ nomen & epydemie in rigore specifico sumerētur, esset strictissima lex: & quod magis concludit non esset lex, cum iure naturæ tueri vitam suam inclusæ moniales possint eijciendo extra septa eā quæ lepra contagiosa est infecta, imo lege diuina id sancitum fuerat illi

Ttt 3

pris-

prisco populo in libro Leuitic. cap. 13. & 14. & epydemia, quæ species est pestis iure nature sic fugi potest, vt non solum eijcere percussam, sed exire particulares omnes possent: ergo si in hoc rigore specifico intelligeretur motus proprius Pij. V. non esset lex humana dispensatiua, imo coarctatiua iuris naturalis, quod non est dicendum, præcipuè de sanctissimo & doctissimo Pöt. Adde argumeta Canonistarum nõ incongrua ex loco à similibus siue similis formæ casibus iuris canonici, siue ciuilibus: nã cū in iure 14. causę numeretur ob quas exheredari filij possunt vt liquet Auth. cum de appel. cog. §. aliud quoq; ca. & Auth. non licet. C. de liber. præ. & illa celebri glo. cap. Quintaualis. de iure iurand. tamẽ scholla iurisperitorum, cum Guillel. supra citatã Auth. tenet, ob alias similes causas extra illas. 14. posse exheredari filios, & sic nos dicimus, q̃ cum Pius. V. voluerit explicare cap. periculoso. de stat. reg. in. 6. qđ citat in suo statuto, & cõfirmare illud, addidit causam incendiij, & quia prædictum cap. exceptauerat casum periculose & scandalosæ infirmitatis, has duas explicuit Pius esse periculosas alijs, & scãdalosas monasterio, quis tamẽ negabit periculosam & scandalosam esse infirmitatẽ Galicam, siue Indicam, quam nostri Hispani vocant vulgo, *Bubas*, & similiter elephantiam, siue quam vocant sancti Lazari lepram, & illud quod vocant incendium siue ignẽ S. Antonij, & quãcumq; speciem cancri, & quãcumq; pestilentem & contagiosam infirmitatem: imo omnẽ illam infirmitatem intelligit Pius Papa. V. quæ moraliter loquendo ntra septa monasterij incurabilis est reddita, & sic quæ hæc talis esset his exẽplis manifeste.

nifestare voluit Sum. Pont. & Cõcil. Trid. sessio. 25. cap. 5. hæc licentia Episcopi scripta vel superioris, & sic dicimus, etiam post prædictã Extrauag. in casibus infirmitatum monialium, quæ si curẽtur intra septa monasteriorum dubitatur a medicis de earum vita & sanitate, ob incommoditates clausuræ, si illos examinet Episcopus, vel superior sub iuramento, vel cõscientiarũ operatione probata a duobus vel tribus bonæ sciẽtiæ & cõscientiæ testimoniũ habebus: poteritq; tunc tuto licentiã in scriptis dare, vt sanctimonialis egrediatur ad domũ honestam & modo & ordine secretiori, ne videatur, absq; scrupulo: at si informatio causę falsa esset & ficta, sufficiens tamẽ pro prælato in externo foro, sanctimonialis, & medici, & qui causa fuere deceptionis mort. peccant, & censurã Papalẽ nõ obstante licentiã incurrunt: dãs autẽ Prælatus si fecit quod in se est, vt cū iusta causa daret tutus est: si autẽ dubietas sufficiẽtię causæ esset, tunc si adsit licentiã sanctimonialis tutẽ exire potest, sed finito tẽpore necessitatis statim reddere debet ad monasteriũ sub incurSIONE prædictarũ censurarum, intelligitur autem post conualecentiã perfectam, & est doctrina expressa in dicto loco Cõcilij Tridentin. & in supra citata extrauagante, in qua versamur: hanc doctrinam tenet Nauarro, postquam Romæ consuluit Summ. Pontif. & hanc quæstionem dicit motam fuisse coram conditore Extrauagan. Pio. V. Numvltra incendium monasterij, & leprę, & epydemie infirmitates contagiosas, in similibus possent exire casibus sanctimoniales? & tenet Nauarro, quod sic etiam si infirmitas nõ sit contagiosa, sed quæ iudicio medicorum intra septa

monasterij curari non possit, & quod minatur mortem patientis: nam sicuti Nauarro dicit super cap. statuimus. 19. q. 3. non est credendum piensissimum Pont. voluisse denegare tuitionem vitæ contra ius nature, vt habetur Clemen. Pastoralis. §. ceterum. de re iudic. & ibi in fine numeri. 50. adducit Nauar. quodam breue dispensatorium Gregor. XIII. Pont. max. cum quibusdam monialibus, super periculosa infirmitate, etiam non contagiosæ classis, vnde causam sufficientem esse demonstrat: nam si nõ esset sufficientis causa dispensandi in lege tam iusta & necessaria peccasset mortis Sum. Pontif. quod credendum non est male fecisse, igitur doctrina nostra veritatẽ præ se fert & docet legatur Nauarr. num. dicto. 50. & 51.

§. XI.

Addimus insuper cum eodem Nauarro (cui vltra quod doctus & pius est fidem in hisce maximã adhibemus, quia hæc scripsit Romæ, & visa Curia, & consulto Summ. Pontif.) quod casus belli imminens est non exceptatus expressè tamen iustificatus à prædictis iuribus & Extrauag. Pij. V. & Greg. XIII. quia quãuis illum non expresserint præsupposuerunt, vt notissimũ: nã si Apostolis & Apostolicis viris Dñs. N. Iesus Christus licentiã dedit, vt si illos in vna ciuitate persecuti fuerint, in aliã fugiant, & transeãt vbi solũ corporũ salus intererat & periclitabatur, quanto magis foeminis fragilibus & incarceratis, & vbi ex bello salutis animorũ & pudicitie periculũ imminet euidentẽ nũc Catholici sint inimici, nũc heretici vel infideles, à fortiori est enim hominũ genus militie fenerator, ob peccata huius secu-

li, perditũ & irrationale quasi: egredi igitur tali in casu poterũt, quia clausura tũc nõ est ad custodiã constituta, ad quã ecclesia illa statuit, sed ad certã moram liter eius amissionẽ, & tũc potius fuga ab ecclesia in diceretur ad custodiã thesauri irreparabilis, nisi fortẽ Deus Spiritũ donaret eximie fortitudinis ad tolerantiam mortis potius quã ad admissionẽ offensẽ, & hæc doctrinã cõprobat practica, & quia sub incendio cõprehenditur à Pio. V. nã ab hostibus nil incendio certius sperari potest. Addimus insuper, q̃ potest egredi sanctimonialis à suo monasterio cũ ab altero iuridice & iuxta statuta electa est in Abbatissã, siue prælatã, quia licet expressè hic casus nõ sit exceptus, est tamen sub iusta causa & sub casu necessitatis, in. c. periculoso, & in Extrau. Pij. V. nõ nominatur inter insufficiẽtes quas excludit numerãs aliquas, ergo supponitur vbi causa iusta cũ exceptiones aliarũ, (vbi visitatio filiarionũ sui monasterij, & c. firmet regulã quoad hũc casũ, imò (quod magis est illũ vt vtilissimũ decernit Cõ. Tri. e. idẽ scilicet. 25. c. 7. Abbatissa, & c. eodẽ: vbi iubet superioribus sanctimonialiũ, vt quãdo ex monasterio nõ viderint moniales ita capaces, & qualitatib⁹ ad præfecturã ornatas quas Cõ. sanctũ postulat, eligãt, siue proponãt eligẽdas ex alio: ergo tũc iustè exhibũt à suis, vt vadãt ad monasteria ad quæ regẽda sunt electe, imò tũc sociã vel socias duas deducere poterit boni testimonij itineris in quam socias, & postea adiutrices, in officio præfecturẽ, & finito officio poterũt ad suũ propriũ monasteriũ redire sepe cũ honestissimo comitatu & religioso, & poterũt: imò debet tales, vbi quascũq; beneuolã repererint sanctimoniales receptatrices, intra alia-

rū sui vel alterius ordinis monasteria hospitari, hoc .n. nō est cōtra supraposita decreta, imo in fauorem clausurę iuste iter agētū, & minimē in destructionē hospitatiū clausurę, cū tales sint eiūsdē vocationis, & legislatores qui egressū factimonialiū a suis monastrijs vetāt hūc casū minimē vetāt, vbi patuit, & qui ingressū prohibēt nō est factimonialiū aliarū, imo laudarent, quod in omni possibili quę foris sūt & vadunt claudatur in locis securis & religiosis.

Demū, quia excōmunicatur oēs qui factimoniales exeutes a suis monastrijs absq; iusta causa & licētia receperint: aduerte, illos solos innodare voluisse cēsuris suis Sūm. Pōt. qui ex receptione cooperatur, vel aplaudūt egressū, nō autē qui factimonialē extra monasteriū inuētā cōmittatur ad redditū ad monasteriū: quia hoc potius est cooperari clausurā iussā: similiter qui post inuētā illā comitaretur ad seruādā illā ab omnib⁹ inuerecūdis, & qui post iniquū factū egressionis ob honestatē eius, & famā eius, & monasterij illā colligerēt, & occultarēt ad tēpus cōmodi⁹ primo vsq; ad noctē, vel diē sequētē, vt sine in honore & scādalo redducāt, quia poti⁹ ad isthęc charitatis lege diuina, & iustitię lege naturali tenētur: cōcedere autē illis famulas seculares intra monasteria. Res est quę maturissimē prospici deberet, & nisi in casu quasi extremę necessitatis non concedi: quia mihi res est scrupulo iusto plena, videant quid faciunt superiores.

*De ingressu mulierum ad monasteria regularium
quid? §. XII.*

De ingressu autē mulierū ad monasteria regulariū virorū nō fuit ab hinc. 20. annis parua cōcertatio:
nam

nā exijt Extrauag. Greg. XIII. motu proprio, anno 1575. idib. lun. Pōt. sui an. 4. initiū cuius est, Vbigra tię, &c. in qua prohibuit ingressū mulierū intra domos siue septa monasteriorū regul. tā mulierū quā virorū cuiuscūq; ordinis, p̄textu priuilegiarū Apostolicor. vel licētiarū quarūcūq;, quę oia priuilegia cassat, auulat, & reuocat, & recipiētes p̄lati & p̄latē monasteriorū, siue officiales vel quęcūq; regulares personę p̄textu dictorū priuilegiarū, siue Apostolicarū licētiarū, ipso facto incurrūt sententiā excōmunicationis ipsi Sūm. Pōt. referuatę & priuati sunt, vel priuatę ipso facto dignitatibus, & officijs, & beneficijs, & ad easdē vel alias redduntur inhabiles obtinēdas: hęc cōtinet rigidissima Extrau.

Circa quā. i. dicimus, q̄ adeo inexorbitantiā creuerat seculariū mulierū procacitas ab hinc. 30. ann. vt quasi p̄ honoris pūcto statuerint sibi habere licētiā in scriptis ad ingressū monasteriorū factimonialiū: & etiā monachorū Cartuf. & nostrorū Cyster. siue S. Bernar. obseruā. in his. n. duabus religionibus virorū strictissimē a suis fūdationib⁹ phibitus fuit ingressus mulierū: quę priuatio appetitus fuit in illis causa, & sic a Sede Apostolica, vel a generalib⁹ religionū licētijs omni importunitate extorquebāt ad ingressum monasteriorum. Secūdo dicim⁹, q̄ nullo iure cōmuni canonico Pōt. Sum. aut Cōc. generalis decreto, phibitus inuenitur ingressus foeminarū intra monasteria regulariū virorū, & per cōsequēs nulla sūt a iure statutz p̄cenz, verū est, quod sepe ex quo monasteria esse cōeperunt in Ecclesia status legis. gratiæ, & claustra vocata sunt, & clausuram siue custodiam virorum Deo dicatorum p̄setulerūt, & regulę sanctissimi Benedicti obseruatores,
quę

quæ fuit monasti. disciplinæ summa) veterût foeminarû ingressû intra virorû monasteria, & hoc maxime Cartusie obseruantissima modestia enixè ve-tuit, & seuerissimè defendit, & nostra Cysterc. vere Benedictina obseruãtia, quæ S. Bernardi dicitur, ita-tuit in illis suis primis statutis quæ charitatis chartã vocauere patres nostri, ab hinc quingētis annis, die-bus. S. Alberici, & S. Stephani primorû, post Rober-tû sanctû, Abbatû Cysterc. generaliu, seuerissimè ve-titus fuit mulierû ingressus à prima porta (quã nos regularem vocamus) quæ satis distat à monasterijs, quãuis paulatim successione tēporû, in hoc eximio rigore tēperauerimus fortè magis prudēter (si excē-sus in prudētia admittere licet) quã oportuerat. De-mû de se sepe patuit, quales fructus, & quã mode-stiã, & quã seueritatē, hæc separatio & austeritas re-ligiosis pepererit: tñ ab hinc cētū annis cōtra hæc sancta duarû religionû, & Camaldulēsis Eremiticæ, statuta, tot impetrauerût mulieres Magnatû, & Di-nastarû, & iudicû regiofû vxores dispensationes, & licētias à Sede Apostolica, vt iã ad comuniōres mu-lieres dilatata nostris diebus fuerit ruptura, & sic fã-cti s. Pius. V. Pōt. max. edidit Extrauag. quæ incipit, Regulariû personarû, &c. ann. 1566. s. i. Pōt. f. 1. 24. Octob. Romæ, apud factû Petrû, qua post proxi-miũ quo ostendit dāna, ex inquietatione seculariũ secu-ta regularibus vtriusq; sexus, & quod superiores or-dinis Cartusie conquesti sint, quod ipsis inuitis, ob-tētū quorûdã cōfessionaliũ, & prætēxtū quarundã aliarû literarû Apostolicarum eorû clausuras rupe-rint, nō sine graui ipforû molestia quo mot. 1. annul-lat, cassat, irritat & derogat p̄dictas literas Apōsto. & cuius-

cuiuscumque fuerint quibuscumque tenoribus, & quibuscumque cuiuscumque qualitatis, & dignita-tis sint mulieribus concessę, & illis præcipit mulie-ribus, sub excommunicatione latę sentētię incur-sione à solo Rom. Pont. absolueudę, ne audeãt intra re prædicta regularium monasteria, seu domos (idē per hæc duo nomina intelligens) prætextu prædi-ctarum literarum concessionum, siue dispensatio-num & licentiarum, & ipsis quarumcumq; religio-num prælatis etiam mendicantium, præsentibus, siue quibuscumque officialibus, imo quibuscumq; particularibus fratribus, Canonicis regularibus, siue monachis sub ipso facto priuationis officiorum obtentorum pœna, & inhabilitatis ad obtinēda im-posterum: & suspēisionis à diuinis, iubet ne illas ad-mittant vel intromittant. Hæc continet Pontifi-cia Extrauag.

Circa quam primò aduertimus (quod & tetigi-mus in contextu, & notauit Nauarr. satis confusē super cap. statuimus, citatum sæpè nu. 62.) quod & si duo ponat nomina, monasteria & domos, eandem rem significant ambo, iuxta aduertentiam similem Panor. in cap. inter cæteras. de rescriptis: nam hic non vetat ingressum grangiarum, vel hospiciorum regulariũ siue domorû, quas ruri aut in oppidis ha-bent quæ monasteria non sunt, & sic postea mona-steria siue domos repetit inferius, vt intelligamus idem tria esse: quia secus absurda esset intelligentia, & per consequens non dicenda: vt l'quet capit. du-dum. de præben. 2. lib. 6. & iuxta legis tēpè intelli-gentiam. ff. de verbor. signific. tamen vetat ingres-sus & admissiōnes earum sub dictis pœnis in Prio-rati-

ratibus, quos multos habent fratres nostri Nigri Benedictini & nos diui Bernardi, aliquos quia tales monasteria sunt, & clausuram habent.

§. XIII.

Secundo aduertimus, quod dicta extrauagans, in toto rigore, imo simplicissimo intellectu, non prohibet absolute ingressum mulierum, intra monasteria regularium, sed solum ne in vitis superioribus, & religiosis, virtute & pretextu dispensationis, licentia, & facultatum, etiam Apostolicarum literarum, intrarent prohibuit, sub dictis poenis: vsus igitur harum licentiarum, & facultatum derogatum est, qui prohibetur, sub grauissimis poenis, non autem ingressus, vel admissio illarum, & hoc tenet Nauarro, super eadem Extrauag. quam explicat, in cap. statuimus. 19. q. 3. num. 62. notabi. 4. & liquebit cuique non solum iuris vtriusque intellectum aliqualem, etiam alonge salutanti, sed & grammatice constructionem, ut cunque callenti, cum non semel dicat, pretextu confessionalium, aut aliarum literarum Apostolicarum ingredi audeant, & iterum repetat. *Districte prohibentes mulieribus quidem, predictas facultates, & licentias pretendentes, sub excommunicationis, &c.* Ecce non mulieribus, sed mulieribus pretendentes, sub literarum licentia precipit, quo nil clarius, & hanc intelligentiam planissimam esse exitulo constat constitutionis, & illam expresse sequitur Gregor. 13. in sua Extrauag. quam incipit, ubi gratia, & indulta data Romae. apud S. Petrum An. 1575. Idibus Iunij Pontificatus sui Anno. 5. Et quod Nauarro, dicit consultum Summum Pont. Pium, super hac redixisse in omnibus tenere, mulieribus, quae

quae scilicet, praetextu literarum, & licentiarum ingredi voluerint monasteria, & quae non praetextu, hoc me non mouet, neque minus mouent quaedam argumenta, & congruitates, quas non ut Canonista (nam ut talis iam coeessit, quod solas illas, quae ingredi volunt vel illos qui illas admittunt praetextu literarum, & licentiarum) adducit, quia & si valerent aliquid, & probarent, solum esset de quadam congruitate, sed haec congruitas supponit, quod non est, quia haec Extrauag. derogatiua facultatum est, & praedictarum facultatum vsus coercitiua, non autem statutiua legis, sed statuta religionum, quae per similes literas fuerant dispensata, addit in vigorem, & statum Pristinum, & in suam integritatem: & esto gratiose concedamus, quod viua voce sic declarauerit Pontifex (quod in tam grauissimis negotijs, & toti Ecclesiae propositis, non tenemur) hoc quoad statuendam prohibitionem, ab ingressu foeminarum intra monasteria esset, non autem quoad poenarum incursionem: & sic Nauarro. his victus, tales adducit exceptiones, ut tandem admittat, quod adhuc supposita, gratis admissa declaratione Apostolica, excusarentur a peccato, & poenis ignorantes expresse, haec Extrauag. quales fatetur esse fere omnes, & etiam, quod amplius est ignorantes, haec interpretatio non viuae vocis, etiam si Extra. nouerint, de quorum numero nos esse fatemur, & si scribamus super Extrauag. & demum dicit, & hoc verum, quod adhuc his omnibus statutis, & admissa viuae vocis declaratione, cum in Extrauag. dicat Pont. ne praesumant foeminas intrmittere, sub dictis poenis, qui sine praesumptione sed per non actuali aduertentiam, siue incogitantiam admiserint, non sunt praesumptuosi admittentes, & poenas; non

non incurrunt, iuxta doctrinam singularem Cardi. super clement. i. de priuileg. q. 38. & sic in foro externo hę excufationes admitti debent.

Vnde secundum hęc doctrinam in Hispania tota in doctissimis tribunalibus iudicatum est, & sic hac extrauag. non obstante, sinūt omnes religiones, (excepta Cartusia, & nostri sancti Bernardi) mulieres claustra monasteriorum intrare ad processiones & in alijs solennitatibus, quod fieri nullatenus posset iure, si dicta extrauagās omnes mulieres vetaret ingredi cum illa tempus vel occasionem non exceptet: & demum dicimus, quod & si absolutē vetaret ingressum mulierum, sub dictis pœnis, non tamen ingressum puellarum infantium etiam vsque ad decimum annum, quia eodem Pontifi. in Extrauag. siue motu proprio prohibente ingressum virorū in monasteria sanctimonial. expressit (vti supra vidimus) cuiuscumque ætatis, &c. at hic non dicit nisi mulieres quę sanē solum intelliguntur iam aptę impudicitię, vt & vocabuli vis sonat, & in aliqua religione, si cōtra hoc iudicatum fuit, vel in aliquibus (quorum honori prospiciens nomen taceo) tantum fuit, vt superiores in eos qui sibi infensi erant vindictam facerent suarum passionum, quasi manu Pontificis, sicuti faciebat simia in educendis assis castaneis ab igne manu cati, vt dicitur in faceta Parcemia Hispana, quod tamen neque Pontif. somniauit, neque aliquis sanę mentis intellexit in dicta Extrauagante.

§. XIII.

Alia Extrauagans celebris exijt Sixti. V. nunquā pro meritis laudati Pontif. maximi, & si ob eam ab illegi-

illegitimis, & spurijis, mille iniurijs lacesiti falso quę incipit, Cum de omnibus. Data Romę apud S. Petrum anno. 1587. 6. chal. Decemb. Pontif. sui an. 3. De admittēdis ad habitum & professionē regularibus, quę sanē rigidissima visa fuit, præcipuē illis, quos tãgebat ex sacrilego toro natos, vel incestuoso, sed reuera fuit sanctissimum statutū, imo nihil nouum attulit, cum tantum fuerit renouatio iuris antiqui. & sanctissimi: nam erāt religiones quasi à fila & tumentata natorum ex damnatis toris: nam cum in religionibus esset facilis dispensatio Generalium, ex Apostolico priuilegio illi qui ex damnato concubitu & tuapi nati erant, dignitatibus & honoribus decorabantur, in sanctę ecclesię dedecus, & ignominiam religionum, & licet viderimus & legerimus, ex sacrilegē, & incestuosē genitis aliquos fuisse sanctos & bonos, ob quos particulares leges non sunt rumpendę generales: attamen maiori ex parte in continentiam paternam imittantes: iuxta cap. per venerabilem, qui filij sint legi. & 6. q. 1. si quis cum militibus. ambiciosissimi officia & dignitates venātur vt possunt. Omnes igitur tales ex sacrilego concubitu natos, filios scilicet Episcoporum, religiosorum, vel sanctimonialium, vel Canonicorum regularium professorum, vel clericorum in sacris constitutorum, vel etiam militum, siue equitū sancti Ioannis, siue hospitalis Hierusalem, qui castitatis solenne votum emittunt, siue Calatrauę, Alcantarę, Iesu Christi, Auisij, & Montesię, & sancti etiam Iacobi de Spata, & quorumcumque militum genitos, post emissum votum castitatis coniugalis solenne, extra matrimonium, statuit solum ad conuerforum, siue

laicalium fratrum in religionibus admittendos habitum, & ad viliora, & humillima officia: nō tamē pro choro, neque ad officia siue ministeria iurisdictionis, suffragij, honoris vel prælaturæ: eos autem qui tempore quo edita est constitutio, & publicata (exceptis solum a Summo Pontifice, ad hoc specialiter dispensatis) obtinebant dignitates & præfecturas temporarias, scilicet pro anno, pro triennio, vel pro minori tempore concessit, vt officia siue ad ministraciones, vel prælaturas finirent statuto tempore, & impostero ad illas; vel ad alias remaneret inhabiles, omni voce & suffragio carerent, actiuo ad eligendum & nominandum ordinum officia, & præposituras, & passiuo, vt possent eligi ad quodcumque officium honoris. Quamuis congregatio Cardinalium ab eo pro negotijs regularium deputatorum Pontifice maximo ad petitionem nostræ Congregationis obseruantia, Hispaniæ sancti Bernardi, declarauit dictos non posse eligi in cellarios, maiordomos, siue procuratores conuentus, neque ad officium deputatorum conuentus, siue consiliariorum Abbatis, siue prælati: posse tamen eligi in magistros nouitiorum, sed certè narratiua non fuit vera quoad hoc: nam secus reuerendissimi Domini Congregationis non declararent posse, sed dictum fuit magistros nouitiorum in hoc ordine non habere superioritatem & præheminentiam, quod verum non est: cum post Abbatē sit primus honoris gradus in monasterio, & officium requirens hominem sine nota, & est vera præsentia super nouitios, & professos non sacerdotes, etiam Diaconos, & potestas corrigendi & castigandi: & sic

sic quamuis originalem supplicationem & declarationē apud me habeo factam. 16. Ianuarij, an. 1590. crediderim: imo certum est, iuxta decretum Sixti V. & eiusdem declarationem, non posse tales illegitimos ad tale honoris officium eligi. Declaratum etiam fuit posse tales eligi, vt habeant vnam ex clauibus arcę conuentus, citata declaratione, anno 1590. 16. Ianuarij.

§. XV.

Insuper statuit, vt superiores religionum quibus commissum est admittere ad habitum religionis, neminem post. 16. annum ætatis ad habitum religionis admittant, nisi habita inquisitione & probatione ante iudicem, & per testes idoneos iuratos, de vita & moribus eius, in scriptis, & quod nullo impedimento facinoris vel magnorum contractorum debitorū fuga, vel pro non reddēdis ratiocinijs rerum vel administrationū, siue depositorum sibi creditorū, religionē intrat, & seculare fugit iudicium: & de talibus decernit, quod si prædictā nō fecerint informationē & inquisitionē, & quæ visa sit, & approbata, & sufficiens iudicata, quod admittentes ad habitū & professionē prælati regulares, ipso facto sint officijs & prælatijs priuati, ipsi & quorū interest consiliū & suffragiū in similibus dare, & ad eādē dignitatem & officiū, & aliud quodlibet remaneāt imperpetuum inhabiles: & alias pœnas incurrant, & professio facta absq; dicta informatione de moribus & vita, patria & parētib; sit omnino irrita, & inanis, atq; irritat cōtractū p̄fessionis cuiuscūq; absq; dicta solēnitate. Et prælatos absq; illa admittētes & officiales priuabat ipso dignitatibus, officijs

& beneficijs, & inhabiles reddi iudicauit ad easdem & eadem officia, & alia quæcumque impoſterum: & quoscumque ob facinora religionem intrantes, vel poſt debita contracta, vel pro non dandis, & reddendis ratiocinijs, & ratione danda rerū ſibi creditarum: profeſſionem etiam emiſit ſolemennem, declarat irritam, & à publicatione præſentis decreti irritam reddit: & iubet tales vt mere laicos tradi ſtatim atque requiſiti fuerint brachio ſeculari: & facis iuſſe hoc, vt non ſit religionis ſtatus deinceps, ſterquilinium mundi, & confugiū non voluntariè Deo ſeruire volentium, ſed facinoroſorum coactorum, & fugientium ſupplicii iuſtum: ſed hic duo aduertenda ſunt. Primo, quod contra facinoroſos hæc decreta ſunt, non contra quoscumque peccantes, neque enim in rigore lingue Latine, neq; iuris vtriuſque imo ſacrę etiam Scripturæ, quodcumque delictum facinus dicitur, neque peccans ob quodcumque peccatum facinoroſus dicitur, ſed ob magna & enormia crimina, id eſt, quę normā tranſiliunt, vt liquet. 1. q. 1. cap. ventum eſt. & cap. quicumq; de hæreticis. & cap. ſtatutum. lib. 6. & nõ dicitur quis homo facinoroſus, niſi ob inormia crimina quæ vltra quod infamiam facti inducunt, ſunt ex facto digni deſiſtione ab officijs, & dignitatibus perpetrates, de quibus agitur. 2. q. 3. §. hinc colligitur. & 3. q. 7. §. porro. Vel illi qui tales iniurias irrogant alijs, vt atrocēs legibus ſunt notatæ, de quibus agitur. l. prætor. ff. de iniurijs. §. atrocem. & C. eodem. leg. atrocem, & ſacra Scriptura Deuther. 19. diſtinguit inter peccatum & facinus, dicens: Non ſtabit teſtis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris

Deuth. 19.

15.

Ioael. c. 7.

15.

ris fuerit, & Ioſue. 7. illud furtum Acham, filij Charmitam, à Domino præcautum, & vetitum, & eiufdem Domini ſententia lata combuſtione dignum vocatur facinus, & deteſtabile nefasque, & Actor. 18. Galio Achaia Proconf. diſtinxit inter iniquum aliquid, & facinus peſſimum, quo nihil clarius: quæ dicta ſint, vt intelligat Lector, quod non immerito neque à caſu, in dicto motu proprio, in quo verſamur, ſiue extrauag. poſitum fuit, & repetitum, tam in titulo quàm in contextu, verbum, facinoroſos, ſed nimis aduertenter: neque enim admittit etantur, in religionibus homines peccatores, & delictis infecti: ſecus religiones non eſſent, Portus, tutiſſimi in eccleſia Dei, & confugia contra tempeſtates imminentes ſæculi huius perdiſſimi maris, & turbatiſſimi. Neq; admiſſi talis iubentur tradi ſeculari brachio, puniendi, ſed illi ſolum qui facinora exorbitantia turpiaq; & iniurias enormes infameſque commiſerint, vt qui homicidia proditorie, & inſidioſe perpetrarint. qui graſſatores, & prædones fuerint, qui latrones magnorum furtoſorum, & præcipue ſacrilegorum, ſi quis rapuerit virginem, & ſtrupauerit, ſiue Deo dicatam ſanctimoniam violauerit, ſi Sodomita fuerit, ſi Beſtialis, ſi Parentum percuffor notorius, & notabilis, ſi percuffor Epifcopi, Cardinalis, aut prælati, vel etiam clerici aut Monachi. Iſti tales ſi conſiterit, quod ante habitus ſuſceptionem per ſeculare, aut iuſtitia hordinaria eccleſiaſtica tribunal de cauſa agi cœpit, & procedi, hoc iure nouo redditi ſunt inhabiles, vt in religionibus ſuſcipiantur, & ſuſcepti, vt profeſſionem

sionem emittant, & professio emissa nulla est, & tales iniuste detinentur, & petiti tradi debent brachio seculari, si ostendat processum fidedignum alicuius supra dictorum sub obligatione iniustitiæ mortalis, quia tales non Deum in religionibus quaerunt, sed tutamen facinorum, & quomodo supplicia fugiant pro merita.

Moderatio constitutionis per eundem Do. Sixtum. V. §. XV.

Et sic moderatus Summus Pontifex idem Sixtus. V. suam nimis rigidam & amplam constitutionem, quadam altera sua interpretatiua, quæ incipit: Ad Romanum spectat Pontif. &c. Romæ in monte Quirinali, ann. 1588. 12. chalen. Nouemb. sui Pont. Anno quarto, ubi sic ait: *Contra criminosos vero, &c.* & subdit: *Tunc demum id locum habere volumus, & non aliter, cum actis publicis constiterit, ipsos iudices, & Curiam secularem, ante susceptionem habitus de ipso crimine accusationem suscepisse aduersus eos, vel Inquisitionem instituisse.* Hæc ibi, & cum dicit: *Inquisitionem instituisse,* debet intelligi iuridica, & præsupposita probata infamia quæ locum habent accusantis, ut patuit supra in Methodo cur. anim. supra septimum Præceptum: & insuper moderatus est (ut supra tetigimus addens, quoad criminosos, semper utens nomine facinoris vel criminis, non quæcumq; errata, & pœna digna mala, siue culpas, sed atrocitates, & scandalosas, intelligens, iuxta nostrum intellectum, imo Archidia. & Gotifre super. c. clericos. de excessib. prælat. Vnde qui casu occasione accep-

ta,

ta, & verbis hinc indeque iaculatis, rixatus fuerit cum proximo conciuē, & etiam si alapam dederit, fuste percusserit vel vulnerauerit, vel contumeliosa, etiam maiora verba dixerit in alium, vel rixatus, etiam in Ecclesia pugno percusserit, vel lapide, vel fuste, hæc peccata sunt, & pœna legum digna, facinora tamen, vel crimina enormia non dicuntur, neque computantur inter criminosos vlllo iure, neque hac constitutione, & sic profiteri poterunt tales tuto, nec dum recipi ad habitum nouitiorum. Neque expelli tales iubentur & traddi: & non paruum argumentum est constitutionis, quoad hoc titulus, imo & prologus, siue præfatio Summ. Pontif. in eadem Extrauaganti, sic consuluimus Matriti in hac Curia Hispaniarum, pro quodam Prouinciali cuiusdam grauisimæ religionis interrogati, cui consilio subscripsere multi doctissimi.

§. XV.

Demum quoad illegitimos moderatus fuit idem Põtifex, quod illi qui ex soluto & soluta nati sunt, postea sequuto matrimonio in omnibus, ut legitimi censeantur, & non inclusi lege & statuto illegitimorum, quod & si Summus Pontifex ipse non interpretatus fuisset, iuxta iuris vtriusque intelligentiam, & praxim, de se moderatum erat hoc iure ipso, cum tanta sit vis matrimonij, ut quasi retrahat legitimationem, ut habetur cap. tanta est. qui filij sint legitimi. & iure ciuili: Authent. quibus mod. nati efficiantur legitimi. collectio. 6. Et addit, quod informationes & probationes de moribus & vita, & legitima natiuitate legerentur in Capitulis Prouincialibus Ordinum, siue Generalibus,

& inde approbarentur, vel reprobarentur admittē di ad habitum, vel expellendi, & hoc postea moderavit pro quibusdam religionibus, vt deligerentur duo aut tres prælati peculiariū Monasteriorum, vt simul iūcti examinerēt dictas informationes: & sine his diligentijs admittentes aliquem post. 16. annum ætatis ultra excommunicationis maioris sentētiam ipso facto, quam fulminabat in eos, omni officio, & administratione beneficio, & dignitate priuauit ipso facto: & ad eūdem, vel aliud inhabile reddidit, sed iam hæc constitutio lenissima reddita est, per lenissimum, & candidissimum Greg. decimum quartum, qui anno Pontificatus non cōpleto sublatu est, peccatis nostris promerentibus, sua constitutione, quæ incipit. Data Romæ, apud S. Pet. Anno. 1589. Pōtif. sui anno primo. Vnde quoad informationes præcedentes habitus succeptionem committit illas vnus cuiusq; Monasterij prælato admissuro, cum suis quatuor consiliarijs, vel deputatis, vel Discretis, & quoad informationem, sufficiat quæcunq; etiam non iudicialis, fide dignorum cognoscentium intrare volentem commendatio, siue testimonium, quod non sit criminofus, neque fugiens iustam solutionem debitorum, vel debita ratiocinia, & quoad illegitimos, restituit ad ius commune constitutionem Domini Sixti Quinti, scilicet quod per professionem solemnem fiant ipso facto legitimi, quicumque ex quocumque sacrilego, incestuoso, vel adulterino, vel fornicario concubitu nati, quoad suscipiendos sacros ordines, vt statutum fuerat capitul. 1. de filijs Presbyter. & sic hæc dispensatio cum sit iuris commu-

nis,

nis, & in faborem religionis: illegitimis qui professionem emittunt solonem applicatur per quemcumque prælatum admittentem, & certē mirati sumus maximē, & aliquibus iuris peritis doctis diximus, & comprobarunt: quod Dominus Sixtus Papa Quintus in sua constitutione non derogabat citatum capit. primum, de filijs presbyter. specialiter, cum necessarium foret, cum esset statutum iuris communis: & antiqui, & vfitatissimi. Addimus insuper, quod Gregor. Decimus quartus, sicuti neque ius commune citatum, non addiderunt priuilegium emissę professionis, vt habilitarent illegitimos ad officia & dignitates religionum, in quibus est authoritas & iurisdictio, curaque animarū, siue ordinariam, siue per electionem, siue per commissionem, vt liquet in ipso textu capit. 1. Imo cū hæc moderatio Gregorij Decimi quarti debeat distribui secundum membra constitutionis moderatæ Sixti, & hic Pontif. ex sacrilegio, & incestu natos, pluribus arctaret, quam natos ex adultero, vel fornicario toro, sic Gregorius hos duos dispensari quoad officia & dignitates ordinis, voluit committere Capitulis ordinum, & religionum, non Generalibus, sicuti antiquitus ex priuilegijs ante derogationem Sixti fiebat. At sacrilego, & incestuoso natos concubitu, quoad dignitates in religionibus obtinendas: relinquit in rigore Sixti decreti, vt liquet ex vltima clausula eius, & sic à solo Summo Pontifice dispensari possunt, quoad hæc videant æquis oculis: scimus in aliquibus religionibus intrusos (sic verē affirmamus: sunt enim quotquot non dispensati à Summo Pontifice electi,

eti,

cti, propositi sunt: ex talibus ad dignitates & electi) aliquos, quod doluimus, & dolere docti satis, & vti nam omnium illegitimè natorum rigores iuris à Sixto Quinto tantum renouati, in omnimoda perseuerarent obseuauantia: non enim defunt Ecclesiæ sanctæ, neque religionis rebus publicis membra legitimè & absque nota nata, ad sua officia & dignitates.

§. XVIII.

DE MVM Aduerto solum pro coronide huius statuti, quod si modo post constitutionem, & moderationem Gregorij Decimiquarti aliquis Prælati admitteret ad habitum, imo ad professionem aliquem iuuenem, absque informationibus de moribus & vita, per incogitantiam, vel inaduertentiã, absque rumore & nota facinorum, professio esset valida, & admittens non esset ipso iure priuatus officio, & dignitate, si professus & admissus in rei veritate nullum pateretur impedimentum dictorum supra, ad quod attendit lex & prohibitio, & quod reliquit eius moderatio, & Prælati non temere & præsumptuosè contra legem egisset, quod est necessarium, vt pœnæ incurrantur ordinariè, sed remanerent arbitrariæ tunc.

Ab hinc tribus annis exijt quædam lex, siue motu proprio dicta constitutio Domini Clementis Papæ Octaui, quæ incipit: *Religiosa congregationes, &c.* De largitione munerum vtriusque sexus regularibus interdicta. Data Romæ apud sanctum Petrum, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, Pon-

Pontificat. sui anno Quinto, qua sub grauissimis censuris & pœnis ipso facto incurrendis inhabilitatis perpetuæ, suffragij actiui & passiuï, & dignitatum, officiorum, & administrationum quarumcumque, prohibet regularibus omnibus viris, & mulieribus professis religionem approbatam, ne inter se ipsos eiusdem, vel diuersorum ordinum, ne ipsi regulares secularibus, neque suo, neque suæ communitatis nomine munera largiantur. Materia huius prohibitionis, est largitio doni alicuius valoris notabilis pro munere & dono gratuito, vel seculari, vel regulari, facta à regulari viro vel fœmina: finis eius fuit sanctissimum zelum Pontificis maximi, & religiosissimi, vt paupertas, vnum ex substantiamlibus votis tribus religionis perfectæ, debita obseruantia custodiatur, & motuum eius extrinsecum, fuit notitia & cognitio quarundam donationum exorbitantium, & præcipuè vnus factæ à quodam regulari ex mendicantibus in vrbe, satis scandalosæ, sed desiderauimus omnes, vt sanctissimus Dominus noster hunc talem, condigna pœna etiam perpetui carceris emendaret quam lege rigidissimam, & difficillimæ obseruantia in præsentis Reipublicæ statu, omnes religiones, & regulares præcipuè obseruantes & honoratissimos nostræ Catholicissimæ Hispaniæ terreret, & exasperaret, filios ecclesiæ præcipuos, & quod maximè doluimus, & dolemus: & cum duobus illustrissimis legatis sanctissimi Domini nostri vicissim plorantes conquesti sumus, quod mensura regulariũ Gallia, & Italia, immemorũ sui altissimi status, & ferè perditorũ, metitur nos sua sanctitas regulares Hispania, totius firmæ fidei

fidei firmamentum literarum sanctarum officinam; imo & si gloriari oportet, quamuis non expediat quidem, totius nobilitatis secularis specimen, & grauitatis normam, & sic paulatim vilipendemur a secularibus, si sic a sanctissimo patre nostro tractamur, a quibus Hispaniæ potentissimis, & Catholicis magni habiti sumus, & adoramur quasi. Ad hæc filialis coëgit dolor. Ad rem redeuntes, vt adhuc factum prædictæ constitutionis narremus. Cum dicta constitutio sanctissimi Domini nostri Clement. (qui nos adhuc in Christo pascit anno hoc. 1597.) publicata fuisset eius iussu, in nostra Hispania Anno. 1594. intra terminum præfixum ad eius executionem Vallisoleti generalis sancti Benedicti Congregationis Hispanicæ Nigrorum, simul cum duobus Prouincialibus ordinum mendicantium, & cum prælatis monasteriorum illius modernæ illustrissimæ Ciuitatis congregati, inter quos adfuimus, & nos quia casu tranſiuimus tunc per illam Ciuitatem ad Curiam Regiam pro negotijs grauibus nostri illustrissimi Cœnobij sanctæ Mariæ, Regiæ de Carrazedo, cui tunc vt Abbas indignus præsedebamus, & ibi vnanimis selectis duobus Prælatibus Regularibus nomine omnium Regularium, coram Camillo Caetano Patriarcha Alexandrino, Nuncio Apostolico, & de latere Legato, hisce diebus in his Regnis Hispaniæ sanctissimi Domini nostri Papæ interposuerunt supplicationem humillimam, & amplissimam, contra dictam constitutionem: & protestati sunt coram dicto Reuerendissimo Nuncio, vt dicta Regulariū Hispaniæ Regnorū suppli-

supplicatio cum rationibus efficacissimis, damnorum & inquietudinum sequendarum, & exasperationis maxime, coram sua sanctitate proponeret in scriptis, & quod interim ab executione dictæ constitutionis cessaretur, & sic factum fuit: adfuimus enim Matri quando hæc gesta sunt, & sumus horum oculati testes constititque nobis, quod dicta reuerentialis supplicatio ad præsentiam Domini nostri Papæ peruenit, & constat hucusque nullam secundam iusionem venisse, in quo maxime laudandus est sanctiss. Papæ affectus in filios regulares, nam quod pro eorum bono, & quiete statuerat contra illa militare non vult, ex quo cognouit.

§. XIX.

Modo duo examinare circa hanc cōstitutionē est animus. Primum erit, quasi de ipsa in se, siue (vt sic loquamur) de iure. Secundo de eadē quoad eius obligationem, & vim interposita supplicatione dicta, siue de facto. Quoad primum scio scripsisse duos doctos regulares, & vnum eorum ex minorum familia inquam nimis sum affectus ob singularem deuotionem in illum Patriarcham Franciscum, & sic ob hoc nō longe procedam, ne actum agere videar, solo hoc vno contentus, quod munerum largitio, (vt rubrica siue titulus Pontificiæ constitutionis, præ se fert) solum regularibus est prohibita, vnde quicquid exerit rationē muneris gratiosi, induet rationem iustitiæ & nō gratiæ: & sic non erunt prohibiti largitiones, & solum hac constitutione auferitur regularibus, ne quid recipiant gratis, & vt ab illa publicata imposterū nemo pro regularibus (vt aiunt) neq; paleā moueat absque pretio, & hoc duplicato,

plicato, imo triplicato: nam multa pro illorum negotijs, & necessitatibus fiebant, impulsu gratitudinis, & satis compensata videbantur munusculo regularium, satis tenuis valoris: hac tamē prohibitione stante, odiosi reddimur secularibus, & vilescimus, apud omnes: imo quod magis est, quod hac constitutione stante, omnia etiam non vendibilia, pondere pecuniæ & aliarum rerū ememus imposterū, ita ut nō moueatur secularis pro regulari, neq; passu absq; pretio, imo & nos ipsi regulares, nihil pro nobis fieri postulabimus ab alio, nisi soluentes pretia, quæ cum non consistant in indiuisibili puncto, neq; Summus Pontif. pretia taxet, imo statuere sit impossibile, hinc regulares absque inobedientia & absque in cursione pœnarum, quod dabant pro munere antea & eo multo amplius dabunt deinceps pro iusta recompensa, alicuius rei vel operis accepti, & sic omnia ementur: imo & mendicantes eleemosynas satisfaciunt de iustitia, ut si panem receperunt, aut vinum, mustum, vel pannum, vel linteam, vel librum, vel ceram, omnia quasi ementes recompensent, & hoc iustè, sic volente hac constitutione (si staret) solum nomen muneris peribit, & commutabitur in nomen satisfactionis, & iusti pretij, & ab hinc si regularis, a suis etiam parentibus & fratribus inuitatus ad prandium vel ad cœnam, statim quod dederit ab rasso nomine muneris, si quæ dederit talibus, ne dicam amicis & notis, baptizauit nomine solutionis iustè, cum indecentia maxima: neque scribimus res Metaphisicas, & alterius orbis, sed res & acta palpabiliora, & in quibus vnum iota non deficiet in praxi: & nemo sanè mentis hac constitutione

tales

tales doctus condemnabit inclusos, & solum hoc tollitur illa stante, quod magnæ eleemosynæ quæ fiebant, & charitatiua subsidia, monasterijs, communitatibus, & regularibus, particularibus, in victu, vestibus, libris, paramentis Ecclesiæ, videbantur satis recognita largitione alicuius imaginis parvæ, & deuotæ, parui valoris, Agnus Dei forma ceræ impressa, inclusa capsula, siue circulo euani, vel argenti: & à sanctimoniali canistro pannis, sacarici vixcocti, vulgo dicto, vel tortulis quinque aut sex sacari roseacei: nunc autem nisi emantur pluris quam valent, non recipiuntur: magnificiebant deuoti, & benefici nostri, & ordinum mendicantium, hortorum nostrorum lactucarum, aut scaroleorum, aut carduum, aut hortarum canistrulum fructuum, pirorum, malorum, cotoniorum, duracinorum, cidomorum, munuscula; & magno fauore, imo magnis se non satisfecisse putant, & eleemosynis, & diligentijs, in negotijs, & litibus sollicitandis, in forensibus autem causis, deficiet tempus, si vellimus minutatim damna perstringere. Nam lites hodie, neque Discalciati, & pannonosi Franciscani euadere possunt: nam seculares nos deglutere volunt, & aliqui Clerici molestant, quorum lites, & persecutiones, sicut Ismael cōtra Isaac occasiones præbuere mille decisionibus iuris Canonici, & si nō fuissent præsidio sanctissimi Pontifices, maximè & tribunalia superiora Ecclesiastica, & integerrima tribunalia Regum Catholicorum, quæ Regulares maximè

me defendunt, iam fuiffemus deleti & quasi confu-
ti, accedamus igitur ad tribunalium officiales (nam
iudices gratias Deo incorruptiffimi fūt, & integri)
membranam papyri non mouebunt, nisi illumine-
tur argentea luce, & melius aurea, & fi palida: & fi
velli, nos excufare hac conftitutione Domini
Papæ, neque instrumenta iuftitiæ reperiemus, neq;
diligentia fiet pro nobis: neque earum quæ de sub-
ftantia funt, neque earum quæ funt de folennitate
omnium erunt contraéta brachia, & paria à regu-
lari procuratore datis manuſculis, ſcribæ faciunt,
quod debent, officiales & aduocati aquilis veloci-
res redduntur. Nollet autem ſanctiſſi. Pat. & Domi-
nus noſter hæc incommoda, & ſecutura damna in-
cuitabiliter, ſuis & Eccleſiæ filijs charioribus, ſtan-
te ſua hac conſtitutione.

§. XX.

At ad aliud foramē retis ſi aſpiciamus, in hac cō-
ſtitutione relictum, pientiffimum largitionis ele-
moſynę, & hoſpitalitatis, quę duo non vetantur re-
gularibus (ſicuti neque equum erat) nullus remane-
bit intra legem hanc pœnaliſſimam concludus piſ-
cis: quia ampliffimę patent hæ duę exceptiones: &
pro ſermone & concione facta in monaſterio ſan-
ctimonialium, ab Abbatiffa vel Prioriffa recipere po-
terit concionator habitum, libros, prandia, & alia
genia: tum quia dignus eſt operarius mercede ſua:
tum quia nullis magis digna elemoſyna etiam grā-
dis, quam verbi Dei concionatoribus: idem de can-
tata Miſſa, & auditis confeſſionibus: idem de rebus
datiſ parentibus & conſanguineis, quia hodie pau-
ci funt (etiam Reges) qui iuxta ſtatus ſui indigēcias
non

non egeant, & quibus deſpiat elemoſynæ tegumē
tum ſub alio nomine.

Et quoad regulares inter ſe, anſa præbeatur ma-
ioris inconuenientis largitionibus. Nam, cum
tota vis in hoc eſſet quod munera erant illis prohi-
bita largiri, non fuit difficile hoc nomen infelix, ab
legare à communitatibus: & in uſus vtilis rerum ſi
bi permiſſo, imo non excuſato, largitionibus adin-
uenerunt ſtatim ſuos uſus vtilis contractus, extra
conſtitutionem hanc: vt do vt des, facio vt facias,
& qui volebat & vult opera Bernardi, aut Chryſo-
ſtomi, aut Auguſtini, uſum dictorum librorum: tan-
tum acceptabat, quouſque legeret ſubſtantiæ & cor-
poribus librorum, relictiſ conuentui in proprietate
in cōmunique dominio & fratri qui dabat, relicto
uſu vtili, poſtquam per totam vitam legerit, qui cō-
modo accipiebat, idem de cucula, corrigia, ſcapu-
lari, corda, &c. Vel fiebant cābia Gregorij, pro Ber-
nardo Theodoriti, pro Anſelmo: ſcapularis pro cu-
cula, imaginis pro Agnus Dei figura cerea, horolo-
gij pro libris, &c. Ecce in ſicco remanet conſtitu-
tionis multa ex acu facta, & conferuas non paruas,
& petentem & accipientem pro eis duos aſſes, ſiue
quatrinos, quos Hiſpani vocamus *quartos de aqua-
tro*: & dicebant non vetuiſſe Dominū noſtrū Pont.
max. venditiones vilis pretij, & benigniſſimas: ne-
que poſuiſſe pretia: & ſic conſtitutio hæc inutilis
reddita ſtatim viſa fuit, imo damna & inquietudi-
nes parturire, quæ ſanctiſſimus Pont. nollet, neque
ventura ſomniauit. Imo largitiones quaſdam exor-
bitates vaſorū argēteorū, & aureorū, ſciforū, & cati-
Xxx norum,

norum, sericorum tapetium, lectisterinorum bom-
 bicinorum, equorum siue mularum, & iustissime
 vetuit, & vetita manent hodie regularibus, & qui
 recipiunt talia ab illis via muneris sunt in statu dā-
 nationis, quo vsque restituant: sunt enim profanæ,
 & ambitione plene largitiones, imo furta notoria,
 nisi esset iusta, & equiualens satisfatio: nam per tale
 largitione incapaces esse redditas ad acquirendum
 dominium, hæc de cōstitutione in se, seu de iure: vn-
 de nunquam constitutio ista fuit, lex in toto rigore
 Theologico, & iuridico, iuxta doctrinam. S. Tho.
 12. q. 96. artic. 6. 1. in corpore, cuius est expressa do-
 ctrina, cuius verba sunt istæ c. *Re pondeo dicendū*, quod
sicut supra dictum est, omnis lex ordinatur ad communem
hominum salutem, & in tantum obtinent vim, & rationem
legis: secundum vero, quod deficit ab hoc, virtutem obligā-
di non habet, & adducit iuris periti autoritatē dicē-
tis. Nulla ratio iuris, aut equitatis benignitas patitur, vt
quæ salubriter pro salute hominum nostro ducitur, ea nos,
duriori interpretatione, cōtra ipsorum commodum perdu-
camus ad serueritatem. Coniungit autem multoties, quod
aliquid obseruari communi saluti est, vtile vt in pluribus,
quod tamen aliquibus casibus est maxime nocuum: quia
igitur legislator, non potest omnes singulares cassus intue-
ri, &c. & infra. Vnde si emergat casus in quo obserua-
tionalis legis sit damnosa obseruanda non est. Hæc San-
ctus Thomas legatur, & ad tertium argumen-
tum.

Igitur cum lex sit rationis legislatrix ordi-
 natio in commune bonum, oportet, vt media lege
 voluntas legislatoris traducatur ad volūtates sub-
 ditorum in eorum commune bonum, & hoc fit
 instru-

instrumentaliter, per promulgationem legis, sed
 vt fiat in effectu applicatio legis, siue voluntatis su-
 perioris ad voluntates inferiorum, debent volunta-
 tes superiorum acceptari à voluntatibus per virtu-
 tem obedientiæ: vnde quando non acceptatur ra-
 tionabiliter visis in practica damnis, quæ neque præ-
 uidit, neque voluit legislator, tunc non est lex in ef-
 fectu, & hoc est, quod haut intelligentes iuris periti
 vere dicunt, quod lex siue statutum, quod subdito-
 rum actibus non est obseruatum, & receptum, non
 habet rationem legis obligatoriæ vel statuti, quod
 eduxerunt ex doctrina sancti Augustini, lib. de vera
 religione, vbi ait: Leges instituuntur cum promul-
 gantur, firmantur cum moribus vtentiū approban-
 tur, & adducit exemplum decreti Thelesphori Pa-
 pæ, ex non receptione clericorum (quibus à Quin-
 quagesima ieiunij Quadragesimæ initiū sumi præ-
 cipiebatur) antiquati, & non obligantis suis die-
 bus: & hæc eadem doctrina est iure Pontificio sta-
 tuta, distinctione quarta. cap. in istis. §. leges quæ ad
 verbum desumpta sunt ex Augustino vbi supra, &
 Abbas super hoc cap. imo Canon. ferè omnes super
 cap. primum, de tregua & pace extra. vbi est tex-
 tus expressus, & glossemata duo ab omnibus ap-
 probata, & tradit super legem rem non nouam. C.
 de iudic. numero quinto & septimo, vbi expresse
 dicit, quod si constitutio Papæ in principio com-
 muniter non recipitur, ipso vidente, & toleran-
 te, tolerantia excuset ab inobedientia, idem Cla-
 rius Abbas super cap. quo circa. extra de con-
 sanguineis, & affinibus. numero octauo. vbi
 mente tenendam glossam verissimam illius textus

cómédar, in qua dicitur, q̄ quādo Principis statutū á principio nō recipitur Principe sciēte, & nō vrgēte amplius lex vel statutū dispensatū est ipsa tolerātia nō receptionis, & hoc expressissimē habetur. 15. q. vlti. c. cū multis. & hoc præcipuē cum maior & sanior pars nō recipit legē, vt cōtingit in nostro casu iuxta narratiuā nostram supra habitā: & hæc est doctrina Ant. de Butr. super. c. cū iā dudū. §. fin. de præbēd. nu. 7. dicēte glossa illa. c. 1. de treg. & pace. vox populi, vox Dei, & Abbas maximē eiusde. c. cōmendat. gl. dicēs, ex qua habemus: qđ lex positua, & etiā præceptiua nō obligat ad peccatū, si nō fuit morib⁹ vtentū recepta, hoc Abbas nu. 4. hāc sententiā sequitur Gofre. in sum. illā tuetur Hosti. & Inno. in sum. tituli de treg. & pac. & certe sicuti inter oēs iuris canon. interpretes magis faciendus venit Abbas, sic eū cōstāntissimū inuenimus in hac legali doctrina, vide sup. c. cū olim. de cler. cōiug. n. 4. & cōstāntissimē defendit Guiller. Benedict. grauis Canonist. super. c. Raynūtius, de testa. n. 229. vers. vxorē nomine. vbi legē vllā etiā Pōtificiā dicit nō obligare ad culpā vel pōenā, donec à subditis sit recepta, & hoc tenet Rebuf. to. 1. in procem. cōstit. Gallica. n. 11. & 12. & Hēri. Bot. tract. de syno. Episc. art. 2. n. 51. & Nauar. noster sup. c. placuit. de pōeni. d. 6. not. 1. n. 4. dicit, q̄ leges quę receptę nō sunt nō ligāt, & dixerat Ancha. in repēti. c. canonica statuta. vol. 2. de cōti. n. 46. dicit onerosas & dānosas leges nō obligare ecclesias, neq; ecclesiasticos, nisi fuerint receptę, idē Alexād. vol. 3. cōf. 39. & Barth. cōf. 144. & sup. l. fi. C. de cura. fur. §. sed cū antiquitas. & Fel. super. citatum. c. 1. de treg. & pa. n. 6. vbi dicit hęc expressē lex noua non æquirit vires quādo fuit actū cōtra eā sciēte cōditore

tore, & nō cōtradicēte, quia nō dicitur moribus vtentū recepta, & superior videtur acquiescere: hęc ill. & idē Ioān. de Imo. sup. citat. c. 1. de treg. & pa. & c. vt quisq; de vit. & honel. cler. n. 6. & sup. c. cu olim. de cler. cōiug. n. 6. in fi. & Inno. qui Sūm. Pōt. fuit dicit expressē sup. c. inquisitio. de sent. excom. nu. 3. q̄ si ex præcepto Papę vehemēter præsumitur statū ecclesię turbari, vel fortē alia mala vettura esse, nō esse tūc executioni mādādū, neq; obediēdū imo cōtra eū. Sūm. Pōt. peccaretur obediēdo, & Coua. noster altissimē, vt magnus iuris peritus tenet lib. pract. quęst. c. 35. n. 6. §. qđ nō alter percipi. & vt finē imponamus expressē doctrina facti, & nō obligationis nostrę extranag. in qua veriamur, est decreta in. c. si quādo. de rescrip. cui⁹ hęc sūt verba ad legatū suū, dicit Sūm. Pōt. *Si quādo aliqua tue fraternitati dirigimus, que animū tuū exasperare videtur, turbari nō debes, & subdit infra: Qualitatē negotij pro quo tibi scribitur diligēter consideras, aut mādātū nostrū reuerēter adimpleas, aut per literas tuas quare adimplere nō possis, rationabilē causā prætedas, quia paciēter sustinebimus, si nō feceris quod praua nobis fuerit insinuatione suggestū.* Hucusq; Sūm. Pōt. & Auth. de mādā. Princip. §. deinde cōpetēs. Ecce diffiūctiue loquitur Sūm. Pōt. & in nostro casu, neq; cōstitutio sanctis. D. N. Pap. recepta fuit, vtpote rigida nimis, & in statu regulariū Hispaniarū periculis, & inquietudinibus & turbationibus plena, in practica & executione, & insuper interposita fuit supplicatio literis, de rationib⁹ nō adimplēdę cōstitutionis, quod sufficit iuxta tex. d. c. si quādo. ergo si vna via quę sufficiētissima est (vt visū fuit secūdū S. Tho. & omnes iuris vtriusq; peritos) nō sat fuisset, quod lex recepta nō fuerit, q̄ satis constitit, vt periculis ple-

plene in praxi, iuxta. l. si vindicari. C. de poenis. facta à Theodof. maiori confilio S. Ambros. & relata. c. cum apud Theſſalonicam. 11. q. 3. ſufficiat, vel. 2. quę est interpoſitio ſupplicationis, iuxta legē diſiunctiuarum in Dialectica, vel alternatiuarum, in iuris pericia, iuxta. l. miles. §. decem. ff. de rei iudicata. Scimus Theologos graues aliquot reſponſiſſe tunc in quadam Academia, obligare legem illam, ſiue conſtitutionem ſanctiſ. D. N. Papę, quia non perpenderunt hęc duo capita quę in materia ſtudioſū ſunt iuris Alphabetum, & dixi multoties, & modo experientia comperi nudū merē Theologū, nō poſſe res morales perfectē iudicare, & bene conſulere, & minus docere, & ſcribere abſq; iuris vtriuſq; pericia, præcipuē cū multę materię ſint nimius legales, vt eſt hęc præſens, & ſic nos poſt Theologię lecturam, & magiſteriū libēter diſcipuli facti ſumus iuris peritię, nec poenitet, nec erubescimus, & certē ſi Theologi conſuluiffent iuriſperitos, circa hanc noſtrā in qua verſamur cōſtitutionem nō inieciſſent ſcrupulos cōſcientijs regulariū, & qui dicūt ſupplicationē nō habere eandē vim, idēq; cauſare, quod & appellatio, in rebus & negotijs, in quibus appellationi nō eſt locus, non callent vim & energiam iuris: nā ſupplicatio interpoſita Papę, vel Imperatori, vel Regi reſtituit ſupplicatē in ſuo iure, & in illa proceditur ad confirmandā vel infirmandā ſententiā ſicuti in appellatione, in hac reſpectu altioris tribunalis, qua ratione Hiſpano antiquo vocabulo *algada*, appellatio dicebatur: at illa interponitur reſpectu eiufdē ſupremi tribunalis melius re penſata, & de re melius informato Papa, ſiue Imperatore, ſiue Rege, quę eſt quædam precum porrectio ſuper ſententia,

tentia vel mandato reuocando, vt colligitur ex Archid. ſuper. c. anteriorū. 2. q. 6. & eſt cōmunis ſententia vtriuſque iuriſperit. illam expreſſe tenet, & commendanda memorię tradit Abbas ſuper. c. ſi quando. de reſcript. nu. 9. imo cuidēter ex textu colligit, quod per ſupplicationē ſupplicans reſtituitur ſuo iuri antiquo, quouſq; replicet Pōtifex, vel Imperator. quod cōfirmat DD. ex. l. vnic. C. de ſenten. Præſect. prætor. & lege noſtrę Hiſpanię iuri cōcordante, liquet partita. 17. tit. 25. part. 3. vbi ſic antiqua Hiſpana lingua ſtatuit Iſlephonſus. X. *Si Emperador o Rey dieſſen juizio, nō ſe puede ninguno del alçar, &c. & infra, Pero bien le pueden pedir merced, que vea ſi ha alguna coſa de endereçar, o de mejorar en aquello que juizo, e que faga, y, aquello que touiere por bien e por derecho.* Hęc lex Hiſpanię, & confirmat Abbas cap. cū parati. de appellatio. nu. 17. notab. vltim. & Iafon. ſuper Authē. quę ſupplicatio. & Iuniores. C. de precib. Imperat. offeren.

Ex quibus omnibus intrepide dicimus dictā Extrauag. nūquā obligalle ad culpā, neq; ad poenā: & propter primā rationē ſatis probatam, & à fortiori poſt interpoſitā ſupplicationem, & quod à nulla religione ſit admiſſamā & ſi admiſerit generalis ordinis minorū, & ſuis ſubditis ordinauerit executionē eius Prouincialibus: tamē tot cautelis ſupra dictis, & exitibus, (vt ſicuti ſupra diximus) nō decurtauerit, ſed prolōgauerit largitionem varijs titulis, reliqui omnes & ſanctimoniales, à modo antiquo, & iure, & modo procedendi Patrum noſtrorum non reſceſſimus. neque decet hęc in Hiſpania modo immutari. De hac Extrauagante largius dilatauimus

fimbrias, quia dolumus doctissimos Theologos nostrates bipartitos, & turbatos circa illam, defectu iuris peritiæ, & quia oblata est occasio, semel hanc materiam resoluendi, ut in posterum de similibus iudicetur casibus legum & Extrauagantium: & ne inobediencie nomine notetur diligentia, quæ verior obedientia est. Hucusque; aliæ Extrauagantes non exierunt, quæ peculiarem petant interpretationem, & quæ specialiter tangant ecclesiasticos & regulares nostros, quorum in gratiam hæc scripsimus specialius, ad gloriam & honorem Omnipotentis Dei, & honorem intemeratæ Virginis Mariæ, Matrici in monasterio nostro sanctæ Annæ, instituti sanctissimi Bernardi, anno. 1597. in die sancto Lucæ sacro, ætatis nostræ. 43. ab incepto methodi huius labore. 16.

& quia vocant nos alia maiora, quæ iam iam paramus, Deo adiuuante expectans.

Vale in Dño.

Magist. F. Hieronymus Llamas.

INDEX RERVM ET

Sententiarum in hac Methodo curationis animorum R. F. P. Hieronymi Llamas, sacre Theologiæ Doctoris, ordine Alphabetico sub his initijs signatus Par. partē denotat. Cap. capitulum. §. parag. Pag. paginam. Appe. appendicē, intellectiōnis quorundam priorum motuum, paginis profecutis.



BBATVM Dignitas quæ, & an habeat iurisdictionē ordinariā par. 1. c. 9. §. 16. pa. 128. Abbates quid ex priuilegio speciali possint, tā in ordinis potestate, quā in iurisdictionis, par. 4. cap. 3. §. pag. 989. & §. 3. & 4. vsque paginam. 996.

Abbates quid possint circa bona monaster. part. 3. tom. 2. cap. 13. §. 15. pag. 217.

Abbates quæ habeat propriū sacerdotem, & idem de prælati alijs religionum. 1. part. cap. 5. §. 5. pag. 28 & 29.

Abbatum quorundam nostrorum de Nauarra, & Aragonia, an licitè tripartitione uti possint, & quid quoad illos de fructibus Abbatiarum. 3. par. cap. 13. §. 15. & 16. pag. 918. & 919.

Abbatum & aliorum prælatorum regularium, quæ obligatio. tom. 2. par. 3. cap. 13. §. 14. pag. 913.

Abbatifa & Priorifa, & quæuis religionū prælata, sub præcepto

cepto & censuris, an precipere possint? par. 1. cap. 9. §. 20. pag. 131.

Aborsum causans quando homicidij reus, & quando irregularis, par. 3. cap. 7. §. 11. pa. 577. & 578. & quid de aborsu iure nouo Sixti. V. ibidem.

Absolutio quæ primo danda à censuris par. 4. cap. 2. §. 1. pagina. 983.

Ante absolutionem quæ præmittenda, cap. 1. §. 4. pagina 976.

Blandus non debet esse confessar. nimis in danda absolutione. §. 6. pag. 980.

Absolutionis forma quæ & quæ vtiles deprecationes, cap. 2. §. 1. & 2. à pag. 984. vsque. 988.

Absoluere à quibus Episcopi, Abbates & alij superiores regularium & ipsi regulares confessari possint per priuilegia, toto cap. 3. à pag. 988. vsque. 1002.

Accusatio à quo fieri debeat, par. 3. cap. 1. 2. §. 8. pag. 842.

Accusare nequeunt filij parentes, part. 3. cap. 5. §. 6. pagina 544.

Administrare Sacramenta in peccato mort. an sit nouum mort. par. 1. cap. 1. §. 5. & 6. pag. 56. & 7.

Aduocare quis possit. & quomodo. 3. par. cap. 13. §. 22. pag. 928. vsque. 934.

Adulterium quid, par. 3. cap. 8. §. 5. pag. 588.

Adultera secreta mulier quid faciet cum adulterino filio, & an filius teneatur credere matri dicenti, quod adulterinus sit, ibi pag. 589. vsque. 592.

Adulter homo quid faciet circa adulterinum filium, ibi & adulterij poena quæ ibid § 8 pag. 594.

Aduentus tempus vide ieiunium.

Agitatio taurorum & aliarum ferarum illicita, part. 3. cap. 5. §. 7. pag. 480. & cap. 7. §. 13. pag. 580.

Agricultorum obligationes in conscientia, part. 3. cap. 13. §. 30. pagina. 949.

Adoratio quæ, & cotuplex. 3. part. cap. 3. §. 1. pagina. 351. & 352.

Adorare quomodo debeamus imaginem Trinitatis, & Eucharistiæ sacramentum, & humanitatem Christi Domini,

ni, ibi vsque ad paginam. 354.

Adoratio & reuerentia nominis IESV. pag. 352.

Adoratio quæ cruci, & quæ alijs instrumentis Passionis Christi Redemptoris nostri, ibi pag. 353. & 354.

Adoratio Dulia & Hiperdulia, & quibus debita, part. 3. cap. 3. §. 1. pag. 354.

Attritio quid: vide verbo contritio.

Baptizare iure antiquo & nouo interdicti tempore, par. 1. cap. 11. §. 3. pag. 161.

Rebaptizans est irregular. cap. 1. 2. §. 33. pag. 231.

Baptizatus recens diabolus Neophytus irregular. ibi pa. 221.

Beneficium ecclesiasticum, vide verbo restitutio.

Bestialitas, vide verbo fornicatio.

Beneficus & beneficia, vide cultus falsus.

Bigamia, vide irregularitas.

Cambia quid antiquitus, & quid modo. 3. par. cap. 10. §. 25. pag. 738.

Cambiorum moneta duplicem habet considerationem. §. 22. pag. 739. & §. 33. pag. 735.

Absque cambijs conseruata sunt comercia per multa secula, comportatione pecuniæ, pagina. 739. vsq; 741.

Cambia quomodo & quando ceperint. §. 27. pa. 742.

Cambiendi modi quot sint §. 28. pag. 743.

Cambium siccu quid. §. 29. & 30. à pagina. 745. vsq; 751. à. 748.

Cambia quæ in conscientia & in iustitia licita. §. 31. & 32. pag. 748. vsque. 750.

Cambia quoad factum ignorarunt Doctores antiquiores, & quousque non cognouit Auctor: ibidem.

Cambium mixtum quid. §. 34. à pagina. 755. vsque. 757.

Cambire quis possit & quis non. §. 30. pag. 998.

Cambire ad distantia loca quibus liceat §. 37. pag. 760.

Aduertentia pro confessarijs hominū cambientiu. §. 9. pa. 762.

Cambientiu & hominū negotiorū narratur factū cum Rege Philip II. Hisp. §. 40. à pa. 763. vsq; 765. & de decretis quæ exierit ann. 1575. & 1597. & tunc quidā defensionis à pa. 764. vsq; 772. Epilogus & a authoris sententia circa cambia. à pag. 773. vsq; 775.

Casuum referuatio à superioribus facta, iusta & bona. par. 1. cap. 7. § 1. pag. 64.
 Casus qui possint referuare, pag. 65. & 66.
 Casus qui superioribus à iure referuati. §. 8. pag. 75.
 Casum habēti referuatum quando non est facilis additus ad superior. quid? §. 12. pag. 83.
 Quæ referuari possint, & an merè actus interni. pag. 85. & 86.
 Casus lecti in Bulla Cœnæ Domi. § 15. à pag. 88. vsq; 96.
 Casus Papæ referuati in iure extra Bullam Cœnæ. cap. 8. pag. 96. vsque. 105.
 Casus Episcopis referuati iure. §. 12. pag. 105.
 Censuræ vide verbo negotiatio.
 Censuræ ecclesiast. quæ sint, par. 1. cap. 9. §. 1. pag. 107.
 Censuræ ecclesiasticæ quæ sint species. §. 8. pag. 168.
 Cessatio à diuinis quæ censura. §. 7. pag. 168.
 Suspendio quæ iuris, & quæ extra ius. §. 9. & vsque. 13. à pag. 165 vsque. 170.
 Num sit iure ipso suspensus ordinatus ante legitimam ætatem. §. 12. pag. 177. vide verbo excommunicatio, & verbo irregularitas.
 Circumstantiæ peccatorum quæ consistendæ necessario, parte. 2. cap. 3. §. 7. pag. 271.
 Circumstantiæ variantes fornicationis speciem, quomodo sufficiat declarare confessario. par. 3. cap. 8 §. 14. pag. 610. 611. reliqua. vide verbo confessio.
 Coitus maritalis quis licitus. par. 3. cap. 8. §. 5. à pag. 195. vsque. 598.
 Coitus quis sacrilegus ibi, pag. 607. vsque 614.
 Coitus nefandus & contra naturam, an mutant speciem ex circumstantiis personarum. cap. 8. §. 8. pag. 613.
 Coitu in maritali quæ corporum positio, verbo debiturum maritalē.
 Confessarius quam bonitatem habere debet. par. 1. cap. 1. §. 1. pag. 1. vsque. 3.
 Confessarij scientia quāta esse debeat, cap. 2. pag. 7. & quomodo peccet scientia carens, ibi. §. 1. & moraliter quantificatur scientia eius, ibi. §. 2. pag. 8.

Con-

Confessarius tenetur habere memoriale casuum referuatorum. & specialiter Bullæ Cœnæ. ibi pag. 9. & qui ex obedientia audit ignorans quod fecit. §. 3. pag. 10.
 Confessarius audiens doctum minori, aut ferè nulla eget scientia. §. 4. pag. 11.
 Quos libros in conscientia tenetur habere & legere. idiora confessarius. ibid pag. 12.
 Confessarij prudentia magna debet esse. cap. 3. pag. 13.
 Confessarius qua cautela uti, & quas interrogaciones facere debet. §. 1. & 2. pag. 14. & 15.
 Confessarij ordinarij & ex commissione potestas quæ. cap. 4. §. 1. pag. 16.
 Laicus an in casu aliquo possit audire confessionem. §. 2. pag. 17. & 18.
 Confessario proprio confiteri quo iure tenetur quilibet Christianus. §. 3. pag. 19.
 Confessarius an debeat esse sacerdos. 1. parte. cap. 4. §. 2. pag. 17. & 18.
 Confessarius proprius quis sit vniuscuiusq; iure communi. ibi cap. 5. à pag. 21. vsque. 35.
 Confessarius ex privilegio siue facultate Bullarum, quis sit & esse possit. ibi. §. 8. à pag. 35. vsque. 48.
 Quibus casibus liceat aliquem proprio confiteri sacerdoti iure communi & etiā ex privilegio c. 6. pa. 50. vsq; 55.
 Confessarius quis sit vniuscuiusq; in articulo mortis. cap. 6 §. 4. pag. 33.
 Confessarios ex commissione siue nō curatos quis approbat & quomodo. §. 7. pag. 55.
 Confessarius approbatus idoneus in vna diocesi, an sit, & quoad omnes. ibid. pag. 56. & vsq; 64. late. distincque di putatum.
 Paroichi siue curati oues suas cuiuscumque vbilibet approbato committere possunt audientias, pag. 38.
 Confessarius communis à quibus absolueri non potest, par. 1. cap. 7. à pag. 64. vsq; 105.
 Confessores regulares, siue religiosi à quibus approbandi, & quomodo. §. 1. pag. 66. vsque. 69.
 Confessariorum regular. presentatio à suis superioribus or

INDEX.

- dinarijs fienda Episcopo, & quomodo, à pag. 69. vsque 73.
- Confessarij expositi pro vna diocesi poterunt omnes de illa audire in aliena, & idem curati quoad suos parocia nos. par. 1. cap. 5. §. 7. pag. 33. & 34.
- Confessarij, situs, locus & gestus in audiendis confessionibus, par. 2. cap. 6. §. 1. à pag. 301. vsque. 304.
- Confessor quis sit proprius secularium parocciarum monasteriorum regularium. 1. par. cap. 5. §. 26. pag. 48.
- Confessio oris actus & pars sacramenti poenitentiae necessaria, par. 2. c. 3. §. 1. pag. 265.
- Confessio quibus fiet verbis, ibi pag. 266.
- Confiteri quae teneantur omnes §. 3. pag. 267.
- Monachorum specialis obligatio ad confessionem frequentiore. §. 4. pag. 268.
- Confessionis bonae conditiones quot & quales. ibi à §. 5. & à pag. 269. vsque. 271.
- Omissio circumstantiarum quae mala. §. 7. pag. 272.
- In confessione declarare complicem in peccato num sit mort. peccat. §. 8. pag. 374.
- Quae data sperata non sufficiant ad tacendum circumstantias. §. 10. pag. 279. de secreto confessionis, vide verbo, sigillum.
- Conscientiae examinatio quae & qualis ante confessionem obliget, & quo iure, par. 2. cap. 1. §. 1. & 2. pag. 236.
- Conscientiae in examine quod tempus consummi sit necessarium. ibi à pag. 237. vsque. 240.
- Contritio essentialis pars sacramenti poenitentiae quid? par. 2. cap. 2. à pag. 240. vsque 244.
- Quantitas siue intensio doloris quae ad contritionem requisita, ibid.
- Quando actualis dolor in individuo requiratur. §. 3. p. 246.
- Num qui dolet eo quod non habet verum dolorem, sit vere contritus. §. 4. pag. 248.
- Quis dolor de peccatis ex proprio amore ortus vitiosus. §. 6. pag. 251.
- Manuductio ad iudicandum de vero dolore. §. 7. pa. 253.
- Contritione quomodo remittantur peccata. §. 10. pa. 236.
- Con-

INDEX.

- Contritio quae requisita & non obligat pro semper. §. 11. & 12. à pa. 258. vsque. 260.
- Ex attrito contritus fit calore sacramenti, tamen nunquam attritio fit contritio. §. 6. pag. 252.
- Comendatores siue equites milites instituti, bene ab ecclesia ad defensionem fidei, vt vera religio, par. 3. cap. 11. §. 10. à pag. 786. vsque. 790. & de historia principiorum ordinum militarium, ibidem.
- Teneantur ne Commendatores siue milites religiosi tendere imperfectionem charitatis per votorum professionem. §. 11. pag. 790.
- Verae religiones militares, & Commendatores milites sunt veri religiosi. §. 12. & 13. à pag. 790. vsq; 795.
- Satisfit obiectis quorundam negantium militares Comendatores non esse in toto rigore religiosos. §. 14. ibid.
- Commende in toto rigore & sunt verae praebendae, & beneficia ecclesiastica, & idem de Magistratibus. §. 15. à pag. 797. vsque. 799.
- Comendatores ex commende fructibus quae possint, & quae non §. 18. pag. 803. & 804. & specialius. §. 20. à pag. 806. vsque. 808.
- Commendatorum obligationes in conscientia & in iustitia cap. 11. §. 17. pag. 799. vsque. 801.
- Comendatores & Mag. militiae non habeant verum dominium fructuum commendae & Magist. §. 18. à pag. 801. vsq; 804.
- Comendatoribus quae supersunt cuius sint, ex fructibus commende. §. 19. à pag. 804. vsq; 806. & specialius. §. 20. à pag. 806. vsque. 810.
- Miliciarum regularum magistri quid in se, & quoad commendatores teneantur §. 21. & 22. à pag. 810. vsq; 814.
- Magister militiarum, & ipsi commendatores tenentur in conscientia celebrare capitula de triennio in triennium, cap. 13. à pag. 813. vsque. 815.
- De decenti & obligatorio habitu Commendatorum. §. 24. & 25. pag. 813. & 805. vsq; 821.
- Comendatorum fructuum restitutio cui fienda. §. 26. pag. 821.
- Canonici militares clerici, & quae illos tangunt. 29. & 30. à pag. 824. vsque. 826.

Commendator de Alangè D. D. Bernardinus de Mendoga laudatus. §. 26. pag. 822. ordinis S. Jacobi. D. F. Luisius Alvarez de Solis, Calatrauz Prior ordinis S. Bernardi. & F. Stephanus Guerra laudati ibi pag. 813.

Consilium datur confessarijs equitum Comendatorum. fre. num. pag. 824.

De filijs spurijs Comendatorum quid faciendum. §. 27. pag. 823.

Comendatores facerent quod statui debet, si in locis prefidiorum se posuissent presidio, pag. 814.

Cultus Dei est primo precepto iustus decalogi quo Dei reuerentia indicitur. tom. 2. part. 3. cap. 3. §. 1. pag. 349. & 350.

Quis cultus & honor Deo. Qu. M. vi. omnium supremo conditori debetur. ibi. pag. 351. & 352.

Reliqua attinentia ad debitum cultij, vide verbo. adoratio.

Cultus falsus prohibetur eisdem Scripturæ locis quibus iubetur verus, & quæ sint eius species. ibi. §. 1. pa. 357.

Quot sunt species falsæ culturæ, & omnes sunt mort. pecc. pag. 357. vsq; 370.

Cartularum appenfarum à colloquis cultus falsus, & reprehensione dignus, pag. 367.

Idolatria contra cultum diuinum, pag. 361. & 362.

Cultus falsus superstitio est. pag. 363.

Credere somnijs attinet ad falsum cultum, & quomodo, pagina 363. & 369.

Empsalmi an sint falsæ culturæ, & de empfalmanibus, pagina. 371.

Cultus falsus qui incantatio dicitur. §. 2. pag. 372.

Pactum habere cum dæmone contra diuinum cultum est. §. 3. à pag. 372. vsq; 374.

Sortilegia quæ contra diuinum cultum. §. 4. pagina. 374 & 375.

Debita reddere tenentur quilibet ex iustitia, vide verbo, furtum.

Debita matrimonialia reddere tenentur inter se mutuo coniuges. 3. par. tom. 2. cap. 8. §. 9. pag. 595. & 596. & quando non.

In reddendo matrimoniali debito quæ positio corporalis mulieris sit legitima, ibi pag. 597.

Deus quomodo venerandus & colendus, & credendus, & quomodo in Deo sperandum, vide verbo, Adoratio, verbo, cultus, verbo, spes, verbo, fides, & quomodo amandus, verbo, dilectio.

Dilectio Dei nullo Decalogi precepto specialiter iussa, sed est altius Dei preceptum de illa, tom. 2. par. 3. cap. 1. §. 1. à pag. 307. vsque. 310.

Dilectio Dei & proximi legis perfectio, & finis totius. pa. 334.

Dilectionis Dei & proximi quodam quasi transcendens mandatum. pag. 335.

Diligere Deum & proximum potest quilibet ex diuino auxilio gratis oblato, & tenetur ad cultus omnis. §. 5. à pag. 336. vsq; 338.

Quid sit ex toto corde & ex tota anima, &c. diligere ibi, & §. 6. à pag. 338. vsque. 340.

Diligere proximum sicuti seipsum quid sit. §. 7. à pag. 340. vsque. 342.

Dilectio siue charitas ordinata quæ dicatur. §. 8. pag. 341. vsq; 343.

Ad quid sigillatim & distinctè teneatur Christianus ex diuina dilectione, pag. 333. vsque. 349.

Derisio iniustitia in verbis est, vel lignis, par. 3. cap. 12. §. 23. pag. 580.

Derisio Hispa. Mofa, & alia quæ dicitur trato; o matraca, quæ venialis & quædo mor. ibi pag. 885. quod errore contingit, nam deberet signari. 881.

Diuortium quid, & quando liceat, par. 3. cap. 8. §. 12. pa. 600 & 601.

Diuortij quæ causæ iustæ, ibi &c. §. 13. à pa. 601. vsq; 607.

Causa diuortij adulterium, & quæ adulterium tangunt. §. 4. à pag. 587. vsq; 594.

Quæ impotentia coeundi naturalis, vel aduentitia iustificet diuortium. §. 13. à pag. 601. vsque. 607.

Diuiniatio, vide verbo, cultus falsus demon quoad pacta, vide ibidem.

INDEX.

Ecclesia non iudicat de occultis, neq; excommunicat propter actus merè mentales. 1. par. cap. 7. §. 16. pag. 89. & 3. par. cap. 6. §. 14. pag. 550.

Ecclesiæ præceptum de audienda Missa, vide verb. Missa.

Epidemiæ nomine, quam infirmitatem in moniali intelliget Pius. V. Pont. Maxi. suo motu proprio, par. 4. ap. ed. §. 10. pag. 1033. §. 13. pag. 910. & 913. quâuis sit verè. 912.

Episcopi, & alij Prælati num fructuum prælaturæ hab. eât dominium. §. 8. à pag. 900. vsq; 913. & quid de illis facere possint? extense.

Episcopi, & omnes præbendati, quæ supersunt, tenentur in pios vsus expendere, & qui sint pij vsus c. 13. §. 9. 10. & 11. a pag. 905. vsq; 910.

Episcopi, & alij præbendati, quid poterūt de acquisitis ex paritate viuendo. §. 13. pag. 910.

Episcopatus, an sit ordo sacer, par. 1. cap. 10. §. 28. pag. 225.

Eucharistia præsupponit confessionis probationem, sic idest si sit peccati mortiferi cōsciētia & cōfessoris copia necessario. 1. par. cap. 2. §. 5. pag. 5. & 6.

Excommunicatio communior Ecclesiæ censura quid. 1. p. cap. 9. §. 1. à pag. 107. vsque. 110.

Num Ecclesia sit excōmunicandi potestas. §. 3. pa. 116. 120.

Excommunicatus quibus priuetur. §. 4. pag. 111.

Administrata Sacramenta, ab excommunicato ministro, vel alicui excommunicato num habeant valorem, siue effectum. §. 10. pag. 116. vsq; 124.

Quibus actibus non priuetur excōmunicatus. §. 11. pagin. 118.

Absolutio data excommunicato à peccatis ante absolutionem ab excommunicatione, an sit valida. ibi. §. 12. p. 119. vsque. 123.

Sacerdos excōmunicatus absoluens nihil facit. §. 13. pagin. 123.

Sententia prolata ab excommunicato iudice, an valida. §. 15. pag. 126.

Excōmunicare quis potest, ibid. §. 18. pag. 127. vsq; 134.

Excōmunicare minime potest presbyter parochialis, & omnis qui non est verè ordinarius. §. 18. pag. 129.

Excom-

INDEX.

Excommunicatio quæ valida, & quæ non. §. 22. à pag. 134. vsque. 141.

Excommunicatio minor quæ, & quibus priuet. c. 10. pag. 144. vsque. 148.

Excommunicato, quæ denegari non possint, ibi. §. 2. pag. 148. vsque. 152.

Ab excommunicatione absoluere quis possit, tam quæ à iure, quam quæ ab homine, ibi. pag. 153. vsque. 157. vide verbo, absoluere.

FAcinorosi qui dicantur à religionibus non admittendi Apen. §. 15. pag. 1047.

Famam denigras proximi peccato detractionis peccat. iniustæ. tom. 2. part. 3. cap. 12. §. 19. pag. 865.

Fama quid sit ibidem, & illam auferens tenetur ad restitutionem sub mort. ibi. pag. 870. & quæ inducant infamiam, & quæ non. pag. 875.

Referēs audita cōtra famā proximi quomodo peccat. & de diabolico modo infamandi sub hoc colore, audiui hoc, vel, hoc dicitur. §. 20. pag. 871. & 872.

Et quid iuris de eo qui iuridice infamatus est, si postea in remoto loco bonam, & clarā famā acquisiuit? ibi. pa. 873.

Num se ipsum quis infamare possit. §. 21. pag. 875.

Infamatus de maiori malo, an de minori possit declarari. §. 22. pag. 876. & vsque. 878.

Famulorum obligationes. part. 3. c. 13. §. 29. pag. 949.

Festorum obseruatio sub præcepto diuino quamuis assignatio iure Ecclesiastico. tom. 2. par. 3. c. 5. §. 1. pag. 949.

Qui dies iure Ecclesiastico festini. §. 3. à pag. 464. vsq; 472.

Festis diebus, quæ iubentur, & quæ non. §. 5. 472.

Festis diebus quæ prohibita, & quæ inhonesta. §. 6. pagin. 473. vsque. 480.

Festis diebus agitatio taurorum, & ferarū aliarū vetita speciali præcepto nouo, ibi: & vide verbo agitatio taurorū.

Festis diebus quid quo ad cultū sit specialiter iussū. §. 8. p. 482. & 483. Cetera vide verbo Missa, & Missæ auditio.

Fidei diuinæ qua Deo. 1. in Deo, vel Deum, vel in Deum credimus, nullū est Decalogi præceptū. to. 2. par. 3. c. 1. §. 1. pag. 309. idem de diuina charitate, & spe.

Diuinæ

Diuina fidei est diuinum præceptum, & non ex .10. illis
 § pag. 310.
 Fides diuina secundum habitum in funditur in baptismo,
 ibi. & pag. 311.
 Ex diuina fidei præcepto homo ad quid teneatur §. 4. pa-
 gin. 312.
 Quæ naturæ lumine cognosci possint non sunt directe ma-
 teria fidei diuinæ. §. 5. pag. 313.
 Ad quæ sigillatim & explicitè credenda teneatur, quiuis
 baptizatus ex diuina fidei. §. 5. & 6. à pagin. 313. vs-
 que. 320.
 Ex diuina fide, ad quæ proceriores & pastores dicendi expli-
 citè credenda teneantur. §. 6. vsque. 9 à pagin. 313. vsque
 320.
 Fidei symbolum dictum, C R E D O, omnes & scire, &
 credere teneantur fideles sub mort. neque absoluedus
 qui nescit. §. 12. pag. 320.
 Fidei confessio oris, quando ad salutem necessaria §. 13.
 pag. 321.
 Num inter in fideles liceat non quæsitum dissimulare ve-
 ste, & alijs quæ fidem redoleant Catholicam mutatis,
 pagin. 221. & 222. cætera, vide verbo, hæresis, & here-
 ticus.
 Filius ex adulterio natus, an nutriendus ab adultera ma-
 tre. tom. 2. par. 3. cap. 8. pag. 589. & 590.
 Filios exponentes, aut super destinatum lapidem,
 aut ad alienam portam, quomodo peccent? ibi. §. 7. pa-
 gin. 593.
 Filius furtiuus, siue notus, num quid credet matri dicenti,
 non est legitimus. §. 6. pag. 592.
 Fornicatio, siue simplex luxuria sexto decalogi præcepto
 vetatur. tom. 2. par. 3. cap. 8. §. 1. pag. 585.
 Quod sint species huius peccati, ibi à pag. 585. vsque. §.
 24. & pag. 630.
 Fornicatio simplex, an peccatum mort. & quæ species luxu-
 riæ. §. 4. pag. 586.
 Fornicatio sacrilega, quæ species luxuriæ. §. pag. 587.
 Fornicatio sacrilega quæ. §. 14. à pag. 607. vsque. 614.

For-

Fornicatio stupratiua quæ. §. 18. pag. 616. vsque 620.
 Fornicatio incestuosa quæ. §. 19. pag. 620. vsque. 623.
 De fornicatione contra naturam & eius speciebus. §. 20. pa-
 gin. 622.
 De sodomia & eius speciebus. §. 21. à pag. 636. vsque. 639.
 & de bestialitate, ibi.
 Sodomitæ an sit ipso facto irregularis, tom. 1. part. 1. cap. 12.
 §. 32. pag. 239. cætera, vide verbo pollutio.
 Furtum. 7. præcepto vetitum quid sit, tom. 2. par. 3. cap. 9. §.
 1. & 2. pag. 639. & de se malum, ibi.
 Furtum vt sit mort. quæ quantitas sit sufficiens. §. 2. à pag.
 641. vsque. 645.
 Furari an possit extremè egens. §. 4. pag. 645.
 Pro tuitione honoris an liceat aliquando aliena rapere. §. 5.
 pag. 647.
 Furtorum circumstantiæ necessario considerandæ. §. 6. pagin.
 650.
 Furti poena quæ iusta in conscientia. §. 7. pag. 652.
 Furta minorum multiplicata quando & quomodo faciât
 mort. furtum. §. 8. pag. 665.
 Venari & piscari in vetitis an sit furtum mortal. §. 8. pagin.
 957. & vsque. 659.
 Furta columbarum & iniustitiæ columbariorum. §. 9. pag.
 659. & 660.
 Furta lignorum de montibus & nemoribus, & pastus, pag.
 660. vsque. 665.
 Furta eorum qui in communitate viuunt. §. 11. pa. 664.
 De furtis ecclesiasticorum & regularium circa res commu-
 nitatis. §. 12. à pag. 664. vsque. 974.
 Num furtum sit in canonico regulari, vel quocunque reli-
 gioso professio dare vel recipere, & quid ludere possint.
 §. 12. à pag. 668. vsque. 673.
 Furta & iniustitiæ in ludo commissæ. §. 13. à pag. 674. vsque
 689.
 Furta & iniustitiæ circa ecclesiasticorum proventus & fru-
 ctus, cap. 9. §. 15 à pag. 689. vsque. 710. diffusè.
 De furtis circa elemosynas Missarum, circa gubernatio-
 nes Abbatum, & aliorum prelatorum regular. diffusè.
 §. 17.

INDEX.

§ 17. à pag. 693. vsq; 706. vide verbo, Missa. & pag. 9.
 Fideiussio, vide verbo, contractus.
Concordia non est charitas, tom. 2. par. 3. §. 5. pag. 337.
 Gravidam mulierem, an teneatur debitum reddere marito petenti? vide verbo debitum maritale.
 Gradum Doctoris in Theologia, siue magistri habentes & iuris Canon. vel saltim Licētiati prædicare possunt, & confessiones audire, absque alio examine parte. 1. cap. 7. pag. 74.
Habitus non præcipiuntur virtutum, sed actus, tom. 2. par. 1. cap. 1. §. 3. pag. 310. & §. 4. pag. 312.
 Hermosfroditus quid? vide verbo, irregularis.
 Hæresis quid & quis dicatur in rigore hæreticus? tomo. 1. part. 1. cap. 7. §. 16. pagin. 88. & 89. & tomo. 2. part. 3. pag. 322.
 Dubietas in fide, an omnis hæreticum reddat, tom. 2. pa. 3. cap. 1. §. 14. pag. 323.
 Hæresis & hæreticus mentalis quid? §. 15. pag. 325.
 Circa hæreses quomodo segeret confessarius, & circa scrupulos hæresis. §. 16. pag. 326.
 A peccato hæresis quis absoluit, & de tribunali sanctæ Inquisitionis. §. 16. à pag. 327. vsque. 330.
 Ignorantia quæ excuset, & quæ non ab hæresis crimine? pag. 328.
 Hæreticus est Irregu. tom. 1. part. 1. cap. 11. §. 27. pa. 222.
 Hæreticus nequit à Catholicis communicari, etiam Sacerdos in mortis articulo. 1. par. 1. §. 5. & 226.
Ieiunium iuris Canonici, quod sit, tom. 2. par. 3. cap. 5. §. 28. pag. 542.
 Qui dies sint obligationis ieiunij, ex consuetudine ibidem.
 Rogationū dies, in die. S. Marci, & duo dies Feria. 4. & 4. ante Ascensionem, an sint ex obligatione ieiunandi, & quæ abstinentia, pag. 534.
 Ieiunia. 6. & 4. Feriæ & Sabbati, an obligent aliqua ratione, ibid. & quid, quo ad Franciscanos, quoad. 6. Feriæ ieiunium. §. 28. pag. 535.
 In Sabbatis, quæ comedi possint, ibid.

Ieiunia

INDEX.

Ieiunia populorum ex voto. iuramento. & ab Episcopis in dicto. num Religiosos obligent? ibid.
 In ieiunijs ciborum selectus quis. §. 26. pag. 526. & an comedens carnem, ob necessitatem teneatur ad reliquam ieiunij obseruantiam, ibid.
 Quorum & latitiorum vsus in ieiunio quis? pag. 531. & an comedens oua, pisces simul comedere possit, absq; fraude, ibid.
 Ieiunijs alijs præter quadragesimam, an oua sint prohibita iuri communi, ibi. pag. 530.
 Ieiunij die naturali vnica tantum comestio est licita. §. 23. pag. 524.
 In diebus ieiuniorum Ecclesiæ, quid de symbolo, siue colatione? §. 24. pag. 525.
 In vigilia Natalis Domini, quid specialiter, ex consuetudine. §. 25. pag. 526.
 Ieiuniorum diebus quæ hora prandij. §. 26. pag. 527.
 De Bullis & priuilegijs, quo ad ieiunia & essum ouorum. pag. 531. & vbi se offert occasio.
 Interdictum quid & an censura Ecclesiastica, part. 1. cap. 11. pag. 157.
 Interdicti tempore quæ prohibita, & quæ non, à pag. 158. vsq; 168. vide verbo, censura.
 Incestus quid & quæ species fornicationis. 3. part. cap. 8. §. 19. pag. 620.
 Irregularitas pœna Ecclesiæ, necessariaque eius cognitio parochis & confessarijs, par. 1. cap. 12. §. 1. & an sit censura, pag. 179. & 180.
 Irregularitatis quot sint species. §. 2. pag. 181.
 Irregularitatis species, quæ & quales sint. §. 3. vsque. 35. à pag. 182. vsque. 235. tractatur diffuse, & de vnaquaq; specie sigillatim.
 Irregularis bigamus, & quis. §. 2. pag. 281. & 282. & diffuse de materia bigamiæ.
 Irregularis est corpore viciatus, siue defectuosus, siue mactus, pag. 184. vsque. 187.
 Quid de giboso, lusco, & claudo dicendum tractatur eisdem paginis.

Irregu-

Irregularis epylepticus Hispane, el de gotacoral, o desmayos. §. 6. pag. 187.
 Irregularis energumenus siue à dæmone possessus. §. 7. pagin. 188. & hermafroditus illegitimus & infamis, à. §. 8. vsque. 10. à pag. 189. vsque. 192.
 Infirmi, & stomachi non retinentis irregul. quoad presbyteratam §. 11. pag. 192.
 Irregularitatis tertia species ex homicidio, aut mutilatione membri. §. 12. pag. 193. vsque. 197.
 Occidens aut truncans ad sui defensionem an irregularis? & quid de defensione alterius iusta §. 14. vsque. 16. à pagin. 197. vsque. 202.
 Irregulares an sint ministrantes funem pro iusta latronis suspensione, & ligna pro combustione hæreticorum. §. 18. pag. 203.
 Irregularis num sit commodans arma ad occisionem vel trunctionem. §. 17. pag. 202. & de mutilatione quæ iubetur à medicis, & fit à chirurgis. §. 19. & 20. à pag. 203. vsque 212.
 Quid de casualibus homicidijs & mutilationibus quoad irregularitatem. §. 23. & 24. à pag. 212. vsq; 217. & de earum dispensatione à pag. 217. vsq; 220. vide verbo occisi.
 Irregularitas quarta speciei ex animi defectu, qua amentes sunt irregul. §. 26. pag. 220. & 221.
 Irregularis hæreticus & hæreticorum fautor. §. 27. pagina 222.
 Irregular. quintæ speciei orta ex delicto. §. 28. pag. 223.
 Irregulares neophiti. §. 26. pag. 221.
 Irregulares an sint ordinati ab Episcopo qui renuntiauit, & ordinati ante legitimam ætatem. §. 28. & 29. à pag. 223. vsque. 225.
 Irregularis an sit ordinatus per saltum, & exercens ordinem quem non habet. §. 29. & 30. à pag. 225. vsq; 228.
 Irregularis num criminofus notorius. §. 32. à pag. 228. vsq; 232.
 Irregular. ex delicto occulto, & an multiplicetur ex iteratis actibus in illa. §. 34. pag. 232. vsque. 235.

Irre-

Irreuerentia vide cultus, & verbo, parentum honor. & verbo, obseruantia.
 Iuramentum vanum præcepto diuino prohibetur. 3. tom. 2. part. 3. c. 4. §. 1. pag. 376.
 Iurandi & attestandi Deum expressè qui modi? & qui virtualiter, pag. 377.
 Iurare actus ne virtutis an vitij sit §. 3. pag. 378.
 Iusto pro iuramento quæ conditiones requisita. §. 3. à pag. 378. vsque. 383.
 Et de iudicio iustitia, & veritate comitibus iuramenti, pag. 378. vsque. 387.
 Iuramentum vi à iudicibus, vel superioribus extortum, quomodo fieri debeat. §. 6. pag. 385. vsque. 393.
 Sub iuramento vel sub censuris interrogans de scitis secreto, quid facere poterit? & quid debet in conscientia. §. 6. & 8. pag. 386. vsque. 389.
 Sub iuramento promissa quando obligent, & quando non adimpleri §. 8. pag. 389.
 De iuramento impediēte opus bonum, aut perfectius quid? & quid de rebus leuissimis sub iuramento promissis. §. 9. pag. 391.
 Assertoria iuramenta quæ iusta. §. 10. pag. 392. vsque. 395.
 Iurare quando obligat diuinum præceptum, pag. 392.
 Iurisio quod peccatum sit? & idem quod derisio, part. 3. c. 12. §. 23. pag. 88. & 881. falso signati. 885.
 Infamans quomodo peccet, qui detractor dicitur, parte. 3. tom. 2. cap. 12. §. 19. pag. 869.
 Referens audita an infamet. §. 20. pag. 871.
 Infamare se an quis possit. §. 21. pag. 875.
 Infamatus de maiori, an de minori vere possit propalari? §. 22. pag. 876. & 877.
 Iudices ad quid obligentur, & quomodo iudicare teneantur, par. 3. cap. 12. §. 6. pag. 833. vsque. 836.
 Iudex vsurpans iurisdictionem quomodo peccet. §. 7. pag. 836. vsque. 840. & de non seruantibus immunitatem ecclesiasticam, ibidem quomodo maxime peccent, quomodo delcant procedere iudices in inquisitionibus, & denunciationibus, & alijs processibus. §. 8. 9. & 10. à pag.

842. vsque. 850. & vsque. 858.
 Inquisitione speciali quando & quomodo procedatur bene in conscientia. §. 9. pag. 851. vsq; 856. diffuse.
 Quid faciet iudex quando innocens sibi probatus est nocens. §. 12. pag. 856 vsque. 858.
 Et quid faciet qui commisit delictum quando videt damnari eum qui non fecit. §. 13. pag. 858.
 Iudex quo in casu in conscientia, & in quo non possit de complicibus interrogare. §. 13. pag. 859. & 860.
 Quam abominanda examinatio, & diligentia quorundam iudicum dictorum Perquisitorum, seu iudicum commissionis, & quot illorum sunt in inferno ob iniuriam indignationem damnati ibid. §. 11. pag. 854. & 855.
 De processu per indicia & torturam, pag. 855. & 856. vide verbo, inquisitio, & verbo, visitatores.
 De scientia iudici necessaria, tam ecclesiastico, quam seculari. §. 6. pag. 834. & 835.
 Iuris peritia utriusque Theologis perfectis necessarissima, quam si non habuisset Author fateretur se mancham, pag. 835.
 Iudices supremi Curiarum Regiarum, qui Auditores dicuntur, ad quæ teneantur.
 Officiales iudicum, etiam secretarij Curiarum, ad quid teneantur in se, & quoad suos inferiores officiales.
 Iudicium temerarium quod?
 Iurisdictio solius Summi Pontificis est iuris diuini. 3. part. cap. 6. §. 9. pag. 548.
Latomi & cementarij, & alij ædificatores possunt ingredi monasteria monialium part. 4. Append. §. 6. pagina. 1020.
 Latrones, vide verbo, furtum.
 Latria vide verbo, adoratio, & verbo, cultus.
 Legibus humanis quomodo obediendum. 3. part. cap. 6. §. 14. & 15. pag. 552. & 553.
 Leges humanæ præcipue illa Hispanica terminum & taxam pretij tritici habens, an obligent in conscientia, part. 3. cap. 10. §. 6. & 7. pag. 710 & 711.

Matti-

Matrimonium, vide verbo, adulterium, & verbo, fornicatio, & verbo, luxuria, & verbo, debitum.
 Matrimonialis copulæ debitum quando non reddendum? 3. part. cap. 8. §. 9. pag. 595. & 596.
 Maritali in copula quæ corporum dispositio & situs. §. 10. pag. 597.
 Mæuri & de mendaciorum malitia. 3. part. cap. 12. a. §. 1. & pag. 826. vsque. §. 6. & pag. 833. vide verbo, testis, & testimonium.
 Medici corporales ad quid teneantur circa officium suum, part. 3. cap. 13. §. 25. pag. 933.
 Mercatura hominum Actiopum an licita. §. 22. pagina. 731.
 Mercatura & mercatorum initium, part. 3. cap. 10. §. 1. pag. 760. & 2. & 3. pag. 707. & 708. cætera, vide verbo, negociatio.
 Mohatra, Hispanice quid. §. 14. pag. 720.
 Militia & militum obligationes in conscientia, part. 3. cap. 11. §. 12. & 3. pag. 776. vsque. 779.
 Capitanei generalis siue Imperatoris militiæ obligationes, §. 4. pag. 779. & 780. & de magistro militum, ibi.
 Militiæ Duces peditum, & æquitum, ad quid teneantur in conscientia. §. pag. 781.
 Militiæ ministrorum furta. §. 9. pag. 783.
 Militia iusta actus virtutis. §. 9. & ex militia honor iuste, acquiritur iusta. §. 8. pag. 785. cætera, vide verbo, Commendatores.
 Missa quid sit, part. 3. cap. 5. §. 8. pag. 482.
 Missa auditio in præcepto, ut cultus debitus Deo illis diebus pag. 482.
 Missa quæ integra dicatur, & quæ dimidiata. pag. 483.
 Quæ sit substantia præcepti audiendi missam. §. 9. pa. 685.
 Missa duas medietates a diuersis audiens sacerdotibus an satisfaciatur præcepto de Missa audienda integra, pagina. 484.
 Ex præcepto audiendi Missam quid iniungat ecclesia Christianis. §. 9. pag. 485. & 486.

Missam audiens quam attentionem teneatur habere §. 10. pag. 486. & 487.
 Missam audiens an recitare aliquid possit, aut legere, & an horas soluere canonicas, pag. 488.
 Missam die festo qui non obligentur audire. §. 11. pag. 490
 Missam an audire teneantur tempore interdicti, qui habent Bullam siue priuilegium, pag. 492.
 Missam audire an teneatur vidua anno viduitatis, & virgines filia. pag. 493. & §. 12. pag. 495. & quid de feruentibus infirmis. §. 13. pag. 495. & 496.
 Missam auditurus an teneatur certo loco & à persona aliqua speciali audire. §. 14. pag. 496.
 Missæ prodicendæ quis locos & quæ ornamenta de præcepto debita. §. 15. pag. 503. vsque. 505. & de ornamentis. §. 16. pag. 505. & de his quæ attinent ad altare. 508. & 509.
 Missæ an plures ab eodem vno die dici possent. §. 18. pagina. 509.
 Missa qua hora celebrari possit, pag. 510. vsque. 513.
 Vide verbo, sacerdos.
 Monialis & monachus, vide verbo regularis, & verbo, sanctimonialis, per totum.
Negotiatio vide verbo, mercatura, & in negociatione, quod iustum pretium, & de taxatione pretij tritici & aliorum granorum, par. 3. cap. 10. §. 5. pag. 709.
 Negociatoribus an liceat charius vendere. §. 4. pag. 708.
 Intellectus ad legem pretia. ff. ad leg. Falcidiam. tatum res valet quantum vendi potest. §. 6. pag. 710.
 Negociatoribus actuarium est quasi pro mercede & præmio mercaturæ, pag. 712. & 713. & de pretijs sigillatim ibidem.
 Ob raritatem mercium an liceat pretia augere. pag. 714.
 Negotiantium triplex pretium, pium, medium, & rigorosum. §. 9. pag. 714.
 Monopolia in negociationibus vetita. §. 11. & 13. pag. 716. & 719.
 Emens à non potente vendere quam iniustitiam committit. §. 15. pag. 721. & 725.

Num

Num liceat & quando carius vendere, quam quo quis emit. §. 12. pag. 717.
 Negotiantium cautela quæ licita, & quæ non. §. 9. & 10. pag. 16.
 Negociari an possit monachus, aut religiosus. §. 15. & 16. pag. 722. & 723.
 Quando in manu negotiantis merces, vel res melioratae sunt, an liceat carius eas vendere. §. 17. pag. 724.
 In negociationibus an societates iustæ. §. 18. pag. 725.
 Quæ computatio iusta sumptuum & industriæ sociorum negotiantium. §. 19. & 20. pag. 726. & 727.
 Aduertentiæ ad cognoscendas licitas & illicitas negociationes. §. 21. pag. 729. & de hoc sigillatim. §. 21. & 22. pag. 729. & 730.
Obedientia generalis obligat omnes Christianos, & respectu quorum, parte. 3. cap. 6. §. 7. pagin. 549. vsque 550.
 Obedire quid sit ibi. §. 8. pag. 647.
 Obedire in speciali quis, & cui teneatur. §. 9. à pag. 547 vsque. 552.
 Obedire superioribus an sit iuris diuini institutio. §. 9. pagina. 548.
 Obedire in quibus omnes Christiani Papæ, & diocesani Episcopo, & parochiam Parocho eiusque Regi, & gubernatoribus teneantur. §. 11. 12. & 13. à pag. 546. vsque. 555.
 Obedientia hominibus debita an esse possit supra adus merè internos. §. 13. pag. 550. & 551.
 Obedientia quædo non leditur ex supplicatione cõtra mandatum. §. 15. pag. 554. & par. 4. Append.
 Obedientia religiosorum specialis Deo, & præstatis promissa quæ & ad quæ obligans §. 16. pag. 555. vsque. 564.
 Obedientiæ formale præceptum obligans sub inobedientia mor. qua verborum forma explicandum. §. 17. pagina. 557.
 Obedire quando tenetur religiosus ex vi voti, & quando non. à §. 17. vsque. §. 22. & à pagina. 557. vsque. 564.
 Obedire an teneatur prælato religiosi iubenti aliquid relaxatum.

¶ 3

xatum.

INDEX.

xatium religionis. §. 21. à pag. 561. vsque. 564.
 Obseruantia reuerentiæ species quid, & quibus sit debita, par. 3. cap. 6. §. 7. pag. 545. vsque. 547.
 Obseruantia in religionibus quid, vide verbo, religio, & regularis, & verbo, obedientia, & verbo, votum.
 Occidere, & occisio quæ vetita præcepto. §. Decalogi, par. 3. cap. §. 1. pag. 564. & 565.
 Occisio spiritualis animæ propriæ per mort. peccatum, & alienæ per scandalum, non vetatur. §. præcepto, non occides, sed altiori. §. 3. pag. 566.
 Occisiones licitæ quæ. §. 4. pag. 567.
 Occisio quæ licita in defensionem sui vel proximi. §. 5. à pag. 567. vsque. 570.
 Occidens iniuste hominem ad quid in conscientia teneatur. §. 13. à pag. 581. vsque. 584.
 Occisio & mutilatio quæ ecclesiastici, etiam monachi licita, & an etiam ob defensionem bonorum temporalium §. 5. à pag. 567. vsque. 571. & §. 6.
 Occidens clericum quando non est excommunicatus. §. 7. pag. 571.
 Occidendo quomodo seruari possit moderamen inculpatæ tutelæ. §. 8. pag. 572.
 Occidens ministros iustitiæ etiam iniuste comprehendere volentes, quomodo peccet. §. 9. pag. 574.
 De occisione casuali quomodo iudicandum. §. 10. pag. 575 & 576. vide reliqua verbo irregularitas, & verbo, percussio.
 Odium quod vetitum præcepto. §. non occides. c. 7. §. 12. pag. 579.
 Ex odio quæcumque percussio, etiam correctionis est vetita, etiam leuis, & si mors non etiam intenta sequatur, est occisio mortalis §. 11. pag. 577.
Parentum honor quarto Decalogi præcepto iubetur, ut actus virtutis pietatis, & an sit primæ vel secundæ tabulæ. 3. par. cap. 6 §. 1. pag. 536.
 Quæ peccata contra parentum honorem debitum committatur mor. §. 2. pag. 537.

Parentum

INDEX.

Parentum honor ad quid obliget in speciali quoad opera externa. §. 3. pag. 538. & an in extrema necessitate prius quis teneatur subuenire patri suo quam filio proprio. §. 4 pag. 539.
 Parentes non sunt audiendi, neque obediendi in aliquibus. §. 4. pag. 541. Consanguinei sub parentibus suo modo includuntur quoad honorem. §. 5. pag. 542.
 Parentes ad quid teneantur erga filios. §. 6. pag. 543. & de exheredatione filiorum, pag. 544.
 Pœnitentia, vide contritio, & confessio, & satisfactio.
 Pœnitens quando recogitare debeat peccata, part. 2. c. 1. pagin. 236. & quod tempus sufficiat ad hoc, pag. 237. vsq; 240.
 Pœnitens quo animo, qua modestia, qua corporis positione, & quo initio suam confessionem facere, & quo ordine docendus est, si nesciat, par. 2. c. 6. §. 11. pag. 305.
 Polutio quæ voluntaria, & per consequens quæ peccaminosa mor. par. 3. c. 8. §. 21. pa. 623.
 De polutione in somnis & in vigilia ad iudicandum doctrina necessaria. §. 22. & 23. pag. à pag. 625. vsque. 632.
 De polutione futura, vel sperata doctrina. §. 22. pag. 632. vsq; 638.
 Pactum, vide verbo, negotiatio.
 Pacifici quomodo possint aduocati cum clientibus, & quomodo non. 3. par. c. 13. §. 22. §. 933.
Raptus virginis quod peccatum, & quale, part. 2. c. 8. §. 18. pag. 616. & 617.
 Rapere, vide verbo, furtum.
 Recipi ad habitum regularium qui possint, & qui non nouo iure 4. part. Append. §. 14. à pag. 1044. vsq; 1052.
 Religiosus quem habeat proprium sacerdotem pro confessionibus dum iter agunt, & quando in monasterijs sunt, part. 1. c. 3. §. 7. & 12. pag. 3543. & 44.
 Religiosi & monachi an uti possint Cruciatæ priuilegio ad eligendum confessorem prælato inuito, parte. 1. c. 5. §. 1 pag. 22. & §. 8. clarius à pag. 35. vsque. 38. & vsque. 42. & adhuc clarius. §. 11. vsque pag. 44.

CC 4

Regu-

INDEX.

Regulares hospites in monasterijs suæ religionis quæ habeant proprium sacerdotem. §. 24. pag. 45. & 46.
 Regularis prior sub Abbate quid possit quoad confessiones, vel subprior, sub priore seu vicarius. §. 14. pag. 47.
 Regulares in Episcopos assumpti quid possint. §. part. cap. 13. §. 13. pag. 912.
 Regularium prælatorum quis confessor sit, vide verbo, Abbas.
 Religionum Regularium collatio inter se, & quoad transitum, vide verbo, votum. part. 3. & §. 33. & 34. à pag. 430. vsque. 438.
 Prælati regularium quid possint distribuere. capit. 3. §. 15. pag. 917.
 Regularium circa obseruantiam trium votorum, vide verbo, votum, & an post emissam professionem alia vota emittere possint, ibidem.
 Regulares an dare possint, & regularibus & secularibus de bonis suorum monasteriorum, par. 4. Appen. §. 16. à pagina. 1036. vsque in finem.
 Regulares militiarum, vide verbo, Commendatores, & Cõmendæ.
 Regularium speciales obligationes & peccata, vide in fine vniuscuiusque præcepti.
 Regularium priuilegia in foro animæ, par. 4. cap. 13. §. 8. à pag. 998. vsque pag. 1008.
 Regulares beneficiati ad quid teneantur. §. 14. pag. 913.
 Restitutio triplex bonorum fortunæ honoris, & famæ. 3. part. cap. 23. §. 1. pagina. 889. estque restitutio actus commutatiuæ iustitiæ pag. 890.
 Restituatur an depositum & merces pro labore. §. 2. pagin. 892. quando non adest facultas ad restituendum quid fiet. §. 3. pag. 893.
 Quomodo restituentur minutatim ablata. §. 4. pag. 894.
 Restituere qui teneantur. §. 5. pag. 896.
 Restituere tenentur qui ecclesiastici & quid. §. 5. à pa. 896. & §. 6. & 7. vsque pagin. 907. diffuse, circa ecclesiasticos fructus. §. 9. & 10.

Pij

INDEX.

Pij vsus qui dicantur circa fructus ecclesiasticos, vt restitutioni non sunt subiecti. §. 11. pag. 907. & 908.
 Restituere non tenetur ecclesiasticus quæ dat acquisita ex parcitate sumptuum §. 13. pag. 910. & 911.
 Restituere an teneantur religiosi iteragentes superflue, vel illicite consumpta. §. 16. pag. 919. & 920.
 Restituere quid debeant sacerdotes de pitantijs receptis pro Missis dicendis. §. 17. pag. 921.
 De restitutione sacristarum. §. 18. pag. 923.
 Restitutiones secularium Principum, Regum, &c. §. 19. pagina. 923.
 Restitutiones iudicum, Auditorum, prætorum, &c. à §. 20. & pag. 924. vsque. 630.
 Restituere quid debeant Aduocati. §. 22. & 23. & 24. à pagina. 928. vsque. 934.
 Restituere quid notarij, secretarij, & tabelliones teneatur. §. 25. pag. 935. vsque. 938. & pag. 941.
 Restitutio magna & nunquam facta quorundam iudicum commissio, siue perquisitorum. §. 26. pag. 938. vsq; 940.
 Restitutiones testium. §. 27. pag. 943. vsque. 947. & de causarum procuratoribus. §. 27. pag. 943.
 Restituere quæ teneantur famuli seruiantes. §. 29. pag. 949. & quid Agricola. §. 30. ibid.
 Restituere quæ teneantur mendici pauperes & eleemosynarum petitores. §. 31. pag. 950.
 Restituere teneatur ne meretrices acquisita ob turpes actus & an Sodomie pueri, & vxorata mulieres. §. 31. à pag. 950. vsque. 954. & §. 32. pag. 954. vsque. 957.
 Restitutio honoris timenda, difficilis nimis, sed necessaria. §. 33. à pag. 557. vsque. 959.
 Restitutio famæ quid, & quomodo. §. 34. à pag. 960. vsque. 970. vbi quomodo restituatur fama iniuste, & si vere ablata & de infamantibus sigillatim.
 Restitutio acquisite per turpem causam, & per vsuras, vide verbo, cambiæ, & negociatio, & vsura.
 Restituere an teneantur seculares quæ à religiosis receperunt via gratitudinis. par. 4. Appen. §. 16. pag. 1037.

Sacer

INDEX.

Sacerdos, quid & qualis. 3. part. cap. 5. §. 15. pagin. 598.
& qui celebrat ligatus fit irregularis, vide verb. irregu-
laritas.
Sacerdos, qua preparatione præmissa celebrare debeat, pa-
499. & vsq; 501. vide verb. Missa.
Sanctimonialia, & quæ ad illas attinet, vide verb. votum.
& verb. regulares. de earum clausura, vide Append. §.
1. & 2. à pag. 1008. vsq; 1013.
Sanctimonialia quas beatas vocamus, num claudere potue-
rit lex Pontif. cum clausuram non voverint strictam §.
2. Append. à pag. 1013. vsq; 1015. & adhuc de clausura
reformatâ. §. 3. & 4. pag. 1014. & 1015.
Sanctimonialium ad monasteria ingrefus & iustæ egre-
fionis earum à monasterijs, quis iudex Append. §. 5. pag.
1017. & 6. pag. 1019. & 1020.
Sanctimonialium ad monasteria, qui iure, absque noua li-
centia ingredi poterunt, ibi. à pag. 1019. vsque. 1025.
Superiores ipsi Sanctimonialium quando ingredi possunt
monasteria, & quando non, absque incusu poenarum
Append. §. 7. à pag. 1025. vsq; pag. 1031.
Sanctimonialia cum quibus causis exhibunt iustæ à suis clau-
suris sine alia licentia, & cum quibus cum suorum præ-
latorum superiorum licentia? Append. §. 9. pagin.
1031..
Sanctimonialis visitatio clericorum secularium, quæ fre-
quens periculosa & damnata? Append. §. 4. pag. 1016.
Sanctimonialia quando iustæ iter agunt, an hospitari pos-
sint in aliorum sanctimonialium monasterijs, Append.
§. 5. pag. 1032.
Sigillum confessionis quale? par. 2. cap. 7. §. 1. pag. 277.
Num liceat aliquo casu confessionis sigillum rumpere. §. 2.
pag. 279.
Quibus modis stulte sigillum rumpitur confessionis. §. 4.
pag. 280.
Num ex metu liceat. §. 3. pag. 279.
Num in confessione sua possit sacerdos reuellare confes-
sionem sui poenitentis. §. 6. pag. 281.

Pœna

INDEX.

Pœna iuris contra rumpentes sigillum confes. §. 6. pagina
282.
Quædam apparentes, sed non veræ rupturæ sigilli, tamen
vitandæ vel moderandæ. §. 7. pag. 282.
Circa sigillum quid de licentia poenitentis possit confessa-
rius. §. 8. pag. 284.
Confessio ficta, & feminatrix mali, & non gaudet sigillo,
imo in grauibus est reuelanda. §. 8. pag. 287.
Quid de sigillo quando ex confessione cognoscitur gran-
dis coniuratio, aut malum Monarchæ aut tertiæ perso-
næ iniustum. §. 8. pag. 285.
Pro sigillo omnimoda cautela, imo abstinencia loquendi,
& de vitandis iocosis confabulationibus circa illam. §. 8. pa-
gina. 288. & 289.
Sigillum remanet integrum, etiam in confessione dimidia-
ta & informi, pag. 290. & vide verbo, confessio, & ver-
bo, confessor.
Sodomia quod peccatum sit. vide verbo, fornicatio.
Spei diuinæ præceptæ fides est fundamentum. 3. part. c. 2.
§. 1. pag. 330.
Desperationis peccata quæ §. 2. pag. 331.
Desperationis modi & quam grauis sit culpa. §. 3. pagina
333.
Aduertentia pro confessario ad iudicandum de desperatio-
nis peccatis, pag. 334.
Testis, vide verbo restitutio honoris. 3. part. cap. 13. §. 33.
pagina. 957.
Testimonium falsum, vide quæ scripta sunt super octauū
præceptum, & verbo, infamia:
Testari de complicibus in delicto quando licet, & quan-
do non. 3. part. cap. 12. §. 13. à pagina. 859. vsque. 861. & sit
infamiae peccatum ibi.
Testimonia reddendi necessaria doctrina, & testificandi to-
to cap. 12. à §. 11. vsque in finem capituli, & à pagin. 851.
vsque. 888.
Testem mentiri in iudiciali testimonio quod peccatū sit,
cap. 12. §. 5. pag. 831.

Votum

Votum de quibus rebus & operibus possit, & debeat fieri. §. 14. pag. 400. vsque. 402. & de eius fine quis esse debeat, à pag. 402. vsq; 404.

Votum in prima diuisione in simplex & solemne partitur. §. 17. pag. 405. & an plus obliget, quam iuramentum. §. 18. pag. 406.

Vota quæ de se nulla & irritata. §. 19. pag. 407.

Vouere, qui non possunt. §. 20. & 21. & vsque. 24. à pag. 408. vsque. 416.

Vouere posset libere, qui contraxit Ratum ante consummationem matrimonij, castitatem, & religionem, & tenetur voto. §. 24. pag. 413.

Vota regular. & monialium solemniter professorum, quæ inualida. §. 25. à pag. 416. vsq; 422.

Vouere, an possit Episcopus, vel Abbas peregrinationem. §. 29. pag. 422.

Vouere, an possit vnus pro altero, & an teneat. §. 30. pag. 423. & 425.

Votum ex metu emisum quale, & an validum. §. 31. à pag. 425. vsq; 430.

De vouentibus religionem in communi & in speciali multa & varij casus deciduntur, à §. 33. vsq; 37. & à pag. 430. vsq; 442.

Comendatio religionis Cysterciensis, siuè sancti Bernardi reformati pag. 431.

Votum virginittatis, & castittatis quale. §. 37. à pag. 442. vsq; 446.

Votum conditionale, siuè pœnale, quando obliget §. 38. & 39 à pag. 452.

Votorum irritatio & dispensatio quorum sit. §. 41. a pag. 452. vsque. 455. & de commutatione & causis, an dispensare & commutare maiorem petat auctoritatem, quam irritare, vidè ad longum. §. 41. & 42. pag. 455. & vsque. 460. & quo ad regulares, vidè verbo, regul.

Vouens, qui aliàs non est sui iuris, tamen cum licentia vouit, & postea apparuit difficultas quid faciet. §. 43. pag. 460.

Qui

Qui vouit simplicem castitatem si nubat quid. §. 44. pagina. 461.

Per modum visitationis procedendi modus tutus, tum in religionibus, tum in ciuilibus, quid. 3. par. c. 12. §. 8. pa. 843 & §. 10. pa. 847. vsq; 851. & §. 11. vsq; pa. 857. quod, Episcopi & visitantes regularium superiores attente legant.

Visitationis modus procedendi quis viciolus, & contra conscientiam & iustitiam. 3. part. cap. 4 §. 7. pa g. 388.

De literis. X. & Z. nihil inuenimus, notatu dignum, & taliter hæc Methodus partita est in quatuor partes, & vnaqueque pars in capita, vt in maiora mēbra & capitula, in §. paragraphos, vt in articulos, vt facilis sit vnicuique omnium notabilium inuentio.

FINIS INDICIS.

